



408

*[Faint handwritten mark]*

MD



*John Carter Brown*

The combination of labels &  
now listed to be Pinelli's  
E.S.D.

1 ~~st~~ Ed:

JOHN CARTER BROWN

AVLI GELLII NOCTIVM  
ATTICARVM DI-  
BRI VNDEVI-  
GINTI.



AL

DVS

IOANNES BAPTISTA EGNA-  
TIVS VENETVS ANTO-  
NIO MARSILIO VE-  
NETO RARAE PRO-  
BITATIS AMI-  
CO. S. P. D.

Optima, inquit Pindarus, est aqua: sed aurum, ut  
ignis, noctu candens, cæteris opibus anteferri debet.  
Ille uero ingenio suo forsitan indulgens hoc dixerit:  
mibi longe melior, ac probabilior ea uisa sententia:  
quæ amicitiam, ut rerum omnium optimam, cæ-  
teris anteferendam rebus existimat. qua nihil homi-  
ni ab immortalibus Dijs dari melius, excepta sapien-  
tia, potuit. Itaq; non aqua, non igni, non aere, pluri-  
bus in locis nos uti q̄ amicitia, recte dictum est. Quæ  
si perfecta ulla est, & rerum omnium inter paucos  
cum summa charitate consensus: quid ipsa præstabi-  
lius, aut optatius hominum uitæ esse possit: non ui-  
deo. Id ego, quàm uere dictum sit, quàmq; ad huma-  
ne uitæ usum accommodate: ex quo te mihi uirtus  
quædam egregia tua conciliauit: meq; tibi uicissim  
nonnulla fortasse probitatis, atq; eruditionis opinio  
de me: uix explicare tibi habeam, quantos ego fru-  
ctus ex amicitia, beneuolentiâq; tua perceperim:  
quàm iucunda consuetudo, & optata mihi semper  
fuerit tua. neq; solum id ego sentio: sed Academi-  
ci plarè omnes nostri fatentur: quibus nihil esse  
gratum, iucundum uel potest: nisi Marsiliana illa  
gratia, ac candor accesserit. Quare letari admodum,  
ac gaudere

7  
æ gaudere etiam, atq; etiam debes: quod præter in-  
gens in literis studium, & præter alia virtutis orna-  
menta, quæ in te non pauca clucent: adeo sis omni-  
bus gratus, & iucundus: ut certatim te omnes co-  
lant, & ament. Tu contra, amicitiam adeo sancte,  
adeo pure cum multis colas: ut, quod difficillimum  
semper est habitum, multorum scilicet amicitiam in-  
tegre colere: tu certe id non prudenter solum, sed cum  
summa omnium gratia præstes. Quæ in sententia  
uti semper esse uelis, hortarer ego te plane, nisi iam &  
meditatione quadam assidua, & usu id ita affecu-  
tus esses: ut profecturum te in dies sperare nobis lice-  
at: quousq; tu posteris exemplum constantissimæ a-  
micitie relinquas. Ego uero, quando tuam hanc ani-  
mæ in me propensionem non aliter promereri nunc  
possum: statui tibi gellianas noctes esse dicendas: quas  
ego exactiore cura recognitas, quantum est datum  
otij per alias occupationes meas: in Aldina olim of-  
ficina imprimendas curavi: ut quæ castigatissimæ  
industria nostræ redditæ erant: haberent etiam man-  
cipem omnium & accuratissimum, & ad hanc ar-  
tem instructissimum. Tu bene Vale, ac salue.

<i>Index eorum, quae notatu</i>	<i>Adhaese loqui.</i>	80
<i>digna in hisce noctibus ui-</i>	<i>Adoptatio per praetorem.</i>	
<i>sa sunt.</i>	88	
	<i>Edera Democri-</i>	88
<i>a</i>	<i>ti oppidum.</i>	87
	<i>char.</i>	133
<i>Ablunium.</i>	77	<i>Adfabre.</i>
<i>Abstemiae mulieres.</i>	146	<i>Admodum.</i>
<i>Acerbitas.</i>	176	<i>Adprobe.</i>
<i>Accentus.</i>	177	<i>Adprimus.</i>
<i>Achaei ad pugnam taciti.</i>		<i>Adprime.</i>
II		<i>Adprobatus.</i>
<i>Achilles Romanus.</i>	30	<i>Adprimum.</i>
<i>Accius quod ticius prouer-</i>		<i>Ad domum.</i>
<i>bium.</i>	59	<i>Aduerbia in im-</i>
<i>Acta Laurentia.</i>	94	<i>Adlegatus.</i>
<i>Acinū neutri generis.</i>	117	<i>Adulterio.</i>
<i>Acina ebriosa.</i>	117	<i>Adulteritas.</i>
<i>Affito uerbum frequenta-</i>		<i>Adnotamenta.</i>
<i>tium.</i>	123	<i>Aedes sacrae non oēs sunt</i>
<i>Accij responsio ad Pacui-</i>		<i>tempa.</i>
<i>um.</i>	175	<i>Aegyptiorum laus.</i>
<i>Acerbitudo.</i>	176	<i>Aegles Craesi filius mutus.</i>
<i>Acritudo.</i>	176	80
<i>Acritas.</i>	176	<i>Aetates tres.</i>
<i>Adamussum iudicium.</i>	6	<i>Aedepol muliebri iura-</i>
<i>Adagium de Laide.</i>	8	<i>mentum.</i>
<i>Adesse, &amp; superesse.</i>	19	<i>Aenigma.</i>
<i>Admirationem silentium</i>		<i>Aeditinus.</i>
<i>parere.</i>	76	<i>Aedituentes.</i>
		<i>Aere fulua.</i>

*Aeria*



Acria Aegyptus.	206	Alexander Aetolus.	
aiuorix.	206	218	
Acluri.	286	Ale in exercitu.	226
Africus uentus.	37	Alexandri mors.	254
Affectus, & confectus.	60	Alexandri molossi.	254
Affecta res.	60	Alexandri epistola.	284
Aerarij cura.	193	Alba linea.	288
Affatim.	108	Amaror.	19
Agentia uerba pro patien-		Amata prima Virgo uesti-	
tibus.	264	lis.	13
Ager pontinus.	126	Ambages fallaciose.	200
Ager uaticanus.	270	Amoenus.	109
Agon certamen.	139	Amarus.	135
Agere cum populo.	91	Ambiguus.	156
Agrippæ campus.	205	Amor abundus.	157
Agrippæ unde.	234	Amor ciuilis, & opinabi-	
Ahenum.	25	lis.	163
Aius Deus unde.	234	Anneus Cornutus.	26
Albani.	121	Analogia.	42
Alce meretrix.	71	Anomalia.	42
Alexandriæ bibliotheca.		artispotora argumenta.	
100		81	
Alexis comædia.	70	Androdus seruus, & Leo.	
Alexandri continentia.		84	
95		Annales, & historia.	86
Albus galerus.	140	Angus cum Scipione.	124
Alea.	199	Androgini.	122
Alueolus.	199	Annulli gestatio.	136
Alabiades ad tibiam.		Animaduersiones censoriæ.	
217		71	

Antistites. .188	183	Argestes uentus.	37
Annus. lxiij.	212	Argentifodinae.	38
Annus climatericus.	212	Articulatum.	50
Antia lex.	41	Arretinum oraculum.	50
Antigenes tibicen.	217	Arcefilai uerbum.	51
Anates ponticae.	249	Arterias ad numerum mo-	
animalia parua imitanda.		ueri.	55
251		Atypus.	64
Antiochus.	78	Auspicium perfidia.	65
Aonia nunc Bœotia.		Arduum.	72
206		Arrogatio.	88
Appendices.	4	Arrogationis uerba.	88
Appellioles uentus.	38	Aruales fratres.	94
ἀπαρτιὰς.	37	Argumenta fallaciosa, Quæ	
Apiarium.	36	fra.	105
Apologus de cassita aui.	45	Argumentationum duæ spe-	
Appionis historia.	84	cies.	283
ἀπορον.	130	Arimaspi.	121
Appij filia.	135	Aresusa ex foemina mas.	
Apluda.	145	122	
Apices literarum.	196	Argos.	140
Aquæ intercutis morbus		Artemisia cum Mausolo.	
271		142	
Aqua rigens.	196	Aristodemi dictum.	155
Aqua nivalis potu pessima.		Arteria generis nutri.	
269		149	
Area palatina.	278	Areopagitarum iudicium.	
Arcera.	280	168	
Archita Tarentinus.		Arionis historia.	235
138		Arra.	238
		Arrabo.	

Arabo.	238	Audire.	15
Arboretum.	238	Auster uentus.	37
Arbutum.	238	Auaritia à sapientibus spre	
Argutator.	241	ta.	47
Arteria duplex.	263	Aurum tolosanum.	54
Argutiola de congio.	256	Aurungus deus.	83
Arenæ numero singulari.		Audaculus.	89
271		Auarus.	135
Arma numero singulari.		Auentinus mons cur extra	
271		pomærium.	182
Aristotelis epistola.	284	Auspicia maiora.	183
Aristotelis uerecundia.		Aurum coronarium.	191
177		Ausugio.	210
Assequor, & sequor.	40	Aufero.	210
Assentior.	42	Autumo.	210
Assentio.	42	Augustus quo die natus	
Aspectu in casu dadi a' Vir	213		
gr'.	72	Augusti epistola.	213
Asymboli immune.	97	Augusti laus.	147
Asylum fani.	92	Aulus Albinus.	154
Astraba.	154	Aulus Hostilius Mancinus	
Assidius ab assibus.	231	71	
Attabulus uentus.	38	Aurigantes stellæ.	199
Attilius Regulus.	92	Auxiliarij milites.	98
Atq; aduerbium.	150	Au particula.	210
Atq; postquam.	150	Autumna tempestas.	270
Atq; præsertim.	150	Aulus Cellius quo tempo-	
Atri dies.	86	re.	278
Atrium.	226	Aurum tolosanum.	54
Auscultare.	15	Αἰώμα.	229

B			
⊕Bachilides.	char. 285	Bœotia comœdia.	49
Balnea sitia.	47	Boreas uentus.	37
Baiulus.	77	Boristhenes.	121
Balnea uirilia.	133	Bouinator.	154
Barbarismus.	88	Botulus.	128
Barbari mobiles.	219	Bosphorum mare.	243
Barbarica astus.	244	Bucephalus Alexandri e-	
Barbarorum consuetudo ad		quis.	76
tractandas pugnas.	11	Bucephalon opp.	76
Bellum, ⊕ pugna.	22	Buceta.	150
Bellarij liberi.	180	Brundisium portus.	121
Bellum adfectum.	212	Brutiani cum Romanis.	
Belli homunculi.	180	135	
Beneficius, ac liberalis.		Breuiloquentia.	164
241		C	
Bibax.	56	⊕Calari.	221
Bibosus.	56	Calabarrumculus.	218
Bias de re uxoria.	81	Caldor.	168
Bibliotheca Alexandriae.		Caurus uentus.	37
100		Cassita auis.	45
Bibliothecam pub. quis pri-		Canicula ⊕ homo ridicula-	
-mus.	100	rius.	75
Bibliotheca templi traia-		Captiones dialectice.	157
ni.	159	C. Gracchus.	133
Bibliotheca tiberianæ do-		C. Gracchi fistula.	10
mus.	185	C. Gracchi, ⊕ Ciceronis	
Bidentes oues.	227	collatio.	133
Blatterones.	16	C. Mancinus.	110
Bondus terminata.	157	C. Trebatius.	97
		C. Fabritius.	14
		C. Tarratia.	

C. Tarratia.	94	Calculus.	199
Caiæ Tarratiæ honores.		Caverna.	217
94		Captiosis interrogationibus	
Caudices.	77	non respondendum.	224
Cannensis pugna.	86	Caldonia.	228
Catulli laus.	117	Camellia.	228
Cantilena de Cæcide.	122	Capitænsis.	231
Caper coleatus.	124	Cannabo.	239
Casus patrius.	130	Caninum prandium.	196
Casus dandi.	130	Carmentæ duæ.	234
Cassii miser interitus.	54	Calorificus.	243
Chamæleontis pes.	138	Caput cum literis.	245
Chamæleontis collum.	138	Castrense uerbum.	233
Chamæleon animal.	138	Castoris iuramentum.	153
Caduceum pacis signum.		Castrensis corona.	79
149		Candens.	246
Candens oratio.	156	Carptores.	270
Capillus pro pilo.	162	Cephytia uilla.	1
Catamitus.	111	Cæcias uentus.	38
Canscere pueros in Alba-		Cercius uentus.	38
nia.	121	Cædititius Tribunus.	52
Carius ac pensius.	167	Celatim.	147
Catonum familia.	185	Cerimonia unde.	68
Cato Solonianus.	185	Ceritas tabula.	233
Cato Uticensis.	186	Ceritum gratiæ apud Ro-	
Catuli locus.	99	manos.	133
Calces plantarum.	188	Cæcilia nomina seruilia.	57
Casus interrogandi.	193	Cheridota uestis.	112
Chaldæi ad stellarum mo-		Censores.	117
tus.	197	Centuriata comitia.	183

Centussis.	218	Columbatim.	174
Cerua Sertorij, & astutia.		Colonia.	233
219		Compluria.	89
Cepæ pelusiota.	286	Compluries.	89
Ciuitates cum coniugio.	7	Comitia calata.	220
Circius uentus.	38	Comitia centuriata.	220
Cibus Pythagoreorum.		Comitia curiata.	220
70		Comitialis morbus.	168
Cibi diuersi in coenis regijs.		Comiarũ comparatio.	210
113		Communia uerba.	215
Circumspiciens.	126	Con præpositio.	33
Cinctus.	139	Consarcinans.	40
Cissius mons.	208	Colores in oculis.	42
Citra calendas.	171	Corpus bene habitum, &	
Ciceronis locus.	16	strenuum.	48
Ciceronis error.	212	Conijcere.	73
Ciceromastix.	236	Coronarium aurum.	78
Classes procinctæ.	10	Cornelij Nepotis error.	
Climacteras.	55	221	
Classicus.	112	Coronæ militares.	78
Climaculæ.	148	Connuere.	92
Cludere literas.	174	Cor masculino genere.	101
Climatericus annus.	208	Confricare.	103
Clunivuli.	209	Coronati serui ad uenum.	
Claustrus.	170	107	
Cœna lauta.	21	Coruini qui.	126
Coenarum sumptus.	213	Confiteor.	215
Cœlum.	271	Consolor.	215
Cœsius color.	43	Conuiuium quatuor rebus	
Cohibatur passiuè.	10	constare.	180

Corpora apud Aegyptios	188		
aperiri.	137	Crepidula.	188
Columba lignea ab Archi-		Cretenſium mos in conferē-	
ta.	138	dis praelijs.	11
Compitalia die noni.	147	Criſtallus quomodo.	90
Conſuetudo domina uerbo-		Cultus Hortenſii.	5
rum.	172	Cultus Demoſthenis.	5
Comuiuarum numerus.		Cubitus.	55
180		Cupreſſi quomodo ſerantur.	
Concionem habere.	183	57	
Comprecationes deorum.		Cupediae literarum.	97
189		Cupediae ciborum.	113
Comperendinationes.	201	Curfus lunaris.	54
Cornucopiae.	206	Curuamen.	198
Colloquia interpretanda quo		Cum lance & licio.	231
modo.	138	Cumprime.	238
Cominius.	238	Cylindrus lapis.	91
Commutationes.	239		
Comparatio ab ingenijs ad		D	
poma.	175		
Corona plexa.	256	Dacus.	84
Conſiliarij.	258	Daphnite.	224
Concio.	261	Darius.	244
Contemplo.	264	Datiuus quartae declinatio-	
Comitia.	271	nis.	72
Cræſi filius mutus.	80	Debitio, & habitio gratiae.	5
Cronus Diodorus.	156	Defendere.	119
Crepidæ.	188	Deiurium.	115
Crepidarius.	188	Demoſthenis dictum de	
Crepidarium cultellum.		Laide.	9

Demosthenes ad Callistratum.	56	26	Diminatio in oratione.	
Deorum nomina.	82		Diogenis Cynici dictum.	
Depalmare.	279	34		
Depudicare.	228		Diluxerit.	48
Deprecor.	99		Dierum observatio.	48
De præpositio.	99		Dierum diuisio.	48
Decimus mensis partus.			Dies auius.	48
IOI.			Distichon de Homeri patria	
Decima.	59	55		
Dehonestamentum.	44		Dimidium.	56
delphinos amasios.	109		Dimidiatum.	57
Decretum.	116		Dies halcyones.	54
Despiciens, & circumspectus.			Diagoræ obitus.	58
Despiciens.	126		Disiunctum.	82
Democritus philosophus se excæcavit.	141		Dijouis.	82
Deq̄s.	150		Dies inornans.	86
Demosthenis dictum.			Disciplina fera.	89
155			Diluculare.	101
De more.	166		Dies religiosi.	68
Decreta Naturæ.	168		Dies nefasti.	68
Despicatissimus.	211		Dies alliensis.	68
Defamatissima uita.	202	112	Dicendi tria genera.	
Decemuiri.	281		Dies dij.	129
Delicia numero singulari.			Dies in casu patrio.	130
271			Die crastini.	147
Descendidi.	109		Die quarto.	146
Diagoras.	58		Die quinto.	146
Diatriba.	23		Die quinte.	147



<b>Die pristini.</b>	147	<b>E</b>	
<b>Die perendini.</b>	147	<b>Eblandita oratio</b>	156
<b>Die noni.</b>	147	<b>Ebrietatis laus.</b>	209
<b>Dimidiatum genus.</b>	162	<b>Edictum templi Dianæ</b>	
<b>Dimidium.</b>	256	<b>Ephesiae.</b>	27
<b>Diespiter.</b>	82	<b>Ediles &amp; Tribuni quo</b>	
<b>Digamma.</b>	205	<b>tempore.</b>	252
<b>Diem diffundi.</b>	202	<b>Edulcare.</b>	220
<b>Dispassis.</b>	216	<b>Effatus.</b>	182
<b>Dialecticæ laus.</b>	230	<b>Effutire.</b>	76
<b>Diomedis &amp; Glauci</b>	per-	<b>Egregius an egregi in no-</b>	
<b>mutatio.</b>	39	<b>candi casu.</b>	205
<b>Dionysia gestularia.</b>	6	<b>Eleusinum certamen.</b>	218
<b>Diurnare.</b>	238	<b>Elogia.</b>	51
<b>Dialecticæ captiones.</b>		<b>Elegans.</b>	140
224		<b>Ennius tria corda.</b>	250
<b>Dignor passivæ.</b>	216	<b>Ennianista.</b>	259
<b>Diogenis responsio.</b>	265	<b>Empedoclis carmen.</b>	70
<b>Diogenes Critolaus.</b>	113	<b>Emplastrum.</b>	228
<b>Dioxippus.</b>	247	<b>Epigrammata trium poc-</b>	
<b>Disciplina rhetorica.</b>		<b>tarum.</b>	21
171		<b>Epicteti dictum.</b>	34
<b>Dies iusti.</b>	281	<b>Ephyræ.</b>	206
<b>Dilucidare.</b>	45	<b>Epitritos.</b>	265
<b>Doloris tolerantia.</b>	166	<b>Equus Diomedis.</b>	53
<b>Domitius insanus.</b>	261	<b>Equus seianus.</b>	53
<b>Drao legislator.</b>	159	<b>Equus uberrimus &amp; habi-</b>	
<b>Duodevicesimo.</b>	77	<b>tissimus.</b>	75
<b>Duritudo.</b>	238	<b>Equus strigosus.</b>	75
<b>Duriciæ.</b>	238	<b>Equus Alexandris</b>	76

Eques pro equo.	260	Expergere.	96
Equus mordax, & calci-		Exaduersum.	108
tro.	64	Exertare linguam.	128
Equilibrium.	281	Expasum.	216
Equitare.	260	Ex Diatriba.	265
Erraticus homo.	128		
Errabundus.	153	F	
Errones.	198	Fabis non usum esse py-	
Erraticæ stellæ.	198	thagoram.	70
Errare.	132	Fabritius.	14
Error Cornelij nepotis.	221	Fauonius uentus.	38
Eudoxus.	253	Fatum & necessitas.	91
Eupolides.	15	Fallaciola argumenta.	105
Euripidis laus.	152	Facies in genituo.	129
Euripidem quinq; & septua-		Facies.	195
ginta tragœdias scripsit-		Fauisæ Capitolina.	30
se.	239	Fautores.	204
Exametri uersus.	265	Fanus sustentanda.	124
Ex iure manu confertum		Fauces ad uestibulum.	127
286		Fascinare.	232
Esse, & erit.	242	Fascinum.	232
Esuritio.	228	Fatiscor.	237
Ethesiæ uenti.	38	Ferre quid significat.	17
Eurus uentus.	37	Ferrunum.	194
Eunuchos morbosos.	64	Ferix æstiuæ.	130
Euclides megarensis.	96	Festinare et properare.	233
Euripidis interitus miser.		Festus Posthumus.	276
218		Ferix denicales.	225
Exercitus lectione.	7	Fœcialis uerba.	225
Explicauit.	8	Febris.	280

Febriculosus.	280	Fœmina in mares.	122
Febris quartanæ laus.	247	Fœtus ursinus.	245
Febris rapida & Quercera.	280	Fœurator.	232
Fenestella.	221	Fœnus.	232
Feræ prædancæ.	67	Forma uxoria.	82
Feræ uindimales.	226	Folia olearum uerti.	123
Figure geometricæ.	18	Forfices.	136
Fistulæ C. Gracchi concionatoriæ.	10	Forum traiani.	190
Filiorum in patres officium.	24	Fretum comœdia.	50
Fidium natura.	123	Frequentatiua uerba.	123
Fiere.	270	Frons in acie.	136
Filij quomodo alendi.	161	Fraces olei.	154
Figura à fingendo.	195	Frater unde.	180
Filij Iouis.	219	Fretu.	187
Filij Neptuni.	219	Frons uirili genere.	213
Fidibus cum graaculo.	288	Frons frontis.	213
		Fruisor.	237
		Frigerificus.	243
		Frustrari & frustratus.	257
Finis hic & hæc.	187	Fuisse in potestatem.	8
Finitimus unde.	170	Fuisse in mentem.	8
Flagitium, & uitium.	17	Furcus.	17
Flauissæ capitolinæ.	30	Fortescere.	270
Flauus color.	43	Furterum quæstiones cum lance & licio.	231
Fluctui in casu patrio.	72	Furtum.	113
Falmen dialis.	139	Furti se obligauit.	113
Flores uini.	154	Futilis philosophia, quæ argutis est plena.	146
Flores olei.	154		
Flammigare.	246		

<i>furta per lancem &amp; li-</i>	<i>Graphice ac scite!</i>	165
<i>ciam.</i>	160	<i>Gurdus.</i> 228
<i>furtum compertum &amp; ob-</i>	<i>Guttum.</i>	243
<i>latum.</i>	160	<i>Gustus ac tactus.</i> 267
<i>furta apud Lacedaemo-</i>	<i>Glauca, &amp; Diomedis per-</i>	
<i>nes.</i>	160	<i>mutatio.</i> 39
<i>furtum quid.</i>	160	<i>Gracchi oratio.</i> 156
<i>furfur.</i>	154	<i>Græci quomodo naues sue-</i>
<i>funis masculino &amp; foemī-</i>		<i>bant.</i> 239
<i>nino genere.</i>	188	
<i>fumare.</i>	246	H
<i>fumus.</i>	272	

G

<i>Gallus Asinius.</i>	236	<i>H. litera.</i>	25
<i>Gallus superbus.</i>	126	<i>Habeo dicere!</i>	197
<i>Genitivus quartæ declina-</i>		<i>Haliates rex.</i>	11
<i>tionis.</i>	72	<i>Halcyones aues.</i>	54
<i>Genitivus quintæ declina-</i>		<i>Hallucinari.</i>	25.232
<i>tionis.</i>	129	<i>Hamularis pronuntiatio.</i>	67
<i>Genitivus quomodo forme-</i>		<i>Hannibalis crudelitas.</i>	
<i>tur.</i>	72	27	
<i>Genethliaci qui.</i>	201	<i>Hannibalis exemplū.</i>	78
<i>Geometria triplex.</i>	234	<i>Hannibalis cavillatio in</i>	
<i>Gilium uinum.</i>	196	<i>Antiochum.</i>	78
<i>Glaucus.</i>	43	<i>Harmodius.</i>	120
<i>γλαυκῶπις</i>	43	<i>Haste martiæ motæ in tem-</i>	
<i>Glosaria.</i>	261	<i>plo.</i>	66
<i>Globus.</i>	136	<i>Hasdrubalis pronuntiatio!</i>	
<i>Gladiorum nomina.</i>	147	67	
<i>Gracilentum.</i>	71	<i>Hercules.</i>	148

Herculis

*Gallus, 188. 6.*

Herculis mensura.	I	Homeri patria.	56
Heraclitus.	288	Homines canino capite.	
Hesiodus.	54.124.252	122	
Helluari.	25	Homnis definitio.	63
Hermaphrodit.	122	Homo non bonæ rei.	
Herodotus de Leonibus.	201		
177		Homo quomodo in utero	
Hermunduli.	225	formetur.	54
Helebori species.	249	Homo lucerna.	228
Hemolus.	265	Honera	25
Hignus Maronis inter-		Honos etiam malus.	169
pres.	19	Honustum.	25
Historia, diariū, & ephemeris.	87	Hortor.	215
Historia Metij Suffetij.	282	Hostia succidanea	66
		Humanitas.	184
		Humanæ literæ.	184
Hiatus uocalium.	117	Humanior.	184
Hiades,	179	Humani corporis mos adolescendi.	55
Histiens.	144		
Hostilius Mancinus.	71		
Hortensij cultus.	6	I	
Hortensij manus gesticulosas.	6	Iactare.	27
Hortensius Dionysia, ac gesticulatrix.	6	Iacere.	27
Hortensij dictum.	6	Ialysij imago.	223
Homines in pueritia canescere.	121	Iapix uentus in Appulia.	38
		Ignarus.	128
Homo aure surda ac iacenti.	8	Illaudatus.	27
		Illatebrans.	137

Illois pedibus.	241	24	
256			Inculpatus.
Inquinamentum.	28		27
Imparilitas.	88		Inamabilis.
Impolitia.	71	33	27
Impendio loquacior.	I		In & con prepositiones.
Impeccabilis.	251		Indoctus.
Imperceptiora.	199		33
In 26. b. q. i. a. 286.			Insanus.
Inedia qui pereunt quan-			33
tum durent.	55		Inhumanus.
Incontinentia.	251		33
283			Infelix.
Incontinens	267		Inuolucris.
Incentiones.	71		45
Infra Classem.	112		Interibi.
Inferia.	272		52
Ingenui.	88		In ararios relatus.
In aduerbia desinentia.			78
174			Inuicibilis.
Inquies.	273		77
Insolens uerbum.	10		Incruenta uictoria.
Institutum pythagoricum.			79
10			Inaudaculus.
Instrumenta cur in castris.			89
12			Infortunitas.
Insignitas.	12		90
Induciae.	22		In ora.
Internicium morbi genus			108
			Inaurita.
			108
			Insilio.
			73
			Inscriptiones, seu Tituli
			librorum.
			288
			Interpretor.
			215
			Intra oceanum.
			172
			Intra modum.
			173
			Intercubitus adiectiuum
			179
			Inualentia.
			280
			Iouis filij.
			219
			Irafcibilitas.
			23

Iulianus

<i>Julianus hispanus</i>	Rhe-	<i>Inlatebrare.</i>	237
<i>tor.</i>	273	<i>Intolerantia:</i>	251
<i>Inferæ aues.</i>	94	<i>Infectiones.</i>	262
<i>Inquinamentum.</i>	28	<i>Ira quid.</i>	33
<i>Incuria.</i>	71	<i>Istrus fluvius.</i>	136
<i>Incenciones.</i>	71	<i>Isagoge.</i>	228
<i>Infra Classem.</i>	112	<i>Itarc.</i>	94
<i>Indeses.</i>	117	<i>Italia unde.</i>	150
<i>Incredulæ.</i>	121	<i>ἰταλοί.</i>	150
<i>Infestus unde.</i>	127	<i>Italia armentosissima.</i>	
<i>Involucra sensuum.</i>	150		
130		<i>Iusiurandum per Iovem</i>	
<i>Inflammanter.</i>	134	<i>lapideum.</i>	19
<i>Industriæ celeritas.</i>	137	<i>Ius dici.</i>	101
<i>Iniuria factum itur.</i>	139	<i>Ius uocationis.</i>	182
<i>Indoctus, rudiusq;.</i>	166	<i>Ius proferendi pomoerij.</i>	
<i>Intra calendas.</i>	171	182	
<i>Intercutia uitia.</i>	179	<i>Iudicis officium.</i>	201
<i>Intestabilis.</i>	94	<i>Iudicia priuata.</i>	201
<i>Insignite loqui.</i>	99	<i>Iunior pro positiuo.</i>	175
<i>Inter os &amp; offam.</i>	184	<i>Iupiter lapideus.</i>	19
<i>Induxit, fefellit, decepit.</i>		<i>Iupiter unde dicatur.</i>	
192		82	
<i>Interrogandi casus.</i>	193	<i>Iustitia quid sit.</i>	90
<i>Intentio.</i>	196	<i>Ius trium liberorum.</i>	
<i>Inculpatisissima uita.</i>	60		
201		<i>Iuris periti.</i>	201
<i>Inciabulum.</i>	209	<i>Iustitiæ imago.</i>	204
<i>Instaminarij.</i>	228	<i>Iumentum.</i>	280

L		Lex Aufella.	155
		Lex Licinia.	41.213.
		280	
Lais meretrix & adagi- um.	9	Lex Popilia.	12
Labeonis commentaria.	13	Lex Papia.	12
		Lex Fannia.	41
Laberius poeta.	141	Lex Æmilia.	41
Labandria.	228	Lex Cincia.	41
Laberij dictum.	61	Lex Antia.	41
Laberij uersus.	142	Lex Julia.	41
Lacedæmones cum tibijs in aciem.	10	Lex Ebutia.	231
Lacedæmoniorum mos.	160	Lex Atinia.	242
		Lex Talionis.	279
Lachrymæ.	25	Lex Stolonis.	280
Lætabundus.	158	Lex Voconia.	242
Laudare.	27	Lex Portia.	134
Lassitudo.	43	Leænæ partus.	177
Lana pro pilo.	162	Leonides.	52
Lactis uis.	162	Leo, & Androdus seruus.	84
Lancea hispanicum te- len.	222	Leo hospes, homo medicus.	85
Laterna.	188	Leporarij.	35
Lælius Varronis præce- ptor.	219	Leporaria.	35
Laureolus Eleontes.	50	Lepus unde.	17
Lex.	143	Leuitas.	110
Lex Aretina.	150	Leuis.	110
		Letti sotherici.	164
		Lebadia opp.	166

legio



Legio cum militibus.		Licium.	99
226		Lingula.	148
Lepores bina iecora.		Lictor unde.	165
234		Licinius imbrex.	189
Leuatiōra ac leuiora gelu		Literator.	123
durantur.	243	Lingua latina magis inops	
Liberos alendos esse pro-		quàm græca.	42
prio lacte.	161	Litticines.	282
Liberi pro uno filio.		Licus locus.	282
31		Locutulei.	16
Liberi patris Artifices		Loquentia.	16
qui	283	Longæuus.	33
Libs uentus.	37	Lorarij.	135
Libra & selibra.	115	Loꝛplex.	135
Librilis.	281	Lorea quid.	146
Libri sibyllini.	18	Locus Tullij pensitatus.	
Liburni quomodo naues		s.	
suebant.	239	Loricatus Surculus.	244
Lingua recondenda.	15	Lucas opp.	14
Lingua infrenis.	15	Lucretius.	82
Liburni.	239	Lusciosus.	64
Linea quid.	18	Lux orationis.	134
Lignantur.	237	Lucus.	232
Linguam exercitare.	128	Lucij neratij.	279
Lingua qualis esse de-		Lucius de ostreis.	286
beat.	15	Luna alit ostrea.	286
Linguaces.	15	Lucius Scipio Asiaticus	
Lituus quid.	80	116	
Lituus auguralis.	80	Luna adolescente, & de-	
Litem contestari.	81	ficiente quæ crescant, &	

que tabescant.	286	Massilia.	140
Luteus color.	43	Mausolus.	142
Lyrica Poeta.	37	Mausoli potio.	142
Lysias.	26	Mausoli sepulchrum.	
Lysiae orationes.	26	142	
		Mausolus tragœdia.	142
	M	M.C. quid de vita huma-	
		na sentiat.	151
Maiores.	183	Manubia, & præda.	190
Maiora Auspicia.	183	Marsus filius Circes.	231
Magistratus maiores & mi-		Marsi populi uirulenti.	
nores.	183	231	
Marcus Cicero de Iure Ci-		Magnum uiaticum.	238
uili.	20	Matrona.	261
Marci Ciceronis Contem-		Materfamilias.	260
poranei.	277	Mancioli.	270
M.T. & C. Cæsaris con-		Manuum conferere.	286
temporanei.	277	Metellus de uxore ducen-	
Matrimi, & patrimi.	12	da.	6
Mandata an semper sine		Metelli dictum.	6
facienda.	13	Metæ trianguli.	18
Malliana imperia.	13	Mellaria.	36
Magniloquentia.	51	Metus.	127
Malum consilium consulto-		Memordi.	109
ri pessimum.	66	Mentiri.	155
Marspiter.	82	Mendacium dicere,	155
Manulia.	71	mentarioris.	36
Mature.	137	Menedemus Rhodius.	
Maturitas.	137	177	
Maturare.	137	Menander.	39. 58
		Menander	

Menander quot	Tragæ	Morbus & uitiū.	64
dias.	239	Mons Palatinus.	182
Menippææ seu cynicæ	Var	Monomeri.	122
ronis satyræ.	196	Morbus colicus.	166
Mendicimonium.	228	Morbus fonticus.	280
Memnon Nocticolor	ap-	Modus mutandi sententias.	
pellatus.	270	124	
Mille hominum occiditur.		Modus medendi morsu	
16		serpentum.	109
Militaria uocabula.		Modus Auli Gellij inter	
136		studendum.	288
Miscella doctrina.	288	Mos Antiquus senatorum.	
Militibus uenam solui per		21	
ignominiam.	136	Mos Apollinaris Sulpitij	
Milesiæ uirgines ad suspen-		185	
dium.	214	Mos Antiquus.	203
Milonis interitus.	217	Muralis corona.	79
Mihi nomen Iulium.		Murices.	92
222		Mulieres abstemiæ.	146
Miles infrequens.	226	Multam dicere.	150
Mithridates & Antidotus.		Multam facere.	151
249		Multiuga.	159
Mithridatem duarum &		Multicoloria.	159
uiginti gentium linguas		Multiformia.	159
percelluisse,	250	Multiuga, ac sinuosa quæ	
Mœchimonium.	228	stio.	202
Mœnia.	271	Municipes.	233
Mons salis.	38	Multigrumis.	270
Moles trusatiles.	50	Mutitare.	257
Mortui præ gaudio.	58	Mulierofus.	68

<i>Munera.</i>	264	<i>Nescis quid Vesper serus</i>	
<i>Musonij sapiens dictum.</i>		<i>uehat.</i>	180
223		<i>Nerienes.</i>	189
<i>Myops.</i>	64	<i>Nerij.</i>	189
		<i>Nero fortis.</i>	189
		<i>Nerio.</i>	189
		<i>Ne particula.</i>	190
		<i>Nicopolis.</i>	215
<i>Nata res.</i>	182	<i>Nigidianae commentationes</i>	
<i>Natura an morbos fecerit.</i>		<i>cur in vulgus non exeāt</i>	
90		277	
<i>Naualis corona.</i>	79	<i>Nigror.</i>	43
<i>Nauum genera.</i>	148	<i>Nidum migravit.</i>	46
<i>Nanus &amp; pumilio.</i>	228	<i>Nilus fluius.</i>	136
<i>Neapolis.</i>	130	<i>Niobes filij.</i>	285
<i>Neptuni filij.</i>	219	<i>Nitescit.</i>	99
<i>Nequiter.</i>	223	<i>Nomina in osus.</i>	68
<i>Neq; Id.</i>	238	<i>Notae uocum.</i>	177
<i>Neptuni nomina.</i>	44	<i>Notus uentus.</i>	37
<i>Neuij epitaphium.</i>	22	<i>Nona.</i>	59
<i>Nerularia comoedia.</i>	50	<i>Nomina in osus.</i>	68
<i>Neuius comoedias in carce-</i>		<i>Novum.</i>	93
<i>ribus.</i>	50	<i>Novitium.</i>	93
<i>Nequitia.</i>	110	<i>Nolo.</i>	111
<i>Nequam.</i>	111	<i>Nola iugo a' Virgilio.</i>	116
<i>Neruias.</i>	123	<i>Novissimus.</i>	144
<i>Nescius.</i>	128	<i>Novissime.</i>	144
<i>Neuuli in mammis.</i>	162	<i>Nomina in bundas.</i>	157
<i>Necessitas.</i>	176	<i>Notationes temporum.</i>	253
<i>Necessitudo.</i>	176	<i>Noctescere.</i>	264
<i>Necessarij.</i>	176	<i>Nocticolorem.</i>	

Nocticolorem.	270	tes.	28
Nostri ac uestri.	284	Officiorum gradus.	83
Noctes Atticae.	288	Oleaginea corona.	78
Numina laeva.	83	Oleum cur sepe congelat-	
Nullum sine contrario con-		scit.	243
trarium.	90	Olympicum stadium.	I
Nuperrime.	92	Olympias Alexandri ma-	
Nugalia.	114	ter.	176
Numerus coniugarum .		Ons uocabula.	213
180		Opera in foro.	202
		Opica uerba.	159
		Opicus, a, um.	36
		Oppido quam peritus.	
		IOE	
Ob.	73	Opulescere.	264
Obsequibilis.	46	Oratio C. Gracchi in Pom-	
Obijces.	74	pilius.	156
Obnoxius.	114	Orchius.	22
Obesus.	270	Orestis corpus.	55
Obliterator.	270	Ornitones.	35
Ociosus a metu.	45	Oropi uastatio.	112
Oculi ludibundi.	51	Orthrium carmen.	235
Oaeurrit.	109	Oscitatio in partu letalis .	
Oceanus Lunae comes .		60	
197		Oscedo.	75
Oculorum doloribus mos		Oscitatio.	75
medendi.	244	Oualis corona.	79
Odiu Atheniensium .		Ouatio.	79
96		Ouis masculino genere .	
Offendere.	119	ISO	
Officia filiorum in Paren-			

Osus nomina.	126	Peposca.	109
P		Pepugi.	109
Patrimi.	12	Pecatus peccati.	187
Papyrius prætextatus.	21	Pecunia data quibus mo-	
Pactica pugna.	22	dis probetur.	102
Pacuij epigramma.	22	Periclis responsum.	3
Paradisus.	35	Persa & Perses.	102
Parsimonia ueterum.	40	Persa Plauti comædia.	
Palme natura.	51	89	
Parce quæ, & unde.	59	Peculatus.	116
Parcus unde.	61	Pertentare.	125
Pacificatio.	102	Penetrabilis querimonia.	
Partus quinque puerorum.	133		
131		Perdolitum est.	128
Partim hominum.	138	peregrinus philosophus.	
Panis fursureus.	154	170	
Pancratiastæ.	194	Peccare sine tui iactura!	
Pacuiianum carmen.	200	187	
Pacificator.	202	Peccatu.	187
Palatum habere.	213	Petrorritum.	222
Pansum a' pando.	218	Perdices bina cerda.	234
Passis uelis.	216	Pharmacopola.	15
Pabulatur.	237	Phedon Elidensis.	34
Patricij megalenses.	257	Philosophia gustanda &	
Pedaria sententia.	61	non ingurgitanda.	
Pecuniarius.	62	86	
Penus.	62	Philippi epistola ad Arist.	
Pellex.	65	120	
Pecunia prædacea.	75	Philistion!	247
Persona unde.	79	Philoxeni dictum.	289

Philippus Macedo.	44	Potus an defluat in pulmo-	
Philippi epistola.	120	nem.	246
Phoeniceus color.	43	Porcū Licinij uersus.	273
Pigitum.	216	Porca Cereri sacra.	67
Pignoriscapio.	110	Posthumiana imperia .	
107		13	
Pigmaei.	122	Posthuma proles.	32
Pileati serui ad uenum .		Polyhistor.	84
107		Post deinde.	105
Piscinae.	36	Polus histrio.	107
Plato.	26.97	Postliminium iustum.	115
Planipes saltus.	11	Positus, idest positio.	73
Planum.	18	Poetica iam nullius hono-	
Plauti Comœdiae.	49	ris.	149
Plauti epigramma.	21	Pomœrium.	182
Platonis orationes, & LY=		Postremissimus.	215
sic.	26	Postuerta.	234
Plautus poeta.	49	Porcetra.	260
Plautinissimus.	49	Pœna & multa.	105
Plauti laus.	114	Pœnitenda.	23
Plauca rogatio.	176	Pœnitere.	236
Platonis & Xenophontis		Pœna falsi testimonij .	
æmulatio.	203	282	
Pleiades stellæ.	54	Prandium caninum.	196
Plebs.	143	Prandium abstemium .	
Plebiscitum.	143	196	
Plinij laus.	122	Pro.	33
Pœtæ Græci.	285	Proficere.	34
Poli, Histrionis Historia .		Profigere.	34
107		Profanum.	34

profestum.	34	prehensionem habere.	181
Proverbum de caia & nu		praedaceus.	73
bibus.	38	praeter propter.	274
Proferre.	34	praenestini populi.	233
profigare.	34	praepudiosus.	29
Proverbum de Cassita.	45	praepudiosus.	29
proverbum de equo seia-		praese dictum.	59
no.	54	praedanae hostiae.	67
proicere.	74	praepetes aues.	93
Protagoras.	77	praesentaneum uenenum.	
Protagoras Euathlus.	81	91	
prolubium.	235	praequox praequis.	137
proloquium.	82	praenestini cur ex colonia	
proprium.	93	in municipium relati	
propitium.	93	sint.	233
Proinctae classes.	10	praemorsisse.	109
propugnari opp.	119	praecox praecois.	137
propere.	137	praepetes loci.	93
Proverbum de matre Euã-		praemorsisse.	109
dri.	10	praedes.	116
Proficisci.	34	praemature.	137
profatus.	218	praenestinus recessus.	151
proloquium.	229	prudens consilium.	171
pronuntiatio.	229	praeter naturam.	174.221
proletarius.	231	praeter fatum.	174
Problematum Aristotelis		præda & manubiae.	193
libri.	268	prima fax.	256
properare & festinare.		privilegia.	143
233		priori pueritia.	143
Prosa.	234	Prudentia indeferta ma-	



gis eligenda quam stulta	99	Quiescit.	99
loquacitas.	15	Quies.	99
Psylli cum Eustro.	232	Qui multa habet multis	
pueri quo pacto in utero		eget.	124
matris consistant.	234	Quadrigarij uerba.	128
Publij Nigidij Contempo-		Quinq; sensus.	108
ranci.	277	Quartum consul.	131
purum.	93	Quarto consul.	131
Putum argentum.	93	Quinq; Classes.	112
putare.	93	Quæ legenda in conuiuio.	
Puniendi tres causas.	98	180	
Puerperium.	161	Quin particula.	248
Publij sententiæ.	248	Quadrige.	271
purpurat.	264	Qua ratione contentio, &	
puluerat.	264	emulatio oriatur.	204
pudori colorem.	270	Quare oleum sæpe, uina	
Pumiliones.	277	rarenter congelascunt.	
Pythagorica disciplina.	9	243	
Pythagorici pecunias in		Quaedam constitutiones su-	
medium.	9	per officium Iudicis.	
Pyramides.	18	202	
Pyronij qui.	152	Quibus ius fuerit interce-	
		dere, ne senatusconsultus	
		fieret.	207
		Quibus in locis senatuscon-	
Quadrantalia.	18	sultus iure fieri potuerit.	
Quassare	27	207	
Quatere.	27	Quintus Scæuola.	242
Quinquatrus.	36	Quot dentes in Infante ge-	
Quadrans.	55	gnantur.	55

Quo Tempore Gellius ui-	Renidens.	173
xerit.	278	Responsio Accij ad Pacu-
		uium.
	R	Rectos cupressos.
		Recentatur.
Raro.	42	Refotus animus.
Rarenter.	42	Rhetores expulsi.
Radere barbam quando.		Rhodos ciuitas.
SI		Rhodanus fluius.
Rapacitas nonnullorum	Ro=	Robigus.
manorum.	215	Rogari sententias.
Rasitare.	SI	Rogatio.
Restare.	20	Romuli sobrietas.
Rescire.	35	Romanorum institutum,
Redhibitio in seruis.	64	dum pugnam ineunt.
Redhibere.	64	II
Repudium cum uxore	quis	Romanorum mos.
primus.	65	Romanorum laus.
Rectoris officium.	6	Rubidus color.
Refrigere.	196	Rubor.
Religiosa delubra.	68	Rufus color.
Religiosus unde.	68	Rutilus color.
Remittere animum.	256	Rumphea.
Res inopinata.	70	Rustice loqui.
Religiosus.	66	Rubi.
Religione solui.	115	
Religio quid sit.	136	S
Retinentissimus.	144	
Retas.	259	Sabinus Medicus.
Retanda flumina.	159	Sacellum.
		59
		97

Sallustij locus.	15.78.	tur more maiorum.	
	130		207
Satis eloquentiae, sapien-		sertorij astutia.	219
tie parum.	15	sertorij militum fidelitas.	
Sallustij defensio.	71		219
Sapientem non peccaturum feciderat.			110
	170	scruta.	57
Saltem.	173	scrutarius.	57
Sanctitudo.	176	scholasticus.	62
Sandaliarium.	258	scriptum facere.	95
Sacrificor.	264	serpea simulachra.	139
Sallustius virgus caesus.		seruinoi qui.	152
	250	scirpus.	188
Sallustius Nouator uerbo-		sophoclis mors.	58
rum.	16	sophocles senior Euripide.	
Sallustij locus corruptus.			185
	285	stadium Olympicum.	1
Sapiens an irasci debeat.		subargutuli.	222
	23	subsecundaria.	286
Satyræ Varronis.	34	subsiciuum tempus.	263
Sauromatae.	121	sublustria.	191
Scipio Africanus superior.		subijces.	74
	116	subnixus.	74
Scipionis, & Gracchi red-		suauiloquentia.	164
ditio in gratiam.		suauitudo.	176
	116	suculae stellae.	179
Sempronij Gracchi & Sci-		suffragium.	221
pionis Africani amicitia susq; deq; fero.			230
	116	suffetij Metij Historia.	
Senatus per quos habeba-			28

σικυτάλη laconica.	244	Sicinnium	283
Scripserim & uenerim.	257	Socratis temperantia.	17
Scrophæ & porcetæ.	260	Solstitium & bruma.	54
Sculna.	287	Solæosmus.	88
Sensus legum Solonis.	31	Solitauisse.	101
Senectus semper honora- ta.	32	Sors proposita gladiatori.	105
Septentriones.	36	Somniculosus.	127
Septentrionarius uentus.	36	Sothetica lecti.	164
Sellulariæ quæstiones.	48	Solitarium.	176
Septenarius numerus.	54	Soror ac frater.	180
Sepulchrum.	25	Soleæ.	188
Serpens immanis.	92	Sole occaso.	237
Selibra & libra.	115	Solonis tempora.	252
Securim.	186	Spectationes.	82
Senatus consil. quomodo.	107	Speyondi.	109
Senatus consult. quibus in locis iure fieri potuerit.	107	Spicea corona.	95
Sertorij astutia.	219	Species ab affectu.	195
Seruus receptitius.	241	Speculum ut imago.	234
Sequester.	287	Stribiligo, & imparilitas.	88
Sentes.	276	Strigosus equus.	75
Sicinius Dentatus.	30	Stattus nomen seruile.	75
Sillus amarulentus scri- ptor.	60	Stata forma.	82
Siticines.	282	Stuppa cum lectica.	133
Sicinista.	283	Stellæ aurigantes.	199
		Subnixus animus.	237
		Subsidium memoriæ.	
		242	

surculi

Surculi loricati	244	Tesserae	149
Sycofantæ.	200	Terminus deus.	168
Syrenei scopuli.	230	Testamentorum genera.	
		221	
<b>T</b>		Testamentum per aes, & li-	
		bram.	221
Tabule quibus tempori-		Thesaurus.	30
bus positæ fuerint.	278	Theophrastus Lesbicus.	
Taxare.	27	177	
Tangere.	26	Theophrastus	119
Talentum Atticum.	60	Theopompus.	142
Tarentum opp.	175	Theodectes.	142
Tactus, ac gustus cum bel-		Thracij cuiusdam fabula.	
luis.	267	276	
Tarquinus Superbus.	18	Tibiæ ad ischiacos.	71
Tauri mos.	263	Tibicen.	71
Tessera	82	Tiro Mar. Tullij libertus.	
Templum Dianæ Ephesie.	142		
27		Tingere helleboro sagittas	
Tegmine onychino.	270	quare.	249
Tempus cœnandi Athenis.		Tolerantia Socratis cum	
243		uxore.	17
Terentius.	112.255	Tollere pro corrigere.	17
Terentius Sædurus.	157	Toga.	111
Terentij locus.	108	Torquatus.	128
Terræmotus.	44	Torquati.	128
Templum Pacis.	89	Torquati pugna.	128
Testamentum.	97	Triones.	36
Tertium consul.	131	Trinoctium.	49
Tertio consul.	131	Triumphalis corona.	78

Tractim.	117	Vastra & fallaciosa argu-	
Transgredi.	148	menta.	109
Transgressus.	148	Valeri in casu uocandi.	
Tres.	187	193	
Tris.	187	Vasum.	190
Tributa.	221	Vaticanus ager.	234
Trinumus comoedie	ge -	Vagire.	234
nus.	242	Valerij Aeditui uersus.	
Tria dicendi genera.	112	273	
Tribuni cur ius uocandi		Valerius quo tempore Cor	
non haberent.	181	uinus.	126
Tunica.	111	Varronis laus.	131
Turres.	136	Vacanter accumulauit.	
Turrim.	186	246	
Turris lignea illita alumi-		Vanus, mendax, infidus.	
ne.	209	259	
Tullij locus in Verrem.		Vestalis prima a Numa	
172		capta.	12
Tullij locus.	173	Vehemens.	25
Tullius quo die & tempore		Vehere.	27
natus.	221	Vexare.	27
Tullius quot annos natus		Ventorum descriptio.	38
primam causam egit.	221	Veterator in literis.	47
Tullius & Demosthenes.		Verruca eminentis locus.	
222		52	
Turpius frigide laudari		Veionis.	82
quam grauiter uitupe-		Væ	82
rari.	268	Vescum.	83
		Vegrande.	83
V.		Vesanus.	83
Vallum dentium.	14		

Vectors.

Vecors.	83	Versus amatorij lepidi.	
Verba in arrogatione.	87	275	
Verbum augurale.	93	Virgilij locus	116. 175
Velitare.	96	Virgilij locus in primo	
Vesiceps.	88	æneidos.	125
Verborum uolumina.		Virgilij locus in octauo	
130		æneidos.	125 140.
Venustas, & mundities.		Virgilij locus.	73
133		Virgilij locus.	150
Venam solui militibus.		Vinaria.	35
136		Vitium, & morbus.	64
Verba in ciuilia.	136	Viator.	68
Velia opp.	140	Videndi ratio.	85
Velinus portus.	140	Vinum edormiant.	96
Veritas temporis filia.		Via laurentina.	132
171		Vieta poma.	175
Veritum, puditum, pigrum.		Vinum rhodium.	177
216		Vinum Lesbium.	177
Vestibulum.	226	Vinum exoticum.	177
Vesperauerat.	243	Vitiare & obtinere.	183
Vero uerbum.	357	Vini tria genera.	196
Vena quid.	263	Vinum apud antiquos in	
Vestri ac nostri.	284	conuiujs quare.	209
Veious simulachrum.		Vinum fomes ingenij.	209
83		Vinum non congelari.	243
Verba sublustria.	191	Virrescere.	264
Verba agentia pro patientibus.	264	Vita beata.	255
Verba patientia pro agentibus.	264	Vituperones.	270
		Visitare.	249
		Vndarum motus.	46

Vocabula positiua in natura.	135	Vxor ducenda ne sit.	6
Vox ex pectore.	14	Vxoris uitium aut ferendum aut tollendum.	17
Voluptas Epicuri.	122		
Vox an sit corpus.	86		X
Vocum turba.	130		
Vocabula ancipitia.	169	Xantippe Socratis uxor.	17.
Vocabilior sonus	187		
Vocalatio.	193	Xeniades Philosophus.	34
Vsum in grammatica auctoritate ualere.	99	Xenophontis & Platonis æmulatio.	203
Vsurpata in delitijs.	95		
Vsucapio	110		Z
Vrbes.	186		
Vrbis.	186	Zeno stoicus.	249
Vrtica piscis.	70	Zephyrus uentus.	37
Vulturinus uentus.	37	Zodiacus.	54
Vulnus.	127	Zonæ ad argentum.	215



**ALTER** Index, quo quicquid in unaquaq; re Lector  
quaesierit, siue id ad grammaticam, siue ad alias artes  
pertineat, inuenire quam facile queat.

Quae ad Philosophiam de natura, & ad dialecticam,  
& medicinam, atq; mathematicam pertinent.

Ratio proceritatis corporis ex Plutarcho. char.	1
De tempore tacendi, & dicendi a Pythagorico.	9
Non esse aequam reprehensionem Epicuri a Plutarcho de syllogismo.	29
De Iapige uento, & caeteris a Phavorino.	36
De colorum generibus.	42
De Terrae motu.	44
Quid obseruatum in undarum motibus diuersis flan- tibus uentis.	46
Principium diei, & noctis.	48
De ui, & natura palmae arboris.	51
De ui septenarij numeri.	54
Gaudio multos perijisse.	58
Temporis uarietas in puerperis malicium.	58
De definitione quaedam.	62
Incentiones tibi arum Ischiacis mederi.	71
De moderanda uita impuberum puerorum.	75
De argumentis reciprois.	81
Vox an sit corpus, uel incorporea.	85
De ui oculorum, atq; uidendi rationibus.	86
Chrysippi responsio aduersus eos, qui negauerunt Pro- uidentiam.	90
Item ab eodem de fato cum consilij nostri arbitrio.	90

Quæ ad philosophiam de natura, & dialecticam, &  
medicinam, atq; mathematicam pertinent.

Quid de quorundam sensuum naturali defectione scripsit Aristoteles. 107

De amore Delphini in puerum. 108

Certiores ictus ad superna, q̄ ad inferna esse. 119

De prodigijs Barbarorum, & foeminis in mares uersis, & gentium miras uarietates. 113

De conuersione foliorum oleæ, & de fidibus alieno ictu sonantibus brumali, & solstitiali. 123

Annũ LXIII infortunio aliquo agr. 212

De genere controuersie, quod dubium dicitur. 130

Plinium secundum latuisse genus argumenti, quod ἀντισπερον dicitur. 131

Quod Aristoteles de numero puerperij scripsit nomina non positina, sed naturalia. 135

Quæ maxima flumina ultra Ro. imperium. 136

Cur annulus gestetur in sinistrae manus digito proximo minimo. 137

Plinij secundi portenta fabularum, & quæ in Democritum indigne confert de Columbæ simulachro. 138

De ætatum finibus pueritiæ, iuuentæ, senectæ. 149

De Pyrrhonibus philosophis, & eorum differentia ab Academicis. 152

Chrysippus omne uerbum ambiguum, Diodorus nullum dixit. 156

Infantibus a matre lac præbendum. 161

Homerum, & Herodotum diuersum de Leonibus.

Quæ ad philosophiam de natura, & dialecticam, &  
medicinam, atq; mathematicam pertinent.

Numerus conuiuiarum, & de mensis secundis, & bel-  
larijs. 180

Aduersus eos, qui ex motibus syderum fata hominum  
se dicturos pollicentur. 197

Scriptum esse lignum alumine ablutum non ardere. 208

Iouis filij humanissimi, Neptuni crudelissimi a' poetis. 219

Syllogismum quibus uerbis Aristoteles definierit. 220

Reprehensio legis apud dialecticos percunctandi, dis-  
serendiq;. 223

Quo pacto fames possit tolerari ab Erasistrato. 224

ἀξιωμα quid significet, & quedam prima, quæ  
in dialectica traduntur. 228

Bina corda Perdices, & bina Iecora Lepores quibus  
regionibus. 234

Quaedam de quibusdam geometriæ partibus cogni-  
ta pulcherrima. 234

Cur oleum congelascit facile, uinum minus, acetum fe-  
re' nunquam, aquæ flumiorum, & fontium duren-  
tur, mare minime. 243

De habitu, & natura stomachi, & fistulæ, quæ  
χῆλα dicitur aduersus Erasistratum. 246

De materijs infamibus, quas greci ἀδόξως καὶ ἀνό-  
μως, exercendi gratia disputatis etiam a' Philoso-  
phis. 247

De natura hellebori candidi, & nigri. 249

Anates ponticas uim habere digerendis uenenis, deq;  
Mithridatis medicamento. 249

*Quæ ad Philosophiam de natura, & ad dialecticam  
& medicinam, atq; mathematicam pertinent.*

<i>Saturnalia ludicra agitare solitus Cælius quibus certaminibus, &amp; sophismata, &amp; ænigmata oblectatoria.</i>	<i>256.</i>
<i>In febre Arteria tangenda, &amp; non uena, &amp; quid utraq; quidq; pulsus.</i>	<i>262.</i>
<i>Diogenes philosophus quali talione usus, pertentatus à dialectico sophismatico.</i>	<i>264.</i>
<i>Cur repentino timore uenter effluat, &amp; ignis urinam laceſſat.</i>	<i>268.</i>
<i>Ex Aristotele niuis aqua potui pessima, &amp; q̄ ex niue Crystallus concreatur.</i>	<i>269.</i>
<i>Quod pudor sanguinem ab extra diffundit, timor uero contrahit.</i>	<i>269.</i>
<i>Herodis Attici de ui, &amp; natura doloris disputatio.</i>	<i>276.</i>
<i>De ijs, quæ cum luna habent consensum, idest ουμ- ταβειαρ.</i>	<i>285.</i>
<i>Historia de Cræsi filio loquente.</i>	<i>80.</i>
<i>Leonem hominem agnouisse.</i>	<i>84.</i>
<i>De serpente inusitata longitudinis.</i>	<i>92.</i>

*Quæ ad Philosophiam de moribus attinent.*

<i>Reprehensio in iactantem se esse philosophum.</i>	<i>I.</i>
<i>An pro amicis delinquendum quandoq;.</i>	<i>2.</i>
<i>De infami mundicia Demosthenis.</i>	<i>5.</i>
<i>An recte Metellus Numidicus in oratione de uxoribus ducendis.</i>	

*Quæ ad Philosophiam de moribus attinent.*

<i>ducendis.</i>	6
<i>Dictum Demosthenis ad Laidem, non tanti emere poenitere.</i>	8
<i>De tempore tacendi, &amp; dicendi à Pythagoricis.</i>	9
<i>Reprehensio Phauorini in adol. sentem prisce nimis loquentem.</i>	10
<i>An rectius mandatum facere omnino uel non.</i>	13
<i>C. Fabritius quid ad Samnites, cum aurum donarent.</i>	14
<i>Aduersus inanem loquacitatem.</i>	14
<i>Quanta cum animi æquitate Socrates tolerauerit uxo- ris ingenium.</i>	17
<i>Responsio Tauri Philosophi, an sapiens irascatur.</i>	23
<i>Quo pacto Socrates patientiam exercuit.</i>	24
<i>Quæ ratio officiorum inter Parentes, &amp; filios.</i>	24
<i>An semper patri obsequendum.</i>	28
<i>Lex Solonis utilis, &amp; si non uidetur.</i>	30
<i>De uetere parsimonia, deq; antiquis legibus sumptua- rijs.</i>	40
<i>Apologus Aesopi non inutilis.</i>	45
<i>Cur Sallustius auaritiam non animum, sed corpus effœ- minare tradidit.</i>	47
<i>Deliciarum uitium, &amp; mollicies oculorum, &amp; corpo- ris exprobrata acerbe, &amp; festuiter.</i>	51
<i>Malum consilium consultori pessimum.</i>	66
<i>C. Fabritius Cor. Rufinum inimicum consulem desi- gnauit.</i>	67
<i>De pythagora.</i>	70
<i>De moderanda uita impuberum.</i>	75

*Quæ ad philosophiam de moribus attinent.*

<i>Note, &amp; animaduersiones censoriæ.</i>	71
<i>Historia de Hostilio Maniano, &amp; Manulia meretrice.</i>	71
<i>De Africano superiore.</i>	74
<i>Initium Protagoræ ad Philosophiam.</i>	77
<i>Annibal cauillatus est Antiochum.</i>	78
<i>Leonem Romæ hominem agnouisse.</i>	84
<i>De Attilio regulo capto à Cartaginiensibus.</i>	92
<i>De Alexandro &amp; P. Scip. memoratu digna.</i>	95
<i>Philosophum non esse laudandum à uociferantibus, &amp; in laudando gestientibus.</i>	76
<i>Dictum Biantis de re uxoria.</i>	81
<i>Adhortatio ad philosophiam exemplo Euclidis.</i>	96
<i>Quæ ad officium grauitatis, &amp; dignitatis ducunt.</i>	96
<i>Quæstunculæ symposiace.</i>	97
<i>Puniendis peccatis tres rationes, quarum Plato duarum tantum meminit.</i>	98
<i>Quàm seuerè ab antiquis in fures, &amp; quid de seruato, &amp; commodato.</i>	113
<i>Confutatio ex Euripide luxuriantis gulæ.</i>	113
<i>De obseruantia iurisiurandi Romanorum.</i>	115
<i>Mentitus nomen, &amp; habitum philosophiæ quibus uerbis notatus.</i>	119
<i>Epistola Philippi ad Aristotelem, de Alexandro filio nato.</i>	120
<i>De genere, &amp; natura uoluptatis.</i>	122
<i>Qui multa habet multis eget.</i>	123
<i>Democritus qua causa se lumine oculorum priuauit.</i>	

*Quae ad philosophiam de moribus attinent.*

<i>rit.</i>	141
<i>Non leuari peccatum cum aliorum exemplo pretendi-</i> <i>tur.</i>	142
<i>De falsae philosophiae probis ex Platone.</i>	144
<i>De mulierum ueterum uictu, &amp; moribus, &amp; de iu-</i> <i>re mariti necandi uxorem adulteram.</i>	146
<i>Quo pacto M. Cato Albinum graece scribentem re-</i> <i>prehenderit.</i>	154
<i>De Demosthene Rhetore cum legatis Mileti.</i>	154
<i>Qui petunt, qui negant, &amp; qui tacent omnes petunt,</i> <i>&amp; capiunt in comitijs uel conatijs.</i>	155
<i>Sobria, &amp; pulcherrima Romuli responsio circa uini</i> <i>usum.</i>	157
<i>De furtis, &amp; quod quidam poena, quidam premio</i> <i>dignos fures censebant.</i>	160
<i>Anneus Seneca leui, futiliq; iudicio fuit.</i>	163
<i>De modo tolerandi dolores secundum Stoicos.</i>	166
<i>Errare eos, qui fiducia latendi peccant.</i>	170
<i>De Aristotele, Theophrasto, &amp; Menedemo, deq; ue-</i> <i>recundia Aristotelis, successorem eligentis.</i>	176
<i>Sapientiam esse filiam usus, &amp; Memoriae.</i>	178
<i>Numerus conuiuarum decens, &amp; de secundis mensis.</i>	180
<i>Quid apud M. Catonem significet inter os, &amp; offam.</i>	185
<i>De uestitu, atq; calciatu non decoro.</i>	188
<i>Exprobratio Catonis contra Philosophantes nomine,</i> <i>&amp; non re.</i>	190
<i>Homines ad cauendas iniurias semper intentos esse de-</i> <i>bere.</i>	194

*Quæ ad Philosophiam de moribus attinent*

<i>Manicatas uestes P. Africanus Sul. Gallo obicit.</i>	111
<i>Multam filia P. Appij dicta, q̄ locuta petulanter.</i>	135
<i>Elegantia apud antiquos de nitidiorē cultu non de ingenio amoeniorē, &amp; cultus nitidior uitio datur.</i>	151
<i>Dolobella proconsul ream ueneficij, ac confitentem ad Areopagitas reiecit.</i>	168
<i>Reditiones in gratiam nobilium uirorum memoratu dignæ.</i>	169
<i>De officio iudicis.</i>	201
<i>Chrysippus, quàm apte iustitiam pinxerit.</i>	204
<i>Plato non inutiles uini inuitatiunculas in conuiujs censuit.</i>	209
<i>Cœnarum, atq; luxuriæ exprobratio Phauorini</i>	213
<i>De admirando &amp; uoluntario interitu uirginum Milesiarum.</i>	214
<i>Philosophi, &amp; Rhetores Roma pulsi.</i>	214
<i>De parsimonia, ac pudicitia Cracchi.</i>	215
<i>Aduersus eos, qui curant, quæ ad luxuriam, &amp; quæ ad Philosophiam omittunt.</i>	218
<i>De uita, &amp; moribus Euripidis, &amp; morte.</i>	218
<i>Gravis sententia Musonij à Catone recepta.</i>	223
<i>Sententiæ ex Publij mimis selectæ.</i>	248
<i>Aduersus homines nequam, &amp; impure philosophiam tractantes, duoq; uerba obseruanda omnium rerum longe salubria.</i>	250
<i>Verba ex symposio Platonis exercendi gratia in latinam linguam uersa.</i>	251



*Quæ ad Philosophiam de moribus attinent.*

- In perficienda uita beata quantum uirtus ualeat.* 255  
*Probatissimi hominis, sed infacundi sententia præfertur  
a' Lacedæmonijs sententiæ improbi, sed facundi.* 257  
*Quid philosophus palefcens tempestate maris respon-  
derit, & q' primi motus non sunt nostræ pote-  
statis.* 266  
*Gustus, & tactus fœdissima uoluptas, quia bestiarum  
sunt, tertium aliorum tantum hominum.* 267  
*Turpius frigide laudari, quã acerbius uituperari.* 268  
*Antonij Iuliani lepidissima responsio, & uersus ama-  
torij ab eo in conuiuio dicti.* 272  
*Plato iuuenis lusit amatorios uersus.* 275  
*Artificum scenicorum studium probrosum, amoremq's  
inhonestum esse, superq's ea re uerba Aristotelis.* 283  
*Exempla epistolarum Alexãdri regis, & Aristotelis ob  
libros ausultatorios editos.* 283  
*Faceta responsio M. Ciceronis amolientis a' se crimen ma-  
nifesti mendaciij.* 171  
*Prudens rescriptio Olympiadis Alexandro.* 176  
*An Xenophon & Pla. infensi inter se fuerint.* 203  
*Ventidius Bassus ignobilis primus de Parthis trium-  
phauit.* 210  
*Sertorius dux quo astu ad milites barbaros usus.* 219  
*Rhodij quibus uerbis Demetrium hostium ducem ab op-  
pugnatione amouerunt.* 222  
*Mithridatem regem duarum & uiginti linguis gentium  
locutum.* 250  
*Sallustum a adulterio deprehensum.* 250

*Quæ ad grammaticam, & rhetoricam attinent.*

Valerij Coruini nomen de historia.	126
Manlij Torquati pugna cum Gallo provocatore.	128
Ex Ennio quale ingenium, comitasq; amici minoris er- ga maiorem.	152

*Quæ ad grammaticam, & rhetoricam attinent.*

De uerbo mutato in oratione Cicronis exploratio te- nis.	5
Recte Cicero rem presidio futurum dixit.	7
Reprehensio Phauorini in adolescentem nimis prisce lo- quentem.	10
Aduersus inanem loquacitatem.	14
Recte dictum mille hominum occiditur.	
L. Lælium præceptorem reprehendit M. Varro, qd & ipse reprehendendus de Etymologia.	16
De uocabulis geometriæ græcis & latine dictis.	18
De uersu Virgilij ex eius codice sensu torquebit ama- ror.	19
An latine dictum superesse, quod defendit, & de uer- bo superesse.	19
Induciæ, quid sint à M. Varrone.	22
H. litera qua ratione antiqui quibusdam uocabulis im- miserunt.	25
A' C. Basso genus quoddam iudicij diuinationem appellari.	25
Inter Platonis, & Lysia orationem.	26
Virgilij defensio de uerbis ignauiter, & abiecte qui-	

Quæ ad grammaticam, & rhetoricam attinent.

bus usus.	26
Iniqua Plutarchi accusatio in Epicurum de quodã uerbo in definitione uoluptatis.	29
Fauissæ capitolinæ quid significent liberos etiam unum filium ueteres.	30
M. Cato stitisses, & non stetisses.	32
Cælius à Sulpitio damnatus in enarratione Virgiliani uersus.	32
De natura quarundam præpositionum ex M. Ci.	33
Rescire quid sit, & quæ eius significatio.	35
Viuaria uulgo dicta, & quid pro eo uocabulo à quibusdam dicatur.	35
Super uocabulo septentrionis syderis.	36
De Iapige uento, & cæteris à Phauorino.	36
Consultatio, & dijudicatio locorum comædiæ Menandri, & Cælij.	38
Quid græci ἀναλογίαν, & ἀνομαλίαν.	42
De uocabulis colorum.	42
De Sallustij uerbis, & Demosthenis, quibus Philippum, & Sertorium descripserunt.	44
De explorandis Plauti comædijs, quoniam promiscue ueræ, & falsæ eius nomine inscribuntur.	49
Quis equus seianus in prouerbio, & spadices.	53
Bibosum dictum à Nigidio, & absurdo, & nouo uocabulo.	56
Dimidium librum uel dimidiam fabulam uitiose dici.	56.

*Quæ ad grammaticam, & rhehoricam attinent.*

<i>Pedarij Senatores.</i>	61
<i>Parcus homo unde dicatur.</i>	61
<i>Penus quid &amp; uarie declinari.</i>	62
<i>Quid hæc uocabula uelint morbus, &amp; uitium, &amp; an eunuchus, &amp; steriles mulieres redhiberi possint.</i>	64
<i>Verba ueteris senatus consulti. hostiæ suacidaneæ, tempora præcidaneæ, &amp; feriæ præcidaneæ.</i>	66
<i>De accentibus quorundam nominum punitorum.</i>	67
<i>Religiosus quid significet.</i>	68
<i>Sententia defensa Sallustij.</i>	71
<i>De uocabulis quibusdam à Varrone, &amp; Nigidio declinatis contra consuetudinem.</i>	72
<i>De natura particularum, quæ præpositæ uerbis intendi, atq; producti inscite, &amp; barbare uidentur.</i>	73
<i>De uerbo duo &amp; uicesimo ignoto uulgo quodq; à uiris doctis uarie de eo scriptum est.</i>	77
<i>Personæ uocabuli interpretatio.</i>	79
<i>Defensio Virgilij ab accusatione Higini.</i>	79
<i>Alphenum Iure consul. in interpretatione ueterum uocabulorum errasse.</i>	92
<i>Adoptatio, arrogatio quid sint, &amp; quo pacto differant.</i>	87
<i>Solæcismus quo pacto à Latinis appelletur.</i>	88
<i>Pluria, compluria, &amp; compluries latine dicti.</i>	89
<i>Virgilius immerito damnatus, q̄ prepetes pennas dixerit.</i>	93
<i>Testamentum, &amp; sacellum qualia nomina.</i>	97
<i>Quæstuncule symposiace.</i>	97

Quæ ad grammaticam, & Rhetoricam attinent.

- An e in uerbo quiesco producat, uel corripatur. 98  
Deprecor uerbum bene à Catullo positum. 99  
Historiæ, & annalium differentia. 86  
De pudendo errore Cæselli. 101  
Excusatio M. Catonis aduersus Tullium Tironem  
Ciceronis libertum. 102  
An affatum prima acuta pronuntiandum, & de acen-  
tibus. 108  
Peposci, memordi, & pepugi, & cætera id genus ab  
antiquis. 109  
Usucapio, & pignoris capio. 110  
Leuitatem, nequitiam, non ea significatione esse, qua  
uulgi sermonibus dicuntur. 110  
M. Cato quæ classicum, & quæ infra classem dicat. 112  
Tria dicendi genera, & de tribus Oratoribus Romæ  
missis ab Atheniensibus. 112  
Obnoxius quid significet, & de eius origine. 114  
Virgilius ob iniuriam Nolanorum posuit ora pro No-  
la, & de consonantia literarum. 116  
Quoad uiuet, & quoad morietur ex contrarijs idem  
significare. 117  
Offendere, & defendere, quid significant. 119  
An frequentatiua in prima syllaba correpta, ut pri-  
mitiua. 123  
Quis modus conuertendi in græcas sententias uerba,  
& quæ bene Virg. ab Homero, & quæ non. 124  
Defensio Virgilij, q̄ operte, & pudice concubitum Ve-  
neris, & Vulcani scripserit. 125

Quæ ad grammaticam, & rhetoricam.

De uerbis reciproce significationis.	126
Hæc facies huius facies ab antiquis.	129
De genere controuersia, quod dubium dicitur.	130
Tertio consul, an tertium dici oporteat.	131
Contentio, & collatio locorum ex orationibus C. Cracchi, & M. Catonis.	133
Auarus, simplex, an compositum uocabulum.	135
Quid mature significet.	137
Præcox huius præcox, & non præcoquis.	137
Cur partim hominum, idest pars hominū dicatur.	138
Iniuria mihi factum itur, quali ordine uerborum Cato.	139
Virgilij errores in historia Rom. in VI. Aen.	140
Rogatio, lex, priuilegium, plebiscitum, quid.	143
Novissime, & nouissimus M. Cicero cur uitarit.	144
Die pristini die crastini die quarti eleganter.	146
Telorum, iaculorum, nauiumq; uocabula.	147
Sallustius inscite damnatus, q̄ transfretationem transgressum dixerit.	148
Atq; particula plus quã completiuã habet uim.	158
De origine uocabuli terræ Italiae.	159
Elegantia apud antiquiores de nitidiorre cultu, & uictu, & non de ingenio amœniore.	151
Pro particulae quanta, qualis ue sit uarietas.	151
Q. Ennius Euripidem æmulatus.	152
Verbis antiquis desitis minime utendum.	153
Quo pacto M. Cato Romanum græce scribentem accusat.	154
Differentia inter mentiri, & mendacium dicere.	155
Quid	

Quæ ad grammaticam, & rhetoricam.

Quid T. Casparius senserit de uerbis, & sententia quadam C. Gracchi.	156
De ludibundo, & errabundo, & id genus uerborum productionibus.	157
Græcorum quorundam uerborum difficillima in la- tinam linguam mutatio.	158
Quid significet, flumina retanda publice redemptæ habent.	159
Anneus Seneca leui, futiliq; iudicio fuit, iudicans de Ennio, & M. Tullio.	163
Lictoris uocabulum, qua ratione conceptum, & or- tum.	164
Ex Ennio quale ingenium, comitasq; amici minoris er- ga maiorem.	165
Quod græci ænigma latini scirpos dixerunt.	168
Quæ dicuntur uocabula anapitia.	169
Quod æditimus uerbum latinum fuit.	170
Intra Calendas quid significet, utrum ante Calendas uel Calēdis, & de dictione itra ex M. Cicerone.	171
Saltem particula quam uim habeat, & originē.	173
Calatim, uellicatim, saltuatim Sisenna usus.	174
An fatum, & natura idem apud Ciceronem signifi- cet.	174
An necessitudo, & necessitas differant.	176
Quid ueteres latini ἀποσώδιστος. Item quod uocabu- lum Barbarismi non usurpauerunt.	177
De fuculis, & hyadibus stellis quid Tul. Tiro.	179
Sororis, & fratris recta interpretatio.	179
Humanitas quid sit.	184

*Quæ ad grammaticam, & Rhetoricam attinent:*

- Inter os, & offam qd significet apud M. Catonē.* 184  
*Maior ratio habita sonitus uocum, quàm disciplinæ  
grammaticæ.* 186  
*Scripsisse eadem, qui diuersorum temporum fuerūt.  
nam Pla. Euripidi Sophoclis uersum ascribit.* 184  
*Neriane, seu Nerio, quid importet.* 189  
*Manubiæ quid sint.* 190  
*Facies quid sit.* 195  
*In Valeri nomine primam syllabam ac uendam, deq;  
ratione scribendi.* 193  
*Versus, quos Virgilius imitatus Homeri, ac Parthe-  
nij.* 194  
*Quantum differat cum multis Mortalibus, cum mul-  
tis Hominibus.* 194  
*Quid sit caninum prandium.* 196  
*De libro familiaris cuiusdam doctrinam, sed nullam  
delectationem, aut utilitatem habente, deq; uocabu-  
lis urbium immutatis.* 206  
*An aufero, aufugio, autumo eodem modo au particu-  
lam sortiantur ex Cicerone.* 210  
*Verbum profligo à plerisq; dici improprie, insci-  
teq;.* 211  
*Erratum à Cicerone in II de gloria de Hectore, &  
Aiace.* 212  
*Frontem masculino genere à Cæcilio poeta.* 213  
*Philosophi, & rhetores olim Roma pulsī.* 214  
*De uerbis communibus utor, uereor.* 215  
*Figura noua orationis à græcis à Metello Numidico  
usurpata*



Quæ ad grammaticam, & Rhetoricam attinent.

usurpata.	216
Passis uel is, passis manibus dixisse Veteres non à pa- tior, sed à pando.	219
Iouis filij humanissimi, Neptuni inhumanissimi à Poetis.	219
De ætatibus Historicorum Nobilium.	219
De comicis Latinis iudicium Vulcatij Sedigiti.	220
De uerbis nouis in Cn. Matij Mimiãbis inuētis.	220
Comitia calata, curiata, centuriata tributa quid sint.	220
Errasse Cor. Nepotem, cum dixit Ciceronem trium, & uiginti annorum causam dixisse pro Sex. Roscio.	221
Quali figura orationis, & q̄ noua L. Piso usus.	222
Vehi ulū, quod Petorritum dicitur, ciuitatis lingua.	222
Vestibulum quid significet, & eius uocabuli origo.	226
Hostiæ, quæ bidentes dicuntur, quid sint.	227
Quibus uerbis Laberius usus.	228
ἀξίωμα quid significet, & quedam alia ad diale- cticam.	228
Susq̄, deq̄ in libris antiquorum quid significet.	230
Proletarij, Capitecensi, & quid in XII tabulis assi- dus.	230
Cloatius Verrius, quedam ad originem græcæ linguæ redegit, aut commode, aut absurde.	232
Quid municipium, & quid à Colonia differat.	232
Properare, & festinare differre ex M. Catone.	233
Agrippas à partu ægro, & De ijs Deabus, quæ uocantur	

Quæ ad grammaticam, & Rhetoricam.

- tur Prosa, & Postueria. 234
- Quæ ratio uocabuli agri uaticani. 234
- Aduersus inique accusantes M. Cicer. in oratione  
pro M. Cælio. 236
- Verba ex Q. Claudio annotata. 237
- De sparto interpretatio M. Varronis, ex Homeri uersu  
contra uulgariam opinionem. 239
- Menander, & Euripides ab ignobilioribus poetis quã  
doq; superati. 239
- Non esse uerum M. Cicer. in libro de Amicitia usum  
uitioso argumento dubio pro confesso. 240
- Quid seruus recepticius. 241
- An de præterito, uel futuro caueãt hæc uerba legis, qđ  
subreptum erit, & rei æterna authoritas esto. 242
- Virgilius in describendo Aetnæ incendia pindarum  
imitatus. 245
- Quin particula quot, qualesq; uarietates significa-  
tionis habeat. 248
- Sallustij uerbis, perincertum, stolidior, an uanior, illu-  
sus quidam, quod sese tantum Sallust. intelligere iac-  
tabat. 249
- Quæ Ennius quadrupes eques, & nõ equus dixit. 260
- Matronam, & matrem familias non differre, ut He-  
lius Melissus scripsit. 260
- Concio quot significationes capiat, & quem in modũ  
Phauorinus tractauerit intempestiuũ de ambigui-  
tatibus uerborum quærentem. 261
- Similiter Cadentia esse puerilia, & nõ ornãmẽta. 262

Insecunda

*Que ad grammaticam, & Rhetoricam.*

- Insecunda apud M. Cat. quid, & an insequenda.* 262
- Vena, Arteria, pulsus quid sint.* 262
- Verba ex carminibus Furij Antiatris inscite à Cælio  
Vindice reprehensa.* 263
- Morem veteribus uerba patiendi mutare in agendi  
modum.* 264
- Numerus hemiolios, & epitritos quid sit.* 265
- Quod M. Varro in herois uersibus obseruauerit rem  
nimis anxie obseruationis.* 265
- Turpius frigide laudari, quàm acerbius uitupera-  
ri.* 268
- Obesum quid, & quedam prisca uocabula.* 270
- An arena, cœlum, triticum pluralia inueniantur, &  
an inimicitie quadrigæ, in singulari.* 271
- Præter propter, & si in usu uulgi, tamen ab Ennio  
dicta.* 274
- Plato & iuuenis amatorios Iusit uersus.* 275
- Antonij Iuliani lepidissima responsio, & uersus ama-  
torij ab eo dicti in conuiuio.* 272
- Quos pumiliones græce *ράγους* dici.* 276
- Siticinum uocabulum quid significet in M. Catonis  
oratione.* 282
- Quam ob causam Sicinistas nebuloso nomine dixerit  
L. Actius.* 282
- An rectius habeo curam uestri, uel uestrum dica-  
tur.* 284

*Quæ ad grammaticam, & Rhetoricam attinent.*

<i>Quam diuersæ sententiæ græcorum super numero fe- liorum Niobæ.</i>	285
<i>Quibus uerbis delectari solitus sit Antonius Iulianus.</i>	286
<i>Quid uocabulum iure manu confectum.</i>	286
<i>Quid sit sulna apud M. Varronem.</i>	287
<i>Colorum diuersorum nomina.</i>	42

*Quæ ad mores ueterum, & Historiam.*

<i>Tibia in bello usus antiquos.</i>	10
<i>De conditione Virginis uestalis.</i>	12
<i>C. Fabritius, quid ad Samnites, cum aurum darent.</i>	14
<i>De libris Sibyllinis, &amp; Tarquinio rege.</i>	18
<i>Papyrius Prætextatus, &amp; causa cognomenti.</i>	21
<i>Tria epigrammata trium ueterum poetarum.</i>	21
<i>De Sicinio Dentato bellatore memoratu digna.</i>	30
<i>Honores senectæ habiti, &amp; ad patres, &amp; maritos.</i>	32
<i>Phædon socraticus seruus, &amp; alij.</i>	34
<i>Non esse compertum cui deo rem diuinam fieri oporteat, cum terra moueatur uiribus.</i>	44
<i>Quod P. Africano, &amp; alijs nobilibus ante senectam barbam radere patrij moris fuit.</i>	51
<i>De Q. Ceditio æquiperato Spartano.</i>	51
<i>Literæ consulum Rom. ad Pyrrhum Regem.</i>	52
<i>De ætate Hesiodi, &amp; Homeri.</i>	55
<i>Demosthenes dimisso Pla sectatus Callistratum.</i>	56
<i>Plato, &amp; Aristoteles mercati libros maxim.</i>	60

Nullæ

*Quæ ad mores ueterum, & historiam.*

<i>Nulla uxoriæ actiones ante Carbilianum diuor- tium.</i>	65
<i>De more ueterum sponsaliorum ex Ser. Sulp.</i>	65
<i>Historia de perfidia Hetruscorum aruspicum.</i>	65
<i>De ordine rogandarum sententiarum, Iurgiorumq; in Scena C. Cæsaris, &amp; M. Catonis.</i>	69
<i>De pythagora.</i>	70
<i>Notæ, &amp; animaduersiones censoriæ.</i>	71
<i>Historia de Hostilio Mancino, &amp; Manulia mere- trice.</i>	71
<i>De Africano Superiore.</i>	74
<i>De seueritate censoriæ notæ.</i>	75
<i>De equo Alexandri, qui Bucephalus dicitur.</i>	76
<i>Quæ causa, quod initium Protagoræ Philosophiam adeundi.</i>	77
<i>Annibal cauillatus est Antiochum.</i>	77
<i>De coronis varijs, &amp; quæ unaquæq;.</i>	78
<i>Historia de Croesi filio.</i>	80
<i>De nominibus Deorum Populi Romani.</i>	82
<i>Leonem Romani hominem agnouisse.</i>	84
<i>De officiorum ordine, &amp; gradu populi Romani.</i>	83
<i>Cur dies primi post calendas, nonas, idus atri, quartus ante eas religiosus habeatur.</i>	86
<i>Historiæ, &amp; annalium differentia.</i>	86
<i>De serpente inuistatæ longitudinis.</i>	92
<i>Attilius Regulus à Carthagi. captus.</i>	92
<i>De Acta Larentia, Caia Terraria, fratres aruales qui sint.</i>	94

*Quae ad mores ueterum, & historiam*

De Alexandro, & Scipione digna memoratu.	95
Cn. Flauij Curulis egregium factum.	95
Quis primus edidit libros, & quantus numerus Athe- nis.	100
Admiranda de P. Africano superiore.	100
Cur serui pileati uenundati, & mancipia sub coro- na.	107
Historia de Polo histrione dolorem imitante.	107
De Amore Delphini in puerum.	108
Manicatas uestes P. Africanus sul. Gallo obiecit.	111
Quam seuerè antiqui in fures, & de seruato, & cõ- modato.	113
Observantia Iuris iurandi Rom. & de legatis ab An- nibale deiurio accepto Romam missis.	115
Historia de Tiberio Sempronio Græco Tri-plebis.	116
Equos a censoribus pinguibus equitibus demptos an ignominia, uel non.	118
Prodigia Barbarorum, & foeminas in mares uer- sas.	121
Valerij Coruini nomen, & historia.	126
Manlij Torquati pugna cum Gallo prouocatore picta postq̃ descripta a Q. Vadrigario.	128
Multa filiae P. Appij, q̃ petulanter locuta.	136
Inter militares ignominias fuisse sanguinis missionẽ, & quae huius causa.	136
Acies Romana quibus modis, & quo habitu.	136
Cur annulus in proximo minimo, sinistro.	137
De stans dialis Cærimonijs, & uirginum Vestæ in-	

*Quæ ad morès ueterum, & Historiam.*

<i>ramento.</i>	139
<i>Historia de Artemisia, &amp; de certamine apud Mausoli sepulchrum.</i>	142
<i>Historia de Populo Romano, &amp; punico, &amp; q̄ amulii fuerunt pari uigore.</i>	149
<i>De suprema multa, &amp; Numa, &amp; lege Arretina, &amp; ratione uocabuli Italiae.</i>	150
<i>Elegantia apud antiquos, de nitidiorè cultu, &amp; uictu, quodq̄ idem uictio dabatur.</i>	151
<i>Mulieres Rom. per Herculem, Viri per Castorem non iurare.</i>	153
<i>Dolobella proconsul ream ueneficij, ac confitentem ad Areopagitas reiecit.</i>	168
<i>Reditiones in gratiam Nobilium uirorum memoratu dignæ.</i>	169
<i>Faceta responsio M. Cicer. amolientis a se crimen manifesti mendacij.</i>	171
<i>Colloquium Pacuuij, et Accij Poetarum.</i>	175
<i>Olympiadis rescriptio prudens, ac comis ad Alexandrum filium.</i>	176
<i>Tribunos in plebis prehensionem uocationem non habere.</i>	181
<i>Aediles, et quæstores populi Rom. inius ad prætorem a privato posse uocari, ex M. Varrone.</i>	181
<i>Qui sint minores magistratus.</i>	182
<i>Aliud loqui ad Populum aliud cum populo agere, et qui magistratus a quibus auocent comitiatum.</i>	183

*Quæ ad mores ueterum, & Historiam*

De genere, atq; nominibus Portiæ familie.	185
Comprecationes, quæ ritu Romano fiunt Dijs.	189
De officio iudicis.	203
An Xenophô, & Plato æmuli, & iſenſi inter ſe.	203
M. Varro ad Cn. Pomp. de officio ſenatus habendi.	207
An præfectus latinarũ cauſa creatus ius conuocandi ſenatus, conſulendiq; habeat.	208
Ventidius Baſſus ignobilis primus de Parthis triumphauit.	210
Diuus Auguſtus epiſtola ad filium letatur, ſe annum euafiſſe, quo ſenes infortunio agi ſolent.	212
Novum genus interitus Milonis Crotonenſis.	217
Cur nobiles Athenienſiũ tibijs canere deſierunt.	217
Pugna Cæſaris in Pharfalia à Cornelio ſacerdote nũtiata Patanij.	217
Euripidis uita, mores, & interitus.	218
Historia de Sertorio duce, & eius aſtu, quo ad milites barbaros uſus.	219
De ætatibus Historicorum nobilium.	219
Erraſſe Cor. Nep. qui dixit Cicer. XXIII annorum cauſam dixiſſe pro Sexto Roſcio.	221
Rhodij quibus uerbis Demetrium hoſtium duceſ ab opugnatione amouerunt.	222
Quo ritu Rom. ſocialis bellum indicere ſolitus, & multa de militibus.	225
Hoſtæ bidentes dictæ, quid ſint.	227
De Pſyllorum interitu ex Herodoto.	232




*Quæ ad mores ueterum, & Historiam.*

<i>Super fidiçine Arione ex historia Herodoti.</i>	235
<i>De literis clandestinis C. Cæsaris, &amp; aliorum.</i>	243
<i>Mithridatem Regem XXII linguis gentium locu- tum.</i>	250
<i>Sallustium adulterio deprehensum.</i>	250
<i>Quibus temporibus post Romam conditam Græci, Ro- maniq; illustres floruerunt.</i>	252
<i>Contemporaneos fuisse Cæsari, &amp; Ciceroni M. Varro- nem, &amp; P. Nigridiũ, cuius commentaria ob obscurita- tem non exeunt in uulgus.</i>	277
<i>Probatissimi, sed infacundi sententia præfertur a' La- cedæmonijs sententiæ improbi, sed facundi.</i>	257
<i>Disputatio sex. Cæcilij Iureconsul. &amp; Phauorini philo- sophi de legibus XII Tabularum.</i>	278

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

171





I

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM  
COMMENTARII.

LIBER PRIMVS.

LVTARCHVS IN LIBRO, quē scribit ἑκδοσὴν ψυχῶν καὶ σωμάτων ἀνθρώποις περὶ οὐσίαν καὶ ἀρετὴν διαφορά, scite, subtiliterq; ratiocinatum Pythagoram philosophum

p  
dicit, in reperienda, modulandaq; status longitudinisq; Herculis præstantia. Nam cum ferè constaret curriculum stadij, quod est Pisis apud Iouem olympium, Herculem pedibus suis metatum: idq; fecisse longum pedes sexcētos, cætera quoq; stadia in terris Græciæ ab alijs postea instituta, pedum quidem esse numero sexcentum, sed tamen esse aliquantulum breuiora: facile intellexit modum, spatiumq; plantæ Herculis ratione proportionis habitæ, tanto fuisse, quàm aliorum procerius, quanto olympicum stadium longius esset, quàm cætera. Comprehensa autem mensura herculani pedis secundum naturalem membrorum omnium inter se competentiam, modificatus est. Atq; ita id collegit: quod erat consequens: tanto fuisse Herculem corpore excelstorem, q̄ alios: quanto olympicum stadium cæteris pari numero factis anteiret.

Ab Herode attico consulari viro tempestive deprompta in quendam iactabundum, et gloriosum adolescentem, specie tantum philosophiæ sectatorem

uerba Epicteti stoici, quibus festiuiter a uero stoico se-  
iunxit uulgus loquacium nebulonum, qui se stoicos  
nuncuparent. Cap. II.

h Eroides Atticus uir & græca facundia, &  
cōsulari honore præditus, accerserat sepe  
nos, cum apud magistrōs Athenis essemus:  
in uillas ei urbi proximas, me & clarissimum uirū  
Seruilianum, compluresq; alios nostrates, qui Roma  
in Græciam, ad capiendum ingenij cultum concessere-  
rant. Atq; ibi tunc cum essemus apud eum in uilla,  
cui nomen est Cephysia: & æstu anni, et sydere autu-  
mni flagrantissimo propulsabamus calorē incommo-  
da lucorum umbra ingentium, longis ambulacris, et  
mollibus, ædium posticum refrigerantibus lauacris ni-  
tidis, & abundis, & collucentibus, totiusq; uillæ ue-  
nustate aquis undiq; canoris, atq; auibus personante.  
Erat ibidē nobiscum simul adolescens, philosophiæ se-  
ctator, disciplinæ, ut ipse dicebat, stoicæ: sed loquacior  
impendio, et promptior. Is plerunq; in conuiuio sermo-  
nibus, q post epulas haberi solent: multa, atq; immodi-  
ca de philosophiæ doctrinis intempestiue, atq; insubide  
differebat. Præq; se uno cæteros omnes lingue atticæ  
principes, gentemq; oēm togatā, totumq; nomē latinū,  
rudes esse, et agrestes prædicabat. Atq; interea uocabu-  
lis haud facile cognitis, syllogismorū captionumq; dia-  
lecticarum laqueis strepebat, *νυπτῶν τὰς σικαλῶσας  
θωπείας.* aliosq; id genus griphos neminem posse di-  
cens nisi se dissoluere. Rem uero ethicam, naturāq; hu-  
mani ingenij, uirtutumq; origines, officiaq; earum con-  
finia,

finia, aut contra morborum: uitiorumq; fraudes ani-  
 morumq; labes, ac pestilentias asseuerabat, nulli esse  
 illi magis ea omnia explorata, cōperta, meditataq;  
 Cruciatibus autem, doloribusq; corporis & periculis  
 mortem minitātibus, habitum, statumq; uitæ beatæ,  
 quam se esse adeptum putabat: neque lædi, neque im-  
 muni existimabat. Ac, ne oris quoq; & uultus sere-  
 nitatem stoici hominis, unquam ulla posse ægritudine  
 obnubilari. Has ille manus cum flaret glorias, iamq;  
 omnes finem cuperent: uerbisq; eius defatigati per-  
 teduissent: tum Herodes græca, cuius plurimus ei  
 mos fuit: oratione utens: Permite, inquit, phi-  
 losophorum amplissime, quoniam respondere nos  
 tibi quos idiotas uocas, non quimus: recitari ex libro,  
 quid de huiuscemodi magniloquentia uestra senserit,  
 dixeritq; Epictetus stoicorum maximus. iussitq; pro-  
 ferri disertationū Epicteti digestarum ab Ariano pri-  
 mum librum: in quo ille uenerandus senex iuuenes,  
 qui se stoicos appellabant: neq; frugi, neq; operæ pro-  
 bæ, sed theorematibus tantum nugalibus, & pueriliū  
 isagogarum commentationibus dilatrantes, obiurgatio-  
 ne iusta incessuit. Lecta igitur sunt ex libro, qui pro-  
 latus est, ea quæ addidit. Quibus uerbis Epicte-  
 tus se uere simul ac festiuite seiunxit, atq; diuisit a  
 uero, atq; sincero stoico, qui esset proculdubio, ἀνώλυ-  
 τος. ἀνεπιβίβαστος. ἀπαρὲ μπόδιστος. ἐλεύθερος. ἄπορος. ἀ-  
 δάμων. uulgus aliud nebulonum hominum, qui  
 se stoicos nuncuparent. Vltroque uerborum & ar-  
 gutiarum fuligine ob oculos audientium iacta, san-  
 ctissimæ disciplinæ nomine mentirentur.

A. G E L .

εἰπέ μοι περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν ἀκύνεις.  
 ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος κινόνεαι πέλασεν.  
 τῶν ὄντων τὰ μὲν ἔστιν ἀγαθὰ. τὰ δὲ κακὰ. τὰ δὲ ἀδιά-  
 φορα. ἀγαθὰ μὲν ἔν ἄριταί. κακὰ δὲ, τὰ μετέχοντα κα-  
 κίας. ἀδιάφορα δὲ, τὰ μεταξὺ τούτων. πλῆθος. συζυγία.  
 ζωὴ. θάνατος. ἡδονή. πόνος. πόθεν οἶδας ὅπως ἑλλάνικος  
 λέγει ἐν τοῖς αἰγυπιακοῖς. τί γὰρ διαφέρει τὸ το εἶπεν ἢ  
 ὅτι διογένης ἐν τῇ ἡθικῇ. ἢ χυσιππος ἢ κλειάνθης. βεβα-  
 σάνικος ἔν αὐτὸ, καὶ δῶγμα σαυτὲ πεποίησαι. δείκνυε  
 πῶς εἰώθεις ἐν πλοίῳ χεμάζεσθαι. μέμνησαι ταύτης  
 τῆς διακρίσεως ὅταν φορῆσῃ τὸ ἴσιον. καὶ ἀνακραυγήσῃ,  
 εἰάν σοι τίς ἔτω πῶς παραταθείς εἶπῃ, λέγε μοι σὺ ἂ πρῶτον  
 ἔλεγες. μὴ κακία ἐστὶ τὸ ναυαγήσαι, μὴ τῆς κακίας μετέ-  
 χου; ἢ ἄρα ξύλον ἐνσεΐσης. αὐτὸ τί ἡμῖν. καὶ σοὶ ἄνθρω-  
 πε. ἔπολύ μεθα. καὶ σὺ ἐλθὼν παίζεις. εἰάνδ' εἰς ὁ κάλαρ  
 μεταπέμφεται κατηγορημένον;

Quod Chilo Lacedæmonius consilium anceps pro salute amici cepit. Quodq; est circumspecte & anxie considerandum, an pro utilitatibus amicorum delinquendū aliquando sit. Notataq; inibi, & relata quæ Theophrastus, & M. Cicero super ea re scripserunt.

Cap. III.

Chilo præstabilis homo sapientiæ, quoniam usq; debuerit contra legē, contraq; ius pro amico progredi, dubitavit. Et q; res in fine quoq; uitæ ipso, animum eius anxit. Et alij deinceps multi philosophiæ sectatores, ut in libris eorum scriptum est, satis, inquit, scite, satisq; solícite quæsierunt, ut uerbis, quæ scripta sunt, ipsis utar: εἰδὲι βοηθεῖσθαι τῷ φίλῳ



τῷ φίλῳ παρὰ τὸ δίκαιον . καὶ μέχρι πόσου καὶ ποῖα ἔ

Ea uerba significant, quæsiſſe eos, an contra ius, contra ue morem faciendum pro amico sit, & in qualibus, & in quibus causis: & quemnam ad usq; modum. Super hac questione tum ab alijs, sicuti dixi, multis, tum uel diligentissime à Theophrasto disputatur, uiro in philosophia peripatetica modestissimo, doctissimoq; . Eaq; disputatio scripta est, si recte meminimus, in libro eius de amicitia. primo eum librum M. Cicero uidetur legisse: cum ipse quoq; librum de amicitia componeret. & cætera quidẽ, quæ sumenda à Theophrasto existimauit: ut ingenium, facundiaq; eius fuit: sumpsit, & transposuit commo- distime, aptissimeq; . Hunc autem locum, de quo satis quæsitum esse dixi: omnium rerum aliarum difficillimum strictim, atq; cursim transgressus est. Neq; ea, quæ à Theophrasto pæsiculatè, atq; enucleatè scripta sunt: executus est. sed anxietate illa, & quasi morositate di- sputationis prætermiſſa, genus ipsum rei tantum pau- cis uerbis notauit. Ea uerba Ciceronis, si recēſere quis uellet: apposui. His igitur finibus utendum esse ar- bitror: ut cum emendati mores amicorum sunt: tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum, uolunta- tum, sine ulla exceptione communitas: ut etiam si qua fortuna acciderit: ut minus iustæ uoluntates amicorũ adiuuandæ sint: in quibus eorum aut caput agatur, aut fama, declinandum sit de uia, modo ne summa tur- pitude sequatur. Est enim quatenus amicitia uenia da- ri possit. Cum agatur inquit, aut caput amici, aut fama, declinandum est de uia, ut etiam nonnunquam

uoluntatem illius adiuenimus. Sed cuiusmodi declina-  
 tio ista esse debeat, qualisq; ad adiuuandum digres-  
 sio, & in quanta uoluntatis amici iniquitate nõ dicit.  
 Quid autem refert scire me in huiusmodi piculis am-  
 corum, si non magna me turpitudine secutura est: de uia  
 recta esse declinandũ? nisi id quoq; me docuerit, quã  
 putet magnam turpitudinem? et cum decessero de uia:  
 » quousq; digredi debeam? Est enim, inquit, quatenus  
 » dari amicitie uenia possit. Hoc immo ipsum est:  
 quod maxime discendum est: quodq; ab ijs, qui doce-  
 ant, minime dicitur: quatenus, quãq; fini dari amicitie  
 uenia debeat. Chilo ille sapiens, de quo paulo ante di-  
 xi, conseruandi amici causa, de uia declinauit. Sed ui-  
 deo quousq; progressus est. falsum enim pro amici salu-  
 te consilium dedit. Id ipsum tamen in fine quoq; uitæ,  
 » an iure posset reprehendi, culpariq; dubitauit. Con-  
 » tra patriam, inquit Cicero, arma pro amico sumēda  
 » non sunt. hoc profecto nemo ignorat. et prius q̃  
 Theognis, ut Lucilius ait, nasceretur. Sed id quero: id  
 desydero: cum pro amico contra ius, & contra quã  
 licet, salua tamen libertate atq; pace, faciendum est: &  
 cum de uia ( sicut ipse ait ) declinandum est: quid, &  
 quantum, & in quali causa, et quonamuscq; id fieri de-  
 buit. Pericles ille Atheniensis egregius uir ingenio, bo-  
 nisq; omnibus disciplinis ornatus, in una quidem spe-  
 cie, sed planius tamen, quid existimaret, professus est.  
 Nam cum amicus eum rogaret, ut pro re, causãq; eius  
 falsum deieraret: his ad eum uerbis usus est. *δει  
 μὲ οὐ μὲ πρόηεν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μὲχρι θεῶν.* Theo-  
 phrastus in eo, quem dixi, libro, inquisitius quidem su-  
 per hac

per hanc ipsa et exactius, pressiusque quam Cicero dis-  
 seruit. Sed is quoque in docendo, non de unoquoque facto  
 singillatim aestimat. neque certis exemplorum documen-  
 tis, sed generibus rerum summam, uniuersimque utitur,  
 ad hunc ferme modum. Parua inquit, et tenuis uel tur-  
 pitudo, uel infama subeunda est: si care magna utili-  
 tas amico quaeri potest. Rependitur quippe, et com-  
 pensatur leue danum delibatae honestatis maiore alia, gra-  
 uioreque in adiunando amico honestate. Minimaque illa  
 labes, et quasi lacuna fame imminuentis, partiarum  
 amico utilitatum ratione solidatur. Neque nominibus, in-  
 quit, moueri nos oportet: quod paria genere ipso non  
 sunt, honestas meae fame, et rei amici utilitas. Poderi-  
 bus haec enim, potestatibusque praesentibus, non uocabu-  
 lorum appellationibus, neque dignitatibus generum di-  
 iudicanda sunt. Nam cum in rebus aut paribus, aut non  
 longe secus, utilitas amici, et honestas nostra consistit:  
 honestas proculdubio praeponderat. Cum uero amici  
 utilitas nimio est amplior: honestatis autem nostrae in-  
 re non graui leuis iactura est: tunc quod utile amico est,  
 id primum illo, quod honestum nobis est: fit plenius. Si  
 cuti magnum poderis aeris, parua lamina auri fit pre-  
 tiosius. Verba adeo ipsa Theophrasti super ea re ad-  
 scripsi. οὐκ οἶδ' εἶπε τὺ τῷ μέγ, τιμιώτερον ἢ δὴ,  
 καὶ ὅτι οἶν ἢ μέρος τὸ τῷ πρὸς τὸ τηλικόν θατέρω σου  
 πρινομένον ἀριτόν ἴσαι. λέγω δ' οἶον, ὅτι καὶ χρύσι-  
 ον τιμιώτερον χαλκοῦ, καὶ τηλικόν τοῦ χρυσοῦ πρὸς  
 τὸ τηλικόν χαλκοῦ μέγεθος ἀντιπαρβαλλόμενον πλε-  
 ον δόξῃ, ἀλλὰ ποιήσῃ τινὰ ἴσην καὶ τὸ πλῆθος καὶ τὸ  
 μέγεθος.

Phavorinus quoque philosophus huiusmodi indulgentiam gratiae, tempestivius laxato paulum, permissioque subtili iustitiae examine, his verbis definiuit. ἡμετέραν χάριν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις τῶν ἐστὶν ὑφείσας ἀκριβείας ἐνδέονται. Post deinde idē Theophrastus ad hanc

» ferme sententiam differuit. Has tamen inquit, &  
 » parvitates rerū, et magnitudines, atque has omnes of-  
 » feriorum aestimationes, alia nonnunquam momenta ex  
 » trinsecus, atque alia quasi appendices personarum, &  
 » causarum, & temporum, & circumstantiae ipsius ne-  
 » cessitates, quas includere in praecepta difficile est: mo-  
 » derantur, & regunt, & quasi gubernant: & nunc ra-  
 » tas efficiunt: nunc irritas. Haec talia, quae Theo-  
 » phrastus satis caute, & solcite, & religiose, causa dis-  
 » ferendi magis, disputandique diligentia, quam cum  
 » decernendi sententia, atque fiducia differuit. profe-  
 » cto causas scientiae, corporum varietates, disertatio-  
 » numque, & differentiarum ignorantes, directum, atque  
 » perpetuum, distinctumque in rebus singulis praeceptū,  
 » quod ego in prima tractatus istius parte desiderare  
 » dixeram: non capiunt. Eius autem Chilonis, a quo di-  
 » sputatiunculae huius initium fecimus: cum alia quae-  
 » dam sunt monita utilia, atque prudentia: tum id ma-  
 » xime exploratae utilitatis est: quod duas ferocissimas  
 » affectiones amoris, atque odij intra modum tantum co-  
 » ercuit. Hac inquit, fini ames, tanquam forte fortuna  
 » osurus: hac itidem tenus oderis: tanquam fortasse post  
 » amaturus. Super hoc eodē Chilone Plutarchus phi-  
 » losophus in libro περὶ ψυχῆς verbis ita scripsit.  
 » χείλων ὁ παλαιὸς ἀπέσασ τιτὸς λέγοντος. μηδένα εἶχειν  
 » εἰς χερόν

ἔχθρον ἢ ῥώπσειν εἰ καὶ μηδένα φίλον ἔχει, νομίζω  
 εἰξ ἀνάγκης ἰπακοῦσθαι καὶ συνεπάρεσθαι φιλίας καὶ ἀ-  
 πεχθείας.

Quam tenuiter, curiosèq; explorauerit Antonius  
 Iulianus in oratione M. Tullij uerbi ab eo commuta-  
 ti argutiam. Cap. IIII.

Antonius Iulianus rhetor per quã fuit hone-  
 sti, atq; amoeni ingenij, doctrina quoq; ista  
 utiliore, ac delectabili, ueterumq; elegan-  
 tiarum cura, & memoria multa fuit. Ad hæc scripta  
 oia antiquiora tam curiosè spectabat: aut uirtutes pen-  
 sitabat: aut uicia rimabatur: ut iudicium factum esse  
 ad amissim diceres. Is Iulianus super eo enthymema-  
 te, quod est in oratione M. Tullij, quã pro Cn. Plancio  
 dixit: ita æstimauit. Sed uerba prius, de quibus iudi-  
 cium ab eo factum est: ipsa ponam. Quamquam  
 dissimilis est pecuniæ debitio, & gratiæ. Nam qui pe-  
 cuniam dissoluit: statim non habet id, quod reddidit.  
 Qui autem debet: æs retinet alienum. Gratiam au-  
 tem & qui refert, habet: & qui habet: in eo ipso, quod  
 habet: refert. Neq; ego nunc Plancio desinam debere: si  
 hoc soluero. Nec minus ei redderem uoluntate ipsa: si  
 hoc molestiæ non accidisset. Crispum sanè inquit,  
 agmen orationis, rotundumq; ac modulo ipso numero-  
 rum uenustum: sed, quod cum uenia legendũ sit: uer-  
 bi paulum immutati, ut sententiæ fides salua esset.  
 Namq; debitio gratiæ, & pecuniæ collata, uerbum  
 utrobique seruari posset. Ita enim recte opposita inter se  
 se gratiæ, pecuniæq; debitio uidebitur: si & pecunia

quidem deberi dicitur, & gratia. Sed quid eueniat in pecunia debita, soluta ue, qd contra in gratia debita, reddit a ue, debitionis uerbo utrinq; seruato differatur. Cicero autem inquit, cum gratia, pecuniæq; debitionem dissimilem esse dixisset, eiusq; sententiæ rationem redderet: uerbum debet in pecunia ponit: in gratia habet subijcit, pro debet. Ita enim dicit. Gratiam autem & qui refert, habet: & qui habet: in eo ipso quod habet: refert. Sed id uerbum habet, cum proposita comparatione non satis conuenit. Debitio enim gratiæ, nõ habitio cum pecunia confertur. Atq; ideo consequens quidem fuerat sic dicere, & qui debet: in eo ipso, quod debet, refert. quod absurdum & nimis coactum foret, si nondum redditam gratiam, eo ipso redditam diceret: quia debetur. immutauit ergo, inqt, & subdidit uerbum ei uerbo, quod omiserat: finitimum: ut uideatur & sensum debitionis collatæ non reliquisse, & concinnitatem sententiæ retinuisse. Ad huc modum Iulianus enodabat, diuiditabatq; ueterum scriptorum sententias: quas apud eum adolescentes lectitabant.

Quod demosthenes rhetor cultu corporis, atq; uesitu probris obnoxio, infamiq; mūditiæ fuit. Quodq; item Hortensius orator ob eiusmodi munditiæ, gestumq; in agendo histrionicum Dionysiæ saltatriculæ cognomento compellatus est. Cap. V.

Emosthenem traditum, & uesitu, cæteroq; d cultu corporis nitido, uenustoq; nimisq; ac curato fuisse. hinc etiam uόμην illa χλαεvis, καὶ μαλακοὶ χιτῶνι ὄνοι ab æmulis, aduersa-

rūsq; probro datum. hinc etiam turpibus, indignisq; in eum uerbis non temperatum, cum parum uir, ore quoq; polluto diceretur. Ad eundem modum Hortensius omnibus fermè oratoribus ætatis suæ, nisi M. Tulio clarior, qui multa munditia, & circumspecte compositaq; indutus, & amictus esset: manusq; eius inter agendum forent argutæ admodum, & gestuosæ: male dictis, appellationibusq; probrosis iactatus est. multaq; in eum quasi in histrionē, in ipsis causis, atq; iudicijs dicta sunt. Sed cum L. Torquatus subagreste homo ingenio, & infestuo, grauius acerbisq; apud consilium iudicum, cum de causa Syllæ quæreretur, non iam histrionem eum esse diceret, sed gesticulariã Dionysiamq; eum notissimæ saltatriculæ nomine appellaret: tum uoce molli, atq; demissa Hortensius, Dionysia inquit, Dionysia malo equidem esse, quàm quod tu Torquate ἀμύσος, ἀρποδίαυτος, ἀπρόσιτος.

Verba ex oratione Metelli Numidici, quam dixit ad populum in censura, cum eum ad uxores ducendas adhortaretur: eaq; oratio quam ob causam reprehensa, & quo contra modo defensa sit. Cap. VI.

ultis, & eruditis uiris audientibus, legem batur oratio Metelli Numidici grauis ac disertis uiri: quam in censura dixit ad populum, de ducendis uxoribus: cum eum ad matrimonia capescenda adhortaretur. in ea oratione ita scriptum fuit. Si sine uxore possemus Quirites esse: omnes ea molestia careremus.

- » Sed quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis sa-
- » tis commode, nec sine illis ullo modo uiui possit: salutē
- » perpetuæ potius, quàm breui uoluptati consulendum.

Videbatur quibusdam Metellum CENS. cui consili-  
 um esset ad uxores ducendas populum hortari: non  
 oportuisse nec de molestia, incommodisq; perpetuis rei  
 uxoriæ confiteri: neq; adhortari magis, quàm dissuade-  
 re, absterrereq;. Sed contra, illud potius orationem de-  
 buisse sumi dicebant, ut & nullas plerunq; esse in ma-  
 trimonijs molestias asseueraret: & si quæ tamen acci-  
 dere nonnunquam uiderentur: paruas, & leues faci-  
 lesq; esse toleratu diceret: maioribusq; eas emolumen-  
 tis, & uoluptatibus obliterari, easdemq; ipsas neq; o-  
 mnibus, neq; naturæ uitio, sed quorundam maritorum  
 culpa, et iniustitia euenire. T. autē Castritius recte,  
 atq; condigne Metellum esse locutum existimabat. Ali-  
 ter inquit, CENS. loq; debet, aliter rhetor. Rhetori cō-  
 cessum est sententijs uti falsis, audacibus, subdolis, ca-  
 ptiosis, si modo uerisimiles sint, & possint ad mouen-  
 dos hominum animos qualicunq; astu irrepere. Propte-  
 rea turpe esse ait rhetori, siquid in mala causa destitu-  
 tum, atq; impugnatum relinquat. Sed enim Metellum  
 inquit, sanctum uirum illa grauitate, & fide prædi-  
 tum, cum tanto honore, atq; uitæ dignitate apud popu-  
 lum Ro. loquentem, nihil decuit aliud dicere, quàm  
 quod uerum sibi esse, atq; omnibus uidebatur: præser-  
 tim cum super ea re diceret: quæ quotidiana intelli-  
 gentia, & communi, peruulgatoq; uitæ usu comprehe-  
 deretur. De molestia igitur cunctis hominibus notissi-  
 ma confessus: eaq; confessione fidem sedulitatis, uerita-



eisq; cōmeritis: tum deniq; facile, & procliuiter, quod  
 fuit rerum omnium ualidissimum, atq; uerissimū per  
 suasit, ciuitatem saluam esse sine matrimoniorum fre-  
 quentia non posse. Hoc quoq; aliud, ex eadem oratio-  
 ne Metelli dignum esse existimauimus assidua lectio-  
 ne, non hercle minus, quā quæ à grauissimis philo-  
 sophis scripta sunt. Verba Metelli hæc sunt. *Dij im-*  
*mortales plurimum possunt: sed non plus uelle debent*  
*nobis, quā parentes. At parentes, si pergunt liberi er-*  
*rare: bonis exheredāt. Quid ergo nos à dijs immor-*  
*talibus diutius expectemus: nisi malis rationibus finē*  
*facimus? usdem deos propitios esse æquum est: qui sibi*  
*aduersarij non sunt. Dij immortales uirtutem appro-*  
*bare, non adhibere debent.*

In hisce uerbis Ciceronis ex oratione quinta in Ver-  
 rem, hanc sibi rem sperant præsidio futurum, neq; mē-  
 dam esse, nec uitium. Errareq; istos, qui bonos uiolant  
 libros: & futuram scribunt. Atq; ibi de quodam alio  
 Ciceronis uerbo dictum: quod probe scriptum perpe-  
 ram mutatur, & aspersa pauca de modulis, numerisq;  
 orationis, quos Cicero auide sectatus est. Cap. VII.

In oratione Ciceronis quinta in Verrem li-  
 bro spectatæ fidei tironiana cura, atq; di-  
 sciplina facta, ita scriptū fuit. *Hoies te-*  
*nues obscuro loco nati, nauigant, adueniuntq; ad ea loca,*  
*quæ nunquam antea adiuerant: neq; noti essent, quo-*  
*uenerunt: neq; semper cum cognitoribus esse possunt.*  
*Hacuna tantum fiducia ciuitatis, nō modo apud no-*

20 stros magistratus, qui & legum, et existimationis pe-  
 20 riculo continentur: neq; apud ciues solū Romanos, qui  
 20 & sermonis, & iuris, & multarum rerum societata  
 20 iuncti sunt: fore se tutos arbitrantur sed quocunq; ue-  
 20 nerint: hanc sibi rem praesidio sperant futurum.

Videbatur quā pluribus in extremo uerbo menda es-  
 se. debuisse enim scribi putabant, non futurum, sed fu-  
 turam. neque dubitabāt, quin liber emendatus esset,  
 ne ut in Plauti comœdia mœchus. (sic enim mēdæ suæ  
 illudebant, ) ita in Ciceronis oratione solœcismus esset  
 manifestarius. Aderat ibi forte amicus noster homo  
 lectione multa exercitus, cui pleraq; omnia ueterū lite-  
 rarum quæ sita, meditata, euigilatāq; erant. Is libro  
 inspecto ait, nullum esse in eo uerbo neq; mendū, neq;  
 uitium. Ciceronem probe, ac uenuste locutum. Nā fu-  
 turum inquit, non refertur ad rem, sicut legentibus te-  
 mere, & incuriose uidetur: neq; pro participio positū  
 est: sed uerbum est indefinitum, quod græci appellant  
 ἀπρόμπατον, neq; numeris, neq; generibus præser-  
 uians, sed liberum undiq; & impromiscuū est. Qua-  
 li C. Gracchus uerbo usus est in oratione, cuius titulus  
 est de Q. Popilio circumconciabula: in qua ita scri-  
 20 ptum est. Credo ego inimicos meos hoc dicturum.  
 Inimicos inquit, dicturum, & non dicturos. Videtur  
 ne ea ratione positum esse apud Gracchū dicturum,  
 qua est apud Cice. futurum: sicut in græca oratione  
 sine ulla uitij suspitione omnibus numeris, generibusq;  
 sine discrimine attribuantur huiusmodi uerba τοι  
 σεῖν, ἰσοθαυ, λέξεν, & similia. In Q. quoq; Qua-  
 20 drigarij tertio annali uerba hæc esse dixit. Dum hī

concederentur, hostium copias ibi occupatas futurum.  
 In XII. annali eiusdem Quadrigarij principiu libri sic scriptum. Si pro tua bonitate, et nostra uoluntate tibi ualetudo suppetit: est quod speremus, deos bonis bene facturum. Item in Valerij Antiatis lib. iiii. et xx. simili modo scriptum esse. Si hæ res diuinæ factæ, rectæq; perlitate essent: aruspices dixerunt omnia ex sententia processurum. Plautus etiam in Casina, cum de puella loqueretur: occisurum dixit, non occisuram his uerbis.

Etiam ne habet Casina gladium? habet, sed duos,  
 Quibus altero te occisurum ait, altero uillicum.  
 Item Laberius in Gemellis.

Non putauit inquit, hoc eam facturum.

Nō ergo isti omnes solœcismus quid esset, ignorauerūt. Sed et Gracchus dicturum, et Quadrigarius futurum, et benefacturum, et Plautus occisurum, et Antiatis processurum, et Laberius facturū, indefinito modo dixerunt. qui modus neq; in numeros, neq; in personas, neq; in genera, neq; in tempora distrahitur. Sed omnia istæc una, eademq; declinatione complectitur. Sicuti M. Cic. dixit futurum, non uirili genere, neq; neutro. Solœcismus enim foret planè, sed uerbo usus est ab omni necessitate generum absoluto. Idem autem ille amicus noster in eiusdem M. Tul. Ciceronis oratione, quæ est de imperio Cn. Pompeij: ita scriptum esse à Cicerone dicebat: atq; ipse ita lectitabat.

Cum nostros portus, atq; eos portus, quibus uitam, ac spiritum ducitis: in prædonū fuisse potestatem sciatis.  
 Neq; solœcismum esse aiebat, in potestatem fuisse.  
 ut uulgus semidoctum putat: sed ratione dictū certa,

A. G. E. L.

Et proba, contēdebat, qua Et græci ita uterentur, Et  
 Plautus uerborum latinorum elegantissimus in Am-  
 phitryone dixit. Non uero mihi in mentem fuit: nō, ut  
 dici solitum est, in mente. Sed enim præter Plautū, cuius  
 ille in præsentī exēplo usus est: multam nos quoq;  
 apud ueteres scriptores locutionum talium copiam of-  
 fendimus: atq; his uulgo annotamentis inspersimus.  
 Ut rationem istam missam facias, Et auctoritates, so-  
 nus, qui ἀφωρία tantum, Et positura ipsa uerborum  
 satis declarant, id potius ἐπιμελεία τῶν λέξεων modu-  
 lamentis orationis M. Tullij conuenisse: ut quoniam  
 utrumuis dici latine posset: potestatem dicere mallet, nō  
 potestate. Illud enim sic compositum iucundius ad au-  
 rem, conspectiusq; insuauius hoc, impersectiusq; est.  
 si modo illa explorata aure homo sit, nō surda, nec ia-  
 centi, sicuti est hercle, quod explicauit dicere maluit:  
 quā explicuit, quod esse iam usitatus cœperat. Verba  
 sunt hæc ipsius in exhortatione, quā de imperio Cn.  
 Pompeij habuit. Testis est Sicilia, quā multis undiq;  
 cinctam periculis, non terrore belli, sed consilij celerita-  
 te explicauit. At si explicuit diceret: imperfecto,  
 Et debili numero uerborum sonus clauderetur.

Historia in libris Phocionis philosophi reperta su-  
 per Laide meretrice, Et Demosthene rhetore.

Caput.

VIII.

Phocion ex peripatetica disciplina haud sa-  
 nè ignobilis uir fuit. Is librum multæ, ua-  
 riæq; historię refertū composuit. eumq; in-  
 scripsit, ἡσπας ἀμαρθείας. ea uox hoc ferme ualet, tan-  
 quam

quam si dicitur cornucopiae. In eo libro super Demosthene rhetore, & Laide meretrice historia haec scripta est. Laïs, inquit, corinthia ob elegantiam, uenustatemque formae grandem pecuniam demerebat. Conuentusque ad eam ditiorum hominum ex omni Graecia celebres erant: neque admittebatur, nisi qui dabat: quod poposcerat. Poscebat autem illa nimiam quantitatem. Hinc ait natum esse illud frequens apud graecos dictum adagium ἢ πάντες ἀνδρὸς ἐς κόρινθον ἔειδ' ὄπλις. Quod frustra iret Corinthum ad Laidem, qui non quiret dare, quod posceretur. Ad hanc ille Demosthenes clanculum adit, & ut sibi sui copiam faceret, petit. At Laïs μυριάς δραχμὰς ἢ τάλαντον poposcat. hoc facit nummi nostratis denarium decem millia. tali petulantia mulieris, atque pecuniae magnitudine ictus, expavidusque Demosthenes auertit iter, et discedens ego inquit, poenitere tanti non emo. Sed graeca ipsa, quae fertur dixisse: lepidiora sunt: ἢ ὠνύμαϊ inquit, μυριάων δραχμῶν μεταμέλῃαν.

Qui modus fuerit, quis ordo disciplinae pythagoricae, quantumque temporis imperatum, obseruatumque sit, dicendi simul, ac tacendi. Caput. IX.

Ordo, atque ratio Pythagorae, ac deinceps familiae successione eius, recipiendi, instituendi que discipulos, huiusmodi fuisse traditur. Iam a principio adolescentes, qui sese ad discendum obtulerant: ἐπουσιονωμοίαι. Id uerbum significat mores, naturasque hominum coniectione quadam, de oris,

Et uultus ingenio, deq; totius corporis filo, atq; habitu sciscitari. Eum, qui exploratus ab eo, idoneusq; fuerat: recipi in disciplinam statim iubebat. Et tempus certum tacere, non omnes idem, sed aliud alijs tempus pro aestimato captu solertiae. Is autem, qui tacebat: quae dicebantur ab alijs: audiebat. Neq; percontari, si parum intellexerat: neq; commentari, quae audierat: fas erat. Sed non minus: quisquam tacuit, quam biennium. Hi prorsus appellabantur intra tempus tacendi, audiendiq; ἀκροαστοί. Ast ubi res didicerant rerum omnium difficillimas tacere, audireq;, atq; esse iam coeperant. silentio eruditi, cui erat nomen ἡγεμονία, tum uerba facere, et quæq; audissent: scribere: et quae ipsi opinarentur: expromere potestas erat. hi dicebantur in eo tempore μαθηματικοί, scilicet ab ijs artibus, quas iam discere, atq; meditari inceptauerant: quoniam Geometriam, et Gnomonicam, Musicam, cæterasq; item disciplinas altiores μαθηματικά ueteres græci appellabant. Vulgus autem, quos gentilitio uocabulo chaldaeos dicere oportet: mathematicos dicit. Exinde his scientiæ studijs ornati, ad perspicienda mundi opera, et principia naturæ procedebant. At tunc deniq; nominabantur φυσικοί. Hæc eadem super Pythagora noster Taurus cum dixisset: nunc autem inquit isti, qui repente pedibus illotis ad philosophos diuertunt: non est hoc satis, quod sunt omnino ἀκροαστοί, ἀμύσοι, ἀρωμέτροι, sed legem etiam dant: qua philosophari discant. Alius ait, hoc me primum doce. Item alius, hoc uolo inquit discere: istud nolo. Hic a symposio Platonis incipere gestit

gestit propter Albiadis comessationem. Ille à Phæ-  
dro propter Lystæ orationem. Est etiam inquit (pro-  
iupiter) qui Platonem legere postulet, non uitæ ornã-  
dæ, sed linguæ, orationisq; comendæ gratia, nec ut  
modestior fiat, sed lepidior. Hæc Taurus dicere  
solitus nouitios philosophorum sectatores, cum ueteri-  
bus Pythagoricis pensitans. Sed id quoq; non præter-  
eundum est quod omnes simul, qui a Pythagora in co-  
hortem illam disciplinarum recepti erant: quod qsq;  
familie, pecuniæq; habebant, in medium dabant. Et  
cohibatur societas inseparabilis. tanquam illud fue-  
rit antiquum consortium, quod in re, atq; uerbo ro-  
mano appellabatur *κοινὸς βίος*.

Quibus uerbis compellauerit Phauorinus philo-  
sophus adolescentem, uetustæ nimis, & prisce loquen-  
tem.

## Cap. X.

Hauorinus philosophus adolescenti uete-  
rum uerborum cupidissimo, & pleraq; uo-  
ces nimis prisce, & ignotissimas in quoti-  
dianis communibusq; sermonibus expromenti: Cu-  
rius inquit, & Fabritius, & Coruncanus antiquissi-  
mi uiri nostri, & his antiquiores Horatij illi Tri-  
gemini plane, ac dilucide cum suis fabulati sunt. neq;  
Aurunorum, aut Sicunorum, aut Pelasgorum, qui  
primi incoluisse Italiam dicuntur: sed ætatis suæ uer-  
bis locuti sunt. Tu autem, proinde quasi cum matre  
Euandri nunc loquere, sermone ab hinc multis annis  
iam desito uteris: quod scire, atq; intelligere neminem  
uis: quæ dicas. Nō'ne homo inepte, ut quod uis abunde  
consequaris, taceres? sed antiquitatem tibi placere ais,

quod honesta, & bona, & sobria, et modesta sit. uiue  
ergo moribus præteritis. loquere uerbis præsentibus.  
Atq; id, quod à C. Casare excellentis ingenij, ac fru-  
dentia uiro, in primo de analogia libro scriptum est:  
habe semper in memoria, atq; in pectore, ut tanquã  
scopulum, sic fugias inauditum, atq; insolens uerbum.

Quod Thucydides historiae scriptor inclytus, Lace-  
demonios in acie non tuba, sed tibijs esse usos dicit.  
Verbaq; eius super ea re posita. Quodq; Herodotus  
Halyaten regem fidicinas in procinctu habuisse tra-  
dit, atq; inibi quaedam notata de Gracchi fistula con-  
cionaria. Caput. XI.

Uthor historiae graecae grauissimus Thucydi-  
des Lacedemonios summos bellatores, nõ cor-  
num, tubarum' ue signis, sed tibiarum  
modulis in prælijs usos esse refert. Non prorsus ex ali-  
quo ritu religionum, neq; rei diuinæ gratia, neq;  
etiam ut excitarentur, atq; embrarentur animi: quod  
cornua, & litui moliuntur: sed contra, ut moderatio-  
res, modulatioresq; fierent: quod tibiicinis numeris  
temperatur. Nihil adeo in congregiendis hostibus, atq;  
in principijs præliorũ ad salutem, uirtutemq; aptius  
rati: quã si permulcti sonis mitioribus, non immodi-  
ce ferocirent. Cum procinctæ igitur classes erant: &  
instructa acies: coeptumq; in hostem progredi: tibiici-  
nes inter exercitum positi, canere inceptabant. Ea ibi  
præcentione tranquilla, & uenerabili ad quandam,  
quasi militaris musice disciplinam uis, & impetus  
militum,



*militum, ne sparsi, dispersatiq; prouerent: cohibebatur. Sed ipsius illius egregij scriptoris uti uerbis libet: quæ & dignitate, & fide grauiora sunt.*

καὶ μετὰ ταῦτα ἡ ξύνοδος ἦν ἀργεῖοι μὲν, καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐν πόνω. καὶ ὁρμῇ χωρῶντες. λακεδαίμονιοι δὲ βραδέως καὶ ὑπὸ αὐλοῖς, πολλῶν ὁμῶν ἐγναθισῶτων. ἔτ' ἐβίβ' χάριν. ἀμ' ἵνα ὁμαλῶς μετὰ ῥυθμῶν βαίνοντες προσέλθοιεν. καὶ μὴ διασπαθεῖν αὐτῶν ἡ τάξις. ὃ πρέπει αἰεὶ ποιεῖν μυχῆλα στραπέδα ἐν ταῖς προσόδοις.

Cretenses quoq; prælia ingredi solitos memorie datum est, præcinente, ac præmoderante cithara gressibus. Halyates autem rex terræ Lydiæ, more, atq; luxu barbarico præditus, cum bellum Milesijs faceret: ut Herodotus in historijs tradit: concinentes habuit fistulatores, & fidicines, atq; fœminas etiam tibicinas in exercitu, atq; in procinctu habuit lasciuientium delicias conuiuiorum. Sed enim Acheos Homerus pugnam indipisci ait, non fidicularum, tibiatarumq; concentu, uerum conspiratu tacito nitibundos.

οἱ δ' ἄρ' ἴσαν σιγῇ μένεια πνεύοντες ἀχαιοὶ  
ἐν θυμῷ μεμχῶτες ἀλεξέμεναι ἀλλήλοισιν.

Quid ille uult ardentissimus clamor militum romanorum, quem in congressibus præliorum fieri solitum scriptores annalium memorauerunt? Contra' ne institutum fiebat antiquæ disciplinae tam probabile?

An tum etiam gradus clementi, & silentio est opus, cum ad hostem itur in conspectu longinquo procul distantem? Cum uero propè ad manus uentum est: tum iam è propinquo hostis, & impetu propulsandus, & clamore terrendus est. Ecce autem pro tibici-

na laconica, tibiae quoque illius concionatoriae in mentem uenit: quam C. Graccho cum populo agente praesse, ac praemonstrasse modulos ferunt. sed nequaquam sic est, ut a uulgo dicitur, canere tibia solitum, qui pone eum loquentem staret, uariisque modis, tum demulcere animum, actionemque eius, tum incendere. Quid enim foret ea re ineptius? si ut planipedi saltanti, ita Graccho concionanti numeros, et modos, et frequentamenta quaedam uaria, tibicen incineret? Sed qui hoc compertius memoriae tradiderunt: stetit in circumstantibus dicunt occultius: qui fistula breui, sensim grauiusculum sonum inspiraret ad deprimendum, sedandumque impetum uocis eius. Referuscente namque impulsu, et instinctu extraneo, naturalis illa Gracchi uehementia indignuisse non (opinor) existimanda est. M. tamen Cicero fistulatore[m] istum utriusque rei adhibitum esse a Graccho putat: ut sonis, tum placidis, tum citatis, aut demissam, iacentemque orationem eius erigeret: aut ferocientem, seuientemque cohiberet. uerba ipsius Ciceronis apposui. Itaque idem Gracchus, quod

» potes audire. Catule ex Licinio cliente tuo litterato homine, quem seruum sibi habuit ille ad manum, cum eburnea solitus est haerere fistula, qui staret post ipsum occulte, cum concionaretur, peritum hominem, qui instaret celeriter eum sonum, qui illum aut remissum excitaret: aut a contentione reuocaret. Morem autem illum ingrediendi ad tibicinum modulos praelij institutum esse a Lacedaemonijs Aristoteles in libris problematum scripsit: quo manifestior fieret, exploratorque militum securitas, et alacritas. Nam diffidentiae inquit,

tæ inquit, & timori cum ingressione huiuscemodi minime conuenit: & mœsti, atq; formidantes ab hac tam intrepida, ac tam decora incedendi modulatione alieni sunt. uerba pauca Arist. super ea re apposui. Διατι ἐπειδὴν πολεμεῖν μέλλωσι, πρὸς αὐτὸν ἐμβαί-  
νωσιν, ἵνα τὸς δούλους ἀχρημονούντας γινώσκωσιν.

Virgo uestæ quid ætatis, & ex quali familia, et quo ritu, quibusq; cerimonijs, ac religionibus, ac cognomine à pontifice maximo capiatur. Et quo statim iure esse incipiat, simulatq; cæpta est. Quodq; ut La-  
beo dicit, nec intestato cuiquam, nec eius intestatæ ququam iure hæres est.

Cap. XII.

Vi de uestali uirgine capiendâ scripserunt:  
 q̄ quorum diligentissime scripsit Labeo Antistius: minorem q̄ annos. vi. maiorem q̄ annos x. natam, negauerunt capi fas esse. Item, quæ non sit patrima, & matrima. Item quæ lingua debili, sensu' ue aurium deminuta, alia' ue quauis corporis labe insignita sit. Item quæ ipsa, aut cuius pater emancipatus sit: etiã si uiuo patre in aui potestate sit. Item cuius parentes alter ambo' ue seruitutem seruerunt: aut in negotijs sordidis diuersantur. Sed eam, cuius soror ad id sacerdotium lecta sit: excusationem mereri aiunt. Item cuius pater flamen, aut augur, aut quindecimuir sacris faciundis, aut qui septemuir epulorum, aut salius est. Sponsæ quoque pontificis, & tubicinis sacrorum filia uacatio à sacerdotio isto tribui solet. Præterea Capito Atteius scri-

ptum reliquit, neq; eius legendam filiam, qui domici-  
 lium in Italia non haberet: & excusandam eius, qui  
 liberos tres non haberet. Virgo autem uestalis simul  
 atq; capta, atq; in atrium Vestæ deducta, & ponti-  
 ficibus tradita est: eo statim tempore sine emancipa-  
 tione, ac sine capitis minutione, e patris potestate exit,  
 & ius testamenti faciendi adipiscitur. De more au-  
 tem, rituq; capiendæ uirginis, literæ quidem anti-  
 quiores non extant: nisi quod capta fuisse fertur: quæ  
 capta prima est, à Numa rege. Sed Papiam legem in-  
 uenimus: qua cæuetur: ut PONT. MAX. arbitrata  
 uirgines e populo uiginti legantur. Sortitioq; in con-  
 cione ex eo numero fiat. Sed ea sortitio ex lege Pa-  
 pia non necessaria nunc uideri solet. Nam si quis ho-  
 nesto loco natus adeat PONT. MAX. atq; offerat  
 ad sacerdotium filiam suam: cuius dumtaxat saluis  
 religionum obseruationibus, ratio haberi possit: gra-  
 tia Popiliæ legis per se ratum fit. Capi autem uirgo  
 propterea dici uidetur: quia PONT. MAX. ma-  
 nu prehensa, ab eo parente, in cuius potestate est: ue-  
 luti bello capta abducitur. In lib. primo Fabij Picto-  
 ris, quæ uerba PONT. MAX. dicere oporteat, cū  
 uirginem capit: scriptum est. Ea huiusmodi sunt: Sa-  
 cerdotem uestalem, quæ sacra faciat: quæ iussi & sa-  
 cerdotem uestalem facere pro po. Ro. quiribus uti,  
 quod optima lege fiat: ita te amata capio. Pleriq; au-  
 tem capi uirginem solam debere dici putant. Sed fla-  
 mines quoq; diales, item pontifices, & augures capi di-  
 cebantur. L. Sylla rerum gestarum libro. ii. ita scri-  
 psit. P. Cornelius, cui primum cognomen Syllæ im-  
 positum

positum est: flamen dialis caput. M. Cato de Iusitanis, cum Ser. Galbam accusauit, eum dicit ius pontificum discere noluisse. Ego me nunc uolo ius pontificum optime scire. Iamne ea causa pontifex capiat? Si uolo augurium optime tenere: ecquis me ob eam augurem capiat? Præterea in commentarijs Labeonis, quæ ad  
 » duodecim tabulas composuit, ita scriptum est. Virgo  
 » Vestalis neq; hæres est cuiquam intestato, neq; intesta-  
 » te quisquã: sed bona eius in publicum redigi aiunt. Id quo iure fiat: queritur. Amata inter capiendum à PONT. MAX. appellatur, quoniam quæ prima capta est: hoc fuisse nomine traditum est.

Quæsitum in philosophia est, quidnam foret in recepto mandato rectius, id ne omnino facere, quod mandatum est: an nonnunquam etiam contra, si id speres ei, qui mandauit: utilius fore. Superq; ea questione expositæ diuersæ sententiæ. Cap. XIII.

i In officijs capiendis, censendis, iudicandisq;, quæ græce καθήκοντα philosophi appellant: queri solet, an negotio tibi dato, et quid omnino faceres: definito, contra quid facere debeas, si eo facto uideri possit res euentura prosperius, exq; utilitate eius, qui id tibi negotium mandauit. Anceps quæstio, et in utranq; partem à prudentibus uiris arbitrata est. Sunt enim non pauci, qui sententiam suam una in parte defixerint: et re semel statuta, deliberataq; ab eo, cuius negotium id pontificiumq; esset: nequaquam putauerint contra dictum

eius esse faciendum, etiam si repentinus aliquis casus rem commodius agi posse polliceretur. Ne si spes fefellisset: culpa impatientie, & poena indeprecabilis subeunda esset. Si res forte melius uertisset: diis quidem gratia habenda. Sed exemplum tamen intromissum uideretur: quo bene consulta consilia religione mandata soluta corrumperentur. Alij existimauerunt incommoda prius, quae metuenda essent: si res gesta aliter foret: quam impetratum est, cum emolumento spei pensitanda esse. Et si ea leuiora, minoraeque, utilitas autem contra grauior, et amplior, spe quantum potest firma ostenderetur: tum posse aduersum mandata fieri censuerunt: ne oblata diuinitus rei bene gerendae occasio amitteretur. Neque timendum exemplum non parendi tradiderunt: si rationes huiuscemodi duntaxat non adessent. Cum primis autem respiciendum putauerunt ingenium, naturamque illius: cui ea res, praecipuumque esset: ne ferox, durus, indomitus, inexorabilisque sit: qualia fuerunt posthumiana imperia, et manliana. Nam si tali praecipienti ratio reddenda sit: nihil faciendum esse monuerunt aliter, quam praecipuum est. Instructius, deliberatiusque fore arbitramur theorematum hoc de mandatis huiuscemodi obsequendis: si exemplum quoque P. Crassi Mutiani clari, ac inclyti uiri apposuerimus. Is Crassus a Sempronio Asellione, & plerisque alijs historiae Romanae scriptoribus traditur quinque habuisse rerum bonarum maxima & praecipua. quod esset ditissimus, quod nobilissimus, quod eloquentissimus, quod iurisperitissimus, quod

PONT. MAX. IS, cum in consulatu obtine-  
ret Asiam provinciam, & circumfedere, oppugna-  
reque Leucas oppidum pararet: opusque esset firma, ac  
procera trabe, qua arietem faceret: quo muros eius  
oppidi quateret: scripsit magistrum ἀρχιτέκτονα mo-  
lis Atheniensium sociorum, amicorumque Po. Ro. ut ex  
malis duobus, quos apud eos uidisset: uter maior esset:  
eum mittendum curaret. Tum magister ἀρχιτέκτορας  
comperto, quamobrem malum desyderaret: non uti  
iussus erat: maiorem, sed quem esse magis idoneum,  
aptioremque faciendo arietem, facilioremque portatu exi-  
stimabat: minorem misit. Crassus eum uocari iussit:  
& cum interrogasset, cur non quem iusserat, misisset:  
causas, rationibusque, quas dictitabat: spretis, uesti-  
menta detrahi imperauit, uirgisque multum cecidit.  
Corrumpti, atque dissolui officium omne imperantis ra-  
tus, si quis ad id, quod facere iussus est: non obsequio  
debito, sed consilio non desyderato respondeat.

Quid dixerit feceritque C. Fabritius magna uir gloria,  
magnisque rebus gestis, sed familiae, pecuniaeque inops,  
cum ei Samnites tanquam indigenti graue aurum do-  
narent, plenumque odij. Cap. XIII.

Vilius Iginus in libro de uita, rebusque il-  
lustrum uirorum sexto, legatos dicit a  
Samnitibus ad C. Fabritium Imperato-  
rem Po. Ro. uenisse: & memoratis mul-  
tis, magnisque rebus, quae bene ac beniuole post red-  
ditam pacem Samnitibus fecisset: obtulisse dono gran-  
dem pecuniam, orasseque uti acciperet, utereturque.  
Atque id facere Samnites dixisse: quod uiderent multa

ad splendorem domus, atq; uictus defieri: neq; pro  
 magnitudine, dignitateq; lautum, paratumq; esse. Tum  
 Fabritium planas manus ab auribus ad oculos, &  
 infra deinceps ad nares, & ad os, & ad gulam, atq;  
 inde porro ad uentrem imum deduxisse: & legatis  
 ita respondisse: dum illis omnibus membris, quæ atti-  
 gisset, obsistere, atq; imperare posset: nunquam quic-  
 quam de futurum. Propterea pecuniam, qua nihil sti-  
 bi esset usus: ab ijs, quibus eam sciret usui esse: non  
 accipere.

Quàm importunum uitium sit futilis, inanisq;  
 loquacitas, quàm multis in locis à principibus utri-  
 usq; linguæ uiris detestatione iusta culpata sit.

## Caput

## XV.

q Vi sunt leues, & futiles, & importuni lo-  
 cutores, quiq; nullo rerum pondere innixi,  
 uerbis humidis, & lapsantibus defluunt:  
 eorum orationem bene existimatum est in ore nasci,  
 non in pectore. Linguã autem debere aiunt non esse  
 liberam, nec uagam: sed uinclis de pectore imo, ac  
 de corde apertis moueri, & quasi gubernari. Sic. n.  
 uideas quosdam scaterere uerbis sine ullo iudicij nego-  
 tio cum securitate multa, & profunda, ut loquentes  
 plerumq; uideantur, loqui sese nescire. Vlysseni con-  
 tra Homerus uirum sapienti facundia præditum, uo-  
 cem mittere ait non ex ore, sed ex pectore. Quo sci-  
 licet non ad sonum magis, habitumq; uocis, quàm ex  
 sententiarum penitus conceptarum altitudine perti-  
 neret. Petulantiaq; uerborum coërcendæ uallum esse  
 oppositum dentium, luculente dixit, ut loquendi te-



meritas, non cordis tantum custodia, atq; uigilia cohibeatur, sed & quibusdam quasi excubijs in ore positis, sepiatur. Homericæ, de quibus supra dixi, hæc αἰὲς ὅτι δὴ ὄπατε μεγάλην ἐκπῆθεος ἰεὶ (sunt-  
τέκνον ἐμὸν ποῖον σὲ ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων.

M. Tullij quoq; uerba posui, quibus stultam, & inanem dicendi copiam grauiter, & uere detestatus est.

Dummodo inquit, hoc constat: neq; infantiam eius, qui rem norit: sed eã explicare dicendo non queat: neq; inscitiam illius, cui res non suppetat, uerba non desunt: esse laudandam. Quorum si alterum sit optãdum, malim equidem indisertam prudentiam, quã stultam loquacitatem. Item in libro de oratore primo, uerba hæc posuit. Quid enim est tam furiosum, quã uerberum uel optimorum, atq; ornatissimorum sonitus inanis, nulla subiecta sententia, nec scientia? Cum primis autem M. Cato atrocissimus huiusmodi uitij insectator est. nanq; in oratione, quæ inscripta est, Si se Cælius trib. pleb. appellasset, Nunquam inquit, tacet: quem morbus tenet loquendi, tanquam ueternosum bibendi, atq; dormiendi. Quod si non conueniant: tum conuocari iubet. Itã est cupidus orationis, ut conducat, qui auscultet. Itaq; auditis non auscultatis tanquam pharmacopolam. Nam eius uerba audiuntur, uerum ei se nemo committat, si æger est. Idem Cato in eadem oratione eidem M. Cæ. tri. pl. uilitatem opprobrans, non loquendi tantum, uerumetiam tacendi, Frustrò inquit, panis conduci potest, uel uti taceat, uel uti loquatur. Neq; non merito Homerus unum ex omni-

A. GEL.

bus Thersitem ἀμετροειπῆ ἀροτόμουτον appellabat: uerba illius multa, & ἀκοσμα strepentium sine modo graculorum similia esse dicit. Quid enim est aliud ἀμετροειπῆ ἐκολῶα. Eurolidis quoq; uersus de id genus hominibus, consignatissime factus est.

ἀλλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν.

Quod Sallustius noster imitari uolens, loquax inquit, magis quàm facundus. Quapropter Hesiodus poetarum prudentissimus linguam non uulgandam, sed recondendam esse dicit, proinde ut thesaurum. Eiusq; esse in promendo gratiam plurimam, si modesta, & παρα, & modulata sit.

γλώσσῃς τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος

φειδωλῆς πνεῖσθι δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἴσους.

Epicharmium quoq; illud non inscite se habet:

ὃ λέγειν δευτός. ἀλλὰ σιγᾶν ἀδύνατος, Ex quo profecto sumptum est, qui cum loqui non posset: tacere non poterat. Phauorinum ego audiui dicere uersus istos Euripidis, ἀχαλιῶν σομάτων, ἀνόμου τε ἀρροσύνας τὸ τέλος δυσυχία. Non de ijs tantum factos accipi debere, qui impia, aut illicita dicerent: sed uel maxime de hominibus quoq; posse dici stulta, et immodicè blatterantibus: quorum lingua tam prodiga, infrenisq; sit, ut fluat semper, & aestuet collusione uerborum teterrima. Quod genus homines à grecis significantissimo uocabulo ἀλλος appellatos. Valerium Probum grammaticum illustrem ex familiari eius docto uiro comperi Sallustianum illud, satis eloquentiæ, sapientiæ parum, breui ante quam uita decederet, sic legere cœpisse: et sic à Sallustio relictū

affirmasse. Satis loquentiae, sapientiae parum. Quod loquentia nouatori uerborum Sallu. maxime congrueret. Eloquentia cum insipientia minime conueniret. Huiusmodi autem loquacitatem, uerborumq; turbam magnitudine inani uastam, facetissimus poeta Aristophanes insignibus uocabulis denotauit in his uersibus.

ἄνθρωπον ἀγριωπὸν αὐθαδέσομον  
ἔχοντα ἀχάλινον ἀκρατὲς, ἀπύλωτον,  
σῶμα περὶ λάλητον. κομπορακελορήμονα,

Neq; minus insigniter ueteres quoq; nostri, hoc genus homines in uerba prouectos, locutuleios, & blatterones, & linguaces dixerunt.

Quod uerba istaec Quadrigarij ex annali tertio ibi, Mille hominum occiditur, non licentia, neq; de poctarum figura, sed ratione certa, et proba grammaticae disciplina dicta sunt. Cap. XVI.

Quadrigarius in. III. annalium ita scripsit. Ibi occiditur mille hominum. occiditur inquit, non occiduntur. Item Lucilius in tertio satyrarum.

Ad portam mille, a' porta est exinde salernum. Mille inquit est, non mille sunt. Var. in. xvij. reru' humanaru'. Ad Romuli initium plus mille, et centu' annoru' est. Cato in. I. originu'. Inde est ferme mille passus. M. Cicero in. VI. in Antoniū. Ita' ne Ianus medius in L. Antoni cliētelā est. q' unq' in illo Iano inuentus est, q' L. Antonio mille numu' ferret expesum. in his, atq; multis alijs mille numero singulari dictu' est.

Neq; hoc ( ut quidam putant ) uetustati concessum est, aut per figurarum concinnitatem admissum est: sed sic uidetur ratio poscere. mille enim non pro eo ponitur, quod græce χίλιοι dicitur. Sed quod χιλιάς & sicuti una χιλιάς & duæ χιλιάδες, ita unum mille, & duo millia, certa atque directa ratione dicitur. Quamobrem id quoq; recte, & probabiliter dici solitum, mille denarium in arca est, & mille equum in exercitu est. Lucilius autem præterquã superius posui, alio quoq; in loco id manifestus demonstrat. Nam in libro. XV. ita dicit.

- » Hunc mille passuum qui uicerit, atq; duobus,
  - » Campanus sompes succissor nullus sequetur.
  - » Maiore in spatio, ac diuersus uidebitur ire.
- Item alio lib. V I I I I.

- » Mille die nummum potes uno quærerere centum.
- Mille passuum dixit pro mille passibus, & uno mille nummum pro unis mille numis. aperteq; ostendit, mille & uocabulum esse, & singulari numero dici. Eiusq; pluratiuum esse millia. & casum etiam capere ablatiuum, neq; cæteros casus requiri oportere. cum sint alia pleraq; uocabula, quæ in singulos tantum casus, quædam etiam, quæ in nullum inclinentur. quapropter nihil iam dubium est, quin M. C. in oratione, quam scripsit pro Milone: ita scriptum reliquerit. Ante fundum Clodij, quo in fundo, propter insanas illas substructiones, facile mille hominum uersabatur ualentium. Non uersabantur. quod in libris minus accuratis scriptum est. Alia enim ratione mille hominum, alia mille homines

mines dicendum est.

Quanta cum animi æquitate tolerauerit Socrates uxoris ingenium intractabile. atq; inibi quid M. Varro in quadam satyra, de officio mariti scripserit.

Caput

XVII.

x Antippe Socratis philosophi uxor morosa admodum fuisse fertur, & iurgiosa. Irarumq; et molestiarum muliebrium, per diem perq; noctem scatebat. Has eius intemperies in maritum Alcibiades demiratur, interrogauit Socratem, quænam ratio esset, cur mulierem tam acerbam domo nõ exigeret. Quoniam, inquit Socrates, cum illam dormi talem perpetior: insuesco, & exerceor: ut cæterorum quoq; foris petulantiam, & iniuriam facilius feram. Secundum hanc sententiam quoq; Varro in satyra menippea, quam de officio mariti scripsit, Vitium inquit, uxoris aut tollendum, aut ferendum est. Qui tollit uitium: uxorem commodiorem præstat: qui fert: sese meliorem facit. Hæc uerba Varronis tollere, & ferre lepide quidem composita sunt. Sed tollere apparet dictum pro corrigere. Id etiam apparet, eiusmodi uitium uxoris si corrigi non possit: ferendum esse, Varronem censuisse. quæ ferri scilicet à uiro honeste possunt. Vicia enim flagitijs leuiora sunt.

Quod M. Varro in libro de ratione uocabulorum XIII. L. Lælium magistrum suum περί ἑτυμολογίας nonnullorum uerborum falsa dixisse reprehendit.

dit: quodq; idem Varro in eodem libro furis *ἑρῶν*  
*μολονίαν* falsam dicit. Caput XVIII.

N quartodecimo rerum diuinarum lib. M  
 i Varro doctissimum tunc ciuitatis hominem  
 L. Lælium errasse ostendit: quod uocabu-  
 lum græcum uetus traductum in linguam romanam  
 promeraco, & quasi a se primitus latine fictum es-  
 set, resoluit in uoces latinas ratione etymologica fal-  
 sa. Verba ipsa super ea re Varronis posuimus.

» In quo Lælius noster literis ornatissimus, memoria  
 » nostra errauit aliquoties. Nam aliquot uerborum  
 » antiquorum græcorum, perinde atq; essent propria  
 » nostra, reddidit causas falsas. Non enim leporem di-  
 » camus ( ut ait ) quod est leuipes: sed quod est uocabu-  
 » lum antiquum græcum. Multa enim uetera illorum  
 » ignorantur, quod pro ijs alijs nunc uocabulis utun-  
 » tur. & illorum esse pleriq; ignorent græcum: quod  
 » nunc nominant ἑλληνα. Putent, quod uocant φρίαρ.  
 » leporem, quod λαγῶν dicunt. In quo non modo Læ-  
 » lij ingenium non reprehendo, sed industriam laudo.  
 » Successum enim fortuna, experientiam laus sequitur.  
 Hæc Varro in primore libro scripsit, de ratione uo-  
 cabulorum scitissime: de usu utriusq; linguæ peritissi-  
 me: de ipso Lælio clementissime. Sed in posteriore eius-  
 dem libri parte dicit. Furem ex eo dictum, quod uete-  
 res Romani furuum atrum appellauerint. & fures  
 per noctem, quæ atra sit: facilius furentur. Non'ne sic  
 uidetur Varro de fure errasse, tanquam Lælius de le-  
 pore? Nam quod a græcis nunc κλέπις dicitur;  
 antiquiore

antiquiore græca lingua  $\phi\omega\rho$  est dictum. Hinc per  
affinitatem litterarum, quæ  $\phi\omega\rho$  græce est, latine  
fur. Sed ea res fugerit ne tunc Varronis memoriam,  
an contra aptius et cohæretius putarit, furem à fur  
uo, idest nigro appellari in hac re de viro tam excel-  
lenti doctrinæ non meum iudicium est.

Historia super libris sibyllinis, ac de Tarquinio  
superbo rege. Cap. XIX.

*i* N antiquis annalibus memoria super libris  
sibyllinis hæc prodita est. Anus hospita,  
atq; incognita ad Tarquinium Superbum  
regem adiit, nouem libros ferens, quos esse dicebat di-  
uina oracula. eos uelle dixit uenundare. Tarquini-  
us pretium percunctatus est. Mulier nimium atque  
immensum poposcit. Rex quasi anus ætate desiperet:  
risit. Tum illa foculum coràm eo cum igni apposuit:  
et tres libros ex nouem deuirit: Et ecquid reliquos  
sex an eodem pretio emere uellet, regem interroga-  
uit. Sed enim Tarquinius id multo risit magis. dixitq;  
anum iam proculdubio delirare. Mulier ibidem sta-  
tim tres libros alios exussit: atq; idipsum denuo pla-  
cide rogauit, tres reliquos eodē illo pretio emat. Tar-  
quinius ore iam serio, atq; attentiore animo fit. eam  
constantiam, confidentiamq; non insuper habendam  
intelligit: Et libros tres reliquos mercatur nihilomi-  
nore pretio, quàm quod erat petitum pro omnibus.  
Sed eam mulierem tunc à Tarquinio digressam, po-  
stea nusquã loci uisam constitit. Libri tres in sacrariũ

A. G E L .

conditi sibyllini appellati. Ad eos quasi ad oraculum  
XV uiri adeunt, cum dij immortales publice consu-  
lendi sunt.

Quid Geometrae dicant graeci. Quibusq; omnia  
ista latinis uocabulis appellentur. Caput XX.

Iguarum, quae  $\chi\upsilon\mu\alpha\tau\alpha$  Geometrae appel-  
f lant: genera sunt duo, planum & solidum.  
haec ipsi uocant.  $\epsilon\pi\acute{\iota}\pi\epsilon\delta\omicron\nu$ , καὶ  $\sigma\epsilon\iota\omicron\nu$ .  
Planum est, quod in duas partes solu lineas habet,  
qua latum est, & qua longum. qualia sunt trique-  
tra, & quadrata, quae in area fiunt sine altitudine.  
Solidum est, quando non longitudines modo, & lati-  
tudines planas numeri linearum efficiunt: sed etiam  
extollunt altitudines. quales sunt ferme metae trian-  
guli, quas pyramidas appellat, uel qualia sunt qua-  
drata undiq; quae  $\kappa\upsilon\beta\omicron\varsigma$  illi, nos quadrantalia dici-  
mus.  $\kappa\upsilon\beta\omicron\varsigma$  enim est figura ex omni latere quadra-  
ta, quales sunt inquit M. Varro, tesserae, quibus in al-  
ueolo luditur: ex quo ipse quoq; appellatae  $\kappa\upsilon\beta\omicron\iota$ .  
In numeris etiam similiter  $\kappa\upsilon\beta\omicron\varsigma$  dicitur, cum omne  
latus eiusdem numeri aequaliter in sese soluitur: sicuti  
fit, cum ter terna ducuntur. Atq; idem ipse nume-  
rus triplicatur. huius numeri cubum Pythagoras uim  
habere lunaris circuli dixit: quod & luna orbem su-  
um lustret septem, & uiginti diebus: qui numerus ter-  
nio, qui graece dicitur  $\tau\epsilon\iota\alpha\varsigma$ , tantundem efficiat in eu-  
bo. Linea autem a nostris dicitur, quam  $\tau\epsilon\alpha\mu\mu\eta\nu$   
græci uocant. Eam M. Varro ita definit, linea est, in-  
quit, longitudo quaedam sine latitudine, & altitudi-  
ne.  $\omicron\upsilon\kappa\lambda\epsilon\acute{\iota}\delta\upsilon\varsigma$



ne. ἀκλείδης autem breuius prætermiffa altitudi-  
ne, γραμμὴ est, inquit, μῆκος ἀπλατὴς, quod exprī-  
mere uno latine uerbo non queas, nisi audeas dicere  
illatabile.

Quod Iulius Higinus affirmatiffime contendit le-  
giffe fe librum P. Virgilij domesticum, in quo scri-  
ptum effet. Et ora Triftia tentantum fenfu torquebit  
amaror. Non quod uulgus legeret fenfu torquebit a-  
maro.

Caput

XXI.

Erfus iftos ex Georgicis Virgilij pleriq; om-  
nes fic legunt.

At fapor indicium faciet manifeftus: et ora  
Triftia tentantum fenfu torquebit amaro.

Higinus autem non hercle ignobilis grammaticus,  
in commentarijs, quæ in Virgilium fecit: confirmat;  
Et perfeuerat, non hoc à Virgilio relictum. Sed qđ  
ipfe inuenerit in libro, qui fuerat ex domo, atq; fa-  
milia Virgilij, et ora Triftia tentantum fenfu torque-  
bit amaror. Neq; id foli Higinio, fed doctis quibus-  
dam etiam uiris complacitum. quoniam uidetur ab-  
furde dici fapor fenfu amaro torquet, cū ipfe, inqui-  
unt, fapor fenfus fit, non alium in femetipfo fenfum  
habeat, ac perinde fit, quafi dicatur, fenfus fenfu a-  
maro torquet. Sed enim cum Phauorino Higni com-  
mentarium legiffem, atq; ei ftatim displicita effet inso-  
lentia, Et infuauitas amaroris: Iouem lapideum in-  
quit, quod fanctiffimum iufurandum eft habitum;  
paratus ego iurare, Virgilium hoc nunquam fcripiff-  
fe. Sed Higinum ego dicere uerum arbitror. Non. n.

17X

primus finxit hoc uerbum Virgilius insolenter: sed in carminibus Lucretij inuentum, non est aspernatus auctoritate poetæ ingenio & facundia præcellentis. Verba ex quarto Lucretij hæc sunt.

- » Deniq; in os falsi uenit humor sepe saporis:
  - » Cum mare uersamur propter: dilutaq; contra
  - » Cum tuimur misceri absynthia. tangit amaror.
- Non uerba autem sola, sed uersus propè totos & locos quoq; Lucretij plurimos sectatum esse Virg uidemus.

An qui causas defendit, recte latineq; dicat superesse id, quod defendit: & superesse proprie quid sit.

Caput XXII.

- Roborauit, inueterauitq; falsa atq; aliena uerbi significatio: quod dicitur, hic illi superest: cum dicendum est, Aduocatum esse quem cupiam, causamq; eius defendere. atq; id dicitur, non in compitis tantum, neq; in plebe uulgaria, sed in foro, & in comitio, apud tribunalia. Qui integre autem locuti sunt: magnam partem superesse, ita dixerunt: ut eo uerbo significarent superfluere, & superuacare, atq; esse supra necessarium modum. Itaq; M. Varro in satyra, quæ inscripta est, Nescis quid uesper uehat, superfuisse dicit immodice & intempestiue fuisse. Verba ex eo libro hæc sunt.
- » In conuiuio legi
  - » nec omnia debent, & ea potissimum, quæ simul sunt,
  - » βροδία, & delectent potius, ut id quoq; uideatur nõ
  - » superfuisse. memini ego prætoris docti hominis tribunali me forte assistere: atq; ibi aduocatum non in-
- celebrem

celebre sic postulare, ut quam causam diceret: remq;  
 que agebatur, non attingeret. Tunc prætorem ei, cui  
 res erat: dixisse aduocatum eum non habere. Et cum  
 is, qui uerba faciebat: reclamasset, ego illi. V. Cl. su-  
 persum, respondisse prætorem festiuit, Tu plane  
 superes, non ades. M. autem Cicero in libro, qui inscri-  
 ptus est de iure ciuili in artem redigendo, uerba hæc

posuit. Nec uero scientia iuris maioribus suis

Q. Helius Tubero defuit: doctrina etiam supersuit.

In quo loco supersuit significare uidetur supra  
 fuit, Et præstitit, superauitq; maiores suos doctrina  
 sua superfluenti, tum Et nimis abundanti. Disciplina  
 enim Tubero stoicas Et dialecticas percalluerat.  
 In libro quoque de R. p. secundo, idipsum uerbum  
 Ciceronis non temere transeundum. Verba ex eo li-  
 bro hæc sunt. Non grauaret Læli, nisi Et hos uel  
 le putarem: Et ipse cuperem te quoque aliquam par-  
 tem huius nostri sermonis attingere. præsertim cum  
 heri ipse dixeris, te nobis etiam superfuturum: ue-  
 rum si id qdē fieri non potest: ne desis omnes te roga-  
 mus. Exquisite igitur Et comperte Iulius Paulus  
 dicebat, homo in nostra memoria doctissimus, super-  
 esse non simplici ratione dici tam latine quam græce.  
 Græcos enim υπερειναι, etiam in utraque parte  
 ponere: uel quod superuacaneum esset, ac non neces-  
 sarium, uel quod abundans nimis et affluens, Et exu-  
 perans. Sic quoq; nostros ueteres superesse aliàs dixisse,  
 pro superfluenti Et superuacuo, neq; admodum  
 necessario, ita ut supra posuimus Varronem dicere.

Aliàs ita ut Cic. dixit, pro eo quod copia quidem Et

A. GEL.

facultate ceteris anteiret, tum supra modum, tum & largius, prolixiusq; flueret, quam esset satis. Qui dicit ergo se superesse ei, quem defendit: nihil istorum vult dicere, sed nescio quid aliud indictum inscitumq; dicit. At ne Virgilij quidem poterit authoritate uti, qui in Georgias ita scripsit.

Primus ego in patriam mecum modo, uita supersit.  
Hoc enim in loco Virg. ἀνυπώριον uerbo usus uidentur, quod supersit dixit pro longinquius, diutiusq; adsit. illud contra eiusdem Virgilij est aliquanto probabilius,

Florentesq; secant herbas: flumiosq; ministrant,  
Farrasq; ne blando nequeant superesse labori.

Significat enim supra laborem esse, neq; opprimi a labore. An autem superesse dixerint ueteres pro restare, & praeficienda rei adesse, querebamus. Nam Sallustius in significatione ista non superesse, sed superare dicit. Verba eius in Iugurtha. Is plerunq; a rege exercitum ductare, & omnes res exequi solitus erat: quae Iugurthae fesso, aut maioribus astricto superauerant. Sed inuenimus in.iii. Ennij annaliuum in hoc uersu.

» Inde sibi memorat unum superesse laborem,  
Id est reliquum esse, & restare. Quod quidem diuise pronuntiandum est, ut non una pars orationis esse uideatur, sed duae. Cicero autem in. II. antonianarum, quod est reliquum non superesse, sed restare dicit. Praeter haec superesse inuenimus dictum pro superstitem esse. Ita enim scriptum est in libro epistolarum M. Ciceronis ad L. Plancum, & in epistola M. Asinij Pollionis

» Pollionis ad Ciceronem uerbis his. Nam neq; deesse  
 » Reip. uolo, neq; superesse. Per quod significat, si Resp.  
 emoriatur, & pereat: nolle se uiuere. In Plauti au-  
 tem asinaria manifestus id ipsum scriptum est in his  
 uerbis, quæ sunt eius comœdiæ prima.

» Sicut tuum uis unicum gnatum tuæ

» Superesse uitæ sospitem, & superstitem.

Cauenda igitur est non improprietas sola uerbi, sed  
 etiam prauitas omnis, si quis se nunc senior aduoca-  
 tus adolescenti superesse dicat.

Quis fuerit Papyrius prætextatus, quæue istius  
 causa cognomentis sit: historiaq; ista omnis super eodem  
 Papyrio cognita iucunda. Cap. XXIII.

Istoria de Papyrio prætextato dicta, scri-  
 h ptaq; est a M. Catone in oratione, qua u-  
 sus est ad milites contra Galbam, cum mul-  
 ta quidem uenustate, atq; luce, atq; mundicia uerbo-  
 rum. Ea Catonis uerba, huic pror sus commentario in-  
 didissem, si libri copia fuisset id temporis, cum hæc di-  
 ctabam. Quod si non uirtutes, dignitatesq; uerborû,  
 sed rem ipsam scire quæris: res fermè ad hunc mo-  
 dum est. Mos antea Senatoribus Romæ fuit in cu-  
 riam cum prætextatis filiis introire. Tamen cum in  
 senatu res maior quæpiam consultata, eaq; in diem  
 posterum prolata est: placuitq; ut eam rem, super  
 qua tractauissent, ne quis enuntiaret, prius quàm de-  
 creta esset: mater Papyrii pueri, qui cum parente suo  
 in curia fuerat, percunctata est filium, quidnam in

Senatu patres egissent. Puer respondit tacendum esse, neq; id dici licere. Mulier fit audiendi cupidior secretum rei: & silentium pueri, animumq; eius ad inquirendum euerberat. Querit igitur compressius, uolentiusq;. Tum puer matre urgente, lepidi, atque festiui mendacij consilium capit: actum in Senatu dixit, utrum uideretur utilius, exq; Rep. esse, unus ne ut duas uxores haberet: an ut una apud duos nupta esset. Hoc illa ut audiuit: animus compauescit. domo trepidans egreditur. ad ceteras matronas peruenit. Ad Senatum postridie matrum familias caterua lachrymantes, atq; obsecrantes orant: una potius ut duobus nupta fieret, quam ut uni duæ. Senatores ingredientes curiam, quæ illa mulierum intemperies, & quid sibi postulatio illa uellet: mirabantur. Puer Papyrius in medium curiæ progressus, quid mater audire institisset: quid ipse matri dixisset: rem sicuti fuerat, denarrat. Senatus fidem atq; ingenium pueri exosculatur. Consultum facit, uti posthac pueri cum patribus in curiam ne introeant, nisi ille unus Papyrius. Atq; puero postea cognomentum honoris gratia inditum, Prætextatus ob tacendi, loquendiq; in ætate prætextata prudentiam.

Tria epigrammata trium ueterum poetarum, Neuij, Plauti, Pacuij, quæ facta ab ipsis, eorum sepulchris incisa sunt.

Cap. XXIIII.

Rium poetarum illustrium epigrammata  
 t Cn. Neuij, Plauti, M. Pacuij, quæ ipsi fecerunt: & incidenda suo sepulchro reliquerunt: nobilitatis eorum gratia, & uenustatis, scri-

benda in his commentarijs esse duxi. Epigramma Ne-  
uij plenum superbiae campanae, quod testimoniũ esse  
iustum potuisset, nisi ab ipso dictum esset.

I mmortales mortales si foret fas flere:

F lerent diuæ camoenæ Neuium poetam.

I taq; postquam est orchio traditus thesauro:

O bliti sunt Romæ lingua latina loquier.

Epigramma Plauti, quod dubitassẽ modo an Plauti  
foret, nisi à M. Varrone positum esset in libro de poe-  
tis primo.

P ostquam est morte captus Plautus,

C omœdia luget: scena est deserta:

D einde risus, ludus, iocusq; & numeri,

I nnumeri simul omnes collachrymauerunt.

Epigramma Pacuij uerecundissimum, & purissi-  
mum, dignumq; eius elegantissima grauitate.

A dolescens tam etsi properas, hoc te saxum rogat,

V t se aspicias: deinde quod scriptum est, legas.

H ic sunt poetæ Pacuij Marci sita

O ssa: hoc uolebam nescius ne esses. Vale.

Quibus uerbis M. Varro inducias definierit, quæsi-  
tumq; inibi curiosius: quæ nam ratio sit uocabuli in-  
duciarum.

Cap. XXV.

Vobis modis M. Varro in libro humana-

d rum, qui est de bello & pace, induciæ quid

sint definit. Induciæ inquit, sunt pax castrẽ-

n sis paucorum dierũ. Item alio in loco. Induciæ inquit,

n sunt belli ferie. Sed lepide magis, atq; iucundæ breui-

n tatis utraq; definitio, q̄ plena aut proba esse uidetur.

Nam neq; pax est induciæ, bellum enim manet, pugna cessat. Neq; in solis castris, neq; paucorum tantum dierum induciæ sunt. Quid enim dicemus, si inducijs in mensiu aliquot factis, castris concedatur, non'ne tum quoq; induciæ sunt? Aut rursus quid esse id dicemus, quod in primo annaliu Quadrigarij scriptum est: C. Pontium samnitem a dictatore Romano sex horarum inducias postulasse: si induciæ paucorum tantum dierum appellandæ sunt? Belli autem ferias festiue magis dixit, quam aperte, atq; definite. Græci autem significantius consignantiusq; cessationem istam pugne peticiam ἐνεχειρία dixerunt, exempta una litera sonitus uastioris, & subiuncta lenioris. Nam quod eo tempore non pugnetur, & manus cohibeantur, ἐνεχειρία appellarunt. sed profecto non id fuit Varroni negotium, ut inducias superstitione definiret: & legibus, rationibusq; omnibus definitionum inseruiret. Satis enim uisum est, eiusmodi facere demonstrationem. Quod genus græci τὸ πῦρ magis & ὑποπαύσις, quã ὀπισμὸς uocant. Induciarum autem uocabulum, qua sit ratione factum, id diu est, quod querimus. Sed ex multis quæ iam audiuius uel legimus: probabilius id, quod dicam, uideatur. Inducias sic dictas arbitramur, quasi tu dicas inde uti iam. pactum induciarum eiusmodi est, ut in diem certum non pugnetur: nihilq; incommodi datur: sed ex eo die postea, uti iam omnia belli iure agantur. Quod dicitur dies certus præfinitus, pactumq; fit, ut ante eum diem ne pugnetur, atq; is dies ubi uenit, inde uti iam pugnetur. Itarco ex ijs, quibus di-



xi, uocibus quasi per quendam coitum, & copulam, nomen induciarum connexum est. Aurelius autem Opilius in primo librorum, quos musarum inscripsit: Induciae inquit, dicuntur, cum hostes inter sese utrinq; utroq; alteri ad alteros impune, & sine pugna ineunt. Inde ab eo inquit, nomen esse factum uidetur, quasi initus, atq; introitus. Hoc ab Aurelio scriptum propterea non praeterij: necui harum notitiam aemulo, eo tantum nomine elegantius id uideretur: tanquam id nos originem uerbi requirentes, fugisset.

Quem in modum mihi Taurus philosophus responderit, percunctanti, an sapiens irasceretur.

Caput XXVI.

i Interrogavi in diatriba Taurum an sapiens irasceretur. Dabat enim saepe post quotidianas lectiones, querendi, quod quis uellet, potestatem. Is, cum grauius, & copiose de morbo, affectu ue irae differuisset: quae & in ueterum libris, & in ipsis commentarijs exposita sunt: conuertitur ad me, qui interrogaueram, & haec ego, inquit, super irascendo sentio. Sed & quid Plutarchus noster uir doctissimus, ac prudentissimus senserit, non ab re est, ut id quoq; audias. Plutarchus, inquit, seruo suo nequam homini, & contumaci, sed libris, disputationibusq; philosophiae aures imbutas habenti, tunicam detrahi ob nescio quod delictum, caediq; eum loro iussit. caeperat uerberari, obloquebatur, non meruisse, ut uapularet, nihil mali, nihil sceleris admisisse. Postremo uociferari inter uapulandum in-

cipit, neq; iam querimonias, aut gemitus eiulatusq; fa-  
 cere, sed uerba seria, & obiurgatoria. Non ita esse  
 Plutarchum ut diceret philosophum irasci turpe es-  
 se. saepe eum de malo iræ disertauisse: librum quoq;  
 περὶ ἀσπυνοίας pulcherrimum conscripsisse. Is o-  
 mnibus, quæ in eo libro scriptæ sunt: nequaquã con-  
 uenire, quod prouolutus, effususq; in iram plurimis  
 se plagis multaret. Tum Plutarchus lente, & leui-  
 ter, quid autem inquit, uerbero, nunc ego tibi irasci  
 uideor? ex uultu'ne meo, an ex uoce, an ex colore, an  
 etiam ex uerbis correptum esse me iræ intelligis?  
 Mihi quidem, neq; oculi (opinor) truces sunt: neq; os  
 turbidum: neq; immaniter clamo: neq; in spumam,  
 ruborem'ue efferuesco: neq; pudenda dico, aut pœni-  
 tenda: neq; omnino trepido ira, & gestio. hæc enim  
 omnia, si ignoras, signa esse irarum solent. & si-  
 mul ad eum, qui cædebat, conuersus, interim inquit,  
 dum ego atq; hic disputamus, hoc tu age. Summa au-  
 tem totius sententiæ Tauri hæc fuit: non idē esse exi-  
 stimauit ἀσπυνοίαν καὶ ἀναληθοίαν. Aliudq; esse non  
 iracundum animum, aliud ἀταλυντον καὶ ἀναείδητον.  
 Nam aliorum omnium, quos latini philosophi affe-  
 ctus, uel affectiones, græci πάθη appellant, ita huius  
 quoq; motus animi, qui cum est ulciscendi causa sæ-  
 uior, ira dicitur: non priuationem esse utilem censuit:  
 quam græci σέπνοιν dicunt: sed mediocritatem, quam  
 μετρίότητα illi appellant.

## AVLI GELLII NOCTIVM ATTICA

## RVM COMMENTARII.

## LIBER SECVNDVS.

Quo genere solitus sit philosophus Socrates exercere patientiam corporis: deq; eiusdem uiri patientia.

Caput Primum.

*i* Nter labores uoluntarios, & exercitia corporis ad fortuitas patientiae uices firmamentum id quoq; accepimus Socratem facere insueuisse: stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu per dius, atq; pernox a summo lucis ortu ad solem alterum orientem inconnuens, immobilis, usdem inuestigijs, & ore, atq; oculis eundem in locum directis cogitabundus, tanquam quodam secessu mentis, atq; animi facta a corpore. Quam rem cum Phavorinus de fortitudine eius uiri, ut pleraq; differens attigisset: πολλὰν inquit, ἐξ ἡλίου εἰς ἡλιον ἐστῆκεν ἀσραβέτερος τῶν πρέμνων. Temperantia quoq; eum fuisse tanta traditum est: ut omnia ferè uitae suae tempora ualetudine inoffensa uixerit. In illius etiam pestilentiae uasitate, quae in bello peloponnestico in primis ipsam Atheniensium ciuitatem internecino genere morbi depopulata est: is parcendi, moderandiq; rationibus dicitur & a uoluptatum labe cauisse: & salubritates corporis retinuisse: ut nequaquam fuerit communi omnium cladi obnoxius.

A. GEL.

Quæ ratio, observatioq; officiorum esse debeat inter patres, filiosq; in discumbendo sedendoq;, atq; in id genus rebus, domi forisq; si filij magistratus sunt & patres privati, superq; eare Tauri philosophi disertatio, & exemplum ex historia Romana petitum.

Caput

II.

D philosophum Taurum Athenas, uisendi cognoscendiq; eius gratia, uenerat. V. Cl. præses Cretæ provinciae, & cum eo simul eiusdem præsidis pater. Taurus sectatoribus commodum dimissis, sedebat pro cubiculi sui foribus: et cum assistentibus nobis sermocinabatur. Introiuit provinciae præses, & cum eo pater. Assurrexit placide Taurus, & post mutuam salutationem resedit. Allata mox una sella est: quæ in promptu erat, atq; dum aliæ promebantur: apposita est. Inuitauit Taurus patrem præsidis, ut sederet. Atq; ille ait, sedeat hic potius, qui Po. Ro. magistratus est. Absq; præiudicio inquit Taurus, tu interea sede dum inspiciamus, quærimusq; utrum conueniat te ne potius sedere, qui pater es, an filium qui magistratus est. Et cum pater assedisset, appositumq; esset aliud filio quoq; eius sedie, uerba super ea re Taurus facit cum summa (dij boni) honorum, atq; officiorum perpensatione. eorum uerborum sententia hæc fuit. In publicis locis, atq; muneribus, atq; actionibus patrum iura, cum filiorum qui in magistratu sunt, potestatibus collata interquiescere paululum, & conuiuere. Sed cum extra remp. in domestica re, atq; uita sedeatur: ambuletur, in conuiuio quoq; familiari discumbatur.

discumbatur: tum inter filium magistratum, et patrem priuatum publicos honores cessare: naturales et genuinos exoriri. hoc igitur, inquit, quod ad me uenistis, quod colloquimur nunc, quod de officijs discutamus, priuata actio est. Itaque utere apud me ijs honoribus prius, quibus domi quoque nostrae te uti priorem decet. Haec, atque alia in eandem sententiam Taurus grauius simul, et comiter disseruit. quid autem super huiusmodi patris, atque filij officio apud Claudium legerimus, non esse ab re uisum est, ut adscriberemus. Posuimus igitur uerba ipsa Quadrigrarum ex annali eius. VI. transcripta. Deinde facti consules Sempronius Gracchus iterum. Q. Fabius maximus filius eius, qui priore anno erat consul: et consuli pater proconsul obuiam in equo uehens uenit. Neque descendere uoluit, quod pater erat: et quod inter eos sciebant maxima concordia conuenire, lictores non ausi sunt descendere iubere. Vbi iuxta uenit, tum consul ait descendere iube. quod postea quaelictor ille, qui apparebat: cito intellexit: Maximum proconsulem descendere iussit. Fabius imperio paret: et filium collaudauit, cum imperium, quod populi esset, retineret.

Qua ratione uerbis quibusdam, uocabulisque ueteres immiserunt. h. litera spiritum. Caput III.

h Litera, siue illam spiritum magis, quam litera dici oportet: inferebant eam ueteres nostri plerisque uocibus uerborum firmandis

d

- roborandisq; ut sonus earum esset uiridior, uegetiorq;. Atq; id uidentur fecisse studio, & exemplo lingue atticæ. satis notum est, Atticos ἰχθὺν ἰπὸν, multa itidem alia, citra morem gentium Græciæ cæterarum inspirantis primæ literæ dixisse. Sic lachrymas, sic sepulchrum. sic ahenum. sic uehemens. sic inchoare. sic helluari. sic hallucinari. sic honera. sic honustum dixerunt. In his enim uerbis omnibus literæ, seu spiritus istius nulla ratio uisa est, nisi ut firmitas, & uigor uocis, quasi quibusdam nervis additis intendere-tur. Sed quoniam aheni quoque exemplo usi sumus: uenit nobis in memoriam, fidū optatumq; multi nominis Romæ grammaticum, ostendisse mihi librum æneidos secundum mirandæ uetustatis, emptum in sigillarijs. XX. aureis. quem ipsius Virgilij fuisse credebat: in quo duo isti uersus cum ita scripti forent:
- » Vestibulum ante ipsum, primoque in limine Pyrrhus
  - » Exultat telis, & luce coruscus aena.
- Additam supra uidimus. h. literam, & ahenam factū. Sic in illo quoq; Virgilij uersu in optimis libris scriptum inuenimus.
- » Aut folijs undam tepidi dispumat aheni.

Quam ob causam C. Bassus genus quoddam iudicij diuinationem appellari scripsit. Et quam aliam causam esse eius uocabuli dixerunt. Cap. IIII.

¶ Vm de constituendo accusatore queritur: iudiciumq; super ea redditur: cuiusnam potissimum ex duobus, pluribusue accusatio, sub-  
 scriptione

scriptione in reum permittatur: ea res, atq; iudicium  
cognitio Diuinitio appellatur. Id uocabulum quam  
ob causam ita factum sit: quæri solet. C. Bassus in ter-  
tio librorum, quos de origine uocabulorum composuit:

» Diuinitio, inquit, iudicium appellatur: quoniam di-  
» uinare quodammodo iudicem oporteat, quam senten-  
» tiam sese ferre par sit. Nimis quidem est in uerbis C.  
Bassi ratio imperfecta, uel magis inops et ieiuna. Sed  
uidetur eum significare uelle, iccirco dici diuinationem,  
qđ in alijs quidem causis iudex ea, quæ dicit, quæq; ar-  
gumentis, uel testibus demonstrata sunt: sequi solet.  
In hac autem re, cum eligendus accusator est: parua  
admodum, et exilia sunt, quibus moueri iudex pos-  
sit: & propterea qui nam magis ad accusandum  
idoneus sit: quasi diuinandum est. Hæc Bassus.  
sed alij quidem diuinationem esse appellatam pu-  
tant: quoniam cum accusator & reus duæ res quasi  
cognitæ, coniunctæq; sint: neq; utra sine altera con-  
stare possit: in hoc tamen genere causæ, reus quidem  
iam est, sed accusator non dum est: & iccirco, quod  
adhuc usq; deest, & latet: diuinatione supplendum  
est, quisnam sit accusator futurus.

Quam lepide, designateq; dixerit Phauorinus philo-  
sophus, quid intersit inter Platonis & Lysia ora-  
tionem.

Cap. V.

p Hauorinus de Lysia & Platone solitus est  
dicere, si ex Platonis inquit oratione uerbum  
aliquđ demas, mutes'ue: atq; id cōmodissime facias: de  
elegancia tantum detraxeris, si ex Lysia, de sentētia.

d 2

Quibus uerbis ignauiter, & abiecte Virgilius u-  
sus esse dicatur, & quid ijs, qui improbe dicunt: re-  
spondeatur. Caput VI.

- 17
- ¶ Onnulli grammatici ætatis superioris, in  
quibus est Cornutus Annæus, haud sane in-  
docti, neq; ignobiles, qui commentaria in  
Virgilium composuerunt reprehendunt, quasi in-  
curiose, & abiecte uerbum positum in his uersibus.
- » Candida succinctam latrantibus inguina monstris
  - » Dulichias uexasse rates: & gurgite in alto
  - » Ah, timidos nautas canibus lacerasse marinis.
- vexasse enim putant uerbum esse leue, & tenuis,  
ac parui incommodi, nec tantæ atrocitati congruere:  
cum homines repente à bellua immanissima rapti,  
laniatiq; sint. Item aliud huiuscemodi reprehendunt.
- » Omnia iam uulgata, quis aut Eurystea durum,
  - » Aut illaudati nescit Busyridis aras? Illaudati pa-  
rum idoneū esse uerbum dicunt. neq; id satis esse ad fa-  
ciendam scelerati hominis detestationem: qui quod  
hospites omnium gentium immolare solitus fuit: non  
laude indignus, sed detrectatione, execrationeq; to-  
tius generis humani dignus esset. Item aliud uerbum  
culpauerunt.
  - » Per tunicam squalentem auro latus haurit apertum  
Tanquam non conuenerit dicere, auro squalentem,  
quoniam nitoribus, splendoribusq; auri squaloris il-  
luminies sit contraria. Sed de uerbo uexasse ita respon-  
deri posse credo: uexasse graue uerbum est. Factumq;  
ab eo uidetur, quod est uehere: in quo inest iam uis  
quedam



quædam alieni arbitrij. Non enim sui potens est, qui uehitur. Vexare autem, quod ex eo inclinatum est: ui atq; motu proculdubio inclinatum est. nam qui fertur, & raptatur, atq; huc, atq; illuc distrahitur: is uehari proprie dicitur: sicuti taxare pressius, crebriusq; est, quam tangere. unde proculdubio id inclinatum est, & iactare multo fusius, largiusq; est, quam iacere, id unde uerbum traductum est. Et quassare, quam quaterere grauius, uiolentiusq; est. Non igitur quæ uulgo dici solet, uexatum esse quem fumo, aut uento, aut puluere, propterea debet uix uera, atq; natura uerbi deperire: quæ a ueteribus, qui proprie, atq; signate locuti sunt: ita, ut decuit, conseruata est. M. Cætonis uerba sunt ex oratione, quam de Achæis scripsit. Cumq; Annibal terram Italiam laceraret: atq; uexaret: uexatam Italiam dixit Cato ab Annibale, quando nullum calamitatis, aut sæuitiæ, aut immanitatis genus reperiri queat: quod eo tempore Italia non ppressa sit. M. Tullij in Verrem. Quæ ab isto sic spoliata, atq; direpta est: ut non ab hoste aliquo, qui tamen in bello religionem, & consuetudinis iura retineret: sed ut a barbaris prædonibus uexata esse uideatur. De illaudato autem duo uidentur responderi posse. Vnum est eiusmodi. nemo quisquam tam effertis est moribus, quin faciat, aut dicat nonnunquam aliquid, quod laudari queat: unde hic antiquissimus uersus uice prouerbij celebratus est.

πολλὰνι καὶ κήρωρος ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπερ.

Sed enim qui omni in re, atq; omni tempore laude omni uacat: is illaudatus est. Isq; omniū pessimus de-

terrimumq; est. Sicuti omnis culpæ privatio, inculpatus facit. inculpatus autem instar est absolutæ virtutis. Illaudatus igitur quoq; finis est extrema malitiæ. Itaq; Homerus non virtutibus appellandis, sed vitijs detrahendis laudare ampliter solet. hoc enim est ἠὺδα μάντις ἀμύμων. Et

τῶδ' οὐκ ἄκροντε πετέσθην. Et item illud.

ἐνθ' οὐκ ἂν ὑβρίζοντα ἴδοις ἀγαμέμνονα δῖον.

οὐ δὲ καταπύλων τ' οὐδ' οὐκ ἰθέλοντα μάχεσθαι.

Epicurus quoq; simili modo maximam voluptatem, detractionem, privationemq; omnis doloris definiuit his uerbis, ὄρος τῷ ἀλγούντος ὑπεξάρσις. Eadem ratione idem Virg. inamabilem dixit sisygam paludē. Nam sicut illaudatum κατὰ laudis σέρισιν, ita inamabilem κατὰ amoris σέρισιν detestatus est. Altero modo illaudatus ita defenditur. laudare significat prisca lingua nominare, appellareq; sic in actionibus autem civilibus laudari id dicitur, quod est nominari. Illaudatus enim est, quasi illaudabilis, qui neq; mentione, aut memoria ulla dignus, neq; unquam nominandus est. Sicuti quondam a communi consilio Astæ decretum est, uti nomen eius, qui templum Dianæ Ephesie incenderat: nequis ullo in tempore nominaret. Tertium restat ex ijs, quæ reprehensa sunt: quod tunicam squalentem auro dixit. Id autem significat copiam, densitatemq; auri in squamarum speciem intexti. Squalere enim dictum est a squamarum crebritate, asperitateq;, quæ in serpentum, pisciumq; corijs insuntur. Quam rem & alij, & hic quidem poeta locis aliquot demonstrat.

Quem

» *Quem pellis inquit, ahenis*  
 » *In plumā squamis auro conferta tegebat. Et alio loco.*  
 » *Iamq; adeo rutilum thoracē induit ahenis*  
 » *Horrebat squamis. Accius in pelopidis ita scribit.*  
 » *Eius serpentis squamæ squalido auro, & purpura*  
 » *prætextæ. Quicquid igitur nimis inculcatum, obsi-*  
 » *tumq; aliqua re erat: & incuteret uisentibus facie no-*  
 » *ua horrorem: id squalere dicebatur. sic in corporibus*  
 » *incultis, squamosisq; alta congerie sordium squalor*  
 » *appellabatur. Cuius significationis multo, assiduoq;*  
 » *usu totum id uerbum ita contaminatum est: ut iam*  
 » *squalor de re alia nulla, quàm de solis inquinam-*  
 » *entis dici cœperit.*

De officio erga parentes liberorum, deq; ea re ex  
 philosophiæ libris, in quibus scriptum, quæsitumq;  
 est, an semper in omnibus, patris iussis obsequen-  
 dum sit.

Cap. VII.

Varii solitum est in philosophorum disce-  
 ptationibus, an semper, inq; omnibus ius-  
 sis patri parendum sit. Super ea re græ-  
 ci, nostriq;, qui de officijs scripserunt: tres senten-  
 tias esse, quæ spectandæ, considerandæq; sint: tradide-  
 runt, easq; subtilissime diiudicauerunt. Earum una  
 est, omnibus, quæ pater imperat, parendum. Altera  
 est, in quibusdam parendum, quibusdā non obsequen-  
 dum. Tertia est, nihil necessum esse patri obseq, et pa-  
 rere. Hæc sententia quoniam primore aspectu nimis  
 infamis est, super ea, quæ prius dicta sunt: dicemus.

aut recte inquit, imperat pater, aut perperam.  
 Si recte imperat: non quia imperat, parendum: sed  
 quoniam id fieri ius est, faciendum est: si perperam.  
 nequaquam scilicet faciendum, quod fieri non oportet.  
 Deinde ita concludunt: nunquam est igitur patri  
 parendum, quæ imperat. Sed neq; istam sententiam  
 probari accepimus. Argutiola quippe hæc, sicuti  
 mox ostendemus: friuola, & inanis est. Neq; autem  
 illa, quam primo in loco diximus: uera & proba  
 uideri potest: omnia esse, quæ pater iussit, parendum.  
 Quid enim si proditionem patriæ, si matris necem,  
 si alia quædam imperarit turpia, aut impia?  
 Media igitur sententia optima, atq; tutissima uisa est.  
 Quædam esse parendum, quædam non obsequendum.  
 Sed ea tamen, quæ obsequi non oportet: leniter  
 & uerecunde, ac sine detestatione nimia, sine opprobriatione  
 acerba reprehensionis declinanda sensim, & relinquenda  
 esse dicunt, quam respuenda. Conclusio uero illa, qua  
 colligitur, sicuti supradictum est: nihil patri parendum,  
 imperfecta est. Refutariq; ac dilui sic potest. Omnia  
 quæ in rebus humanis fiunt: ut docti censuerunt: aut  
 honesta sunt, aut turpia. Quæ sua uia recta, aut honesta  
 sunt, ut fidem colere: ut patriam defendere: ut amicos  
 diligere: ea fieri oportet, siue imperet pater: siue non  
 imperet. Sed quæ his contraria, quæq; turpia, & omnino  
 iniqua sunt: ea ne si imperet quidem. Quæ uero in  
 medio sunt, & a grecis tum ἀδίαπορα, tum μίσα  
 appellantur: ut in militiam ire: rus colere: honores  
 capere: causas defendere: uxorem ducere: uti iussum  
 proficisci:

proficiat: ut acersitum uenire: quoniam & hæc, & his similia per sese ipsa neq; inhonesta sunt, neq; turpia, sed perinde ut à nobis aguntur, ita ipsis actionibus aut probanda fiunt: aut reprehendenda: propterea in eiusmodi omnium rerum generibus patri parendum esse censent. ueluti si uxorem ducere imperet: aut causas pro reis dicere. quod enim utrumq; in genere ipso, per sese neq; honestum, neq; turpe est: ita. si pater iubeat, obsequendum est. Sed enim si imperet uxorem ducere infamem, propudiosam, criminiosam, aut pro reo Catilina aliquo, aut C. Bibulo, aut P. Clodio causam dicere: non scilicet parendum: quoniam accedente aliquo turpitudinis numero, desinunt esse per sese hæc media, atq; indifferentia. Non ergo integra est propositio dicenda, aut honesta sunt, quæ imperat pater, aut turpia. Neq; ὅτις νόμιμον δὲ ἄξιον uideri potest. deest enim distinctioni isti tertium, aut neq; honesta sunt, neq; turpia, quod si additur: potest ita concludi. nonnunquam est igitur patri parendum.

Quod parum æqua reprehensio Epicuri à Plutarcho peracta sit in syllogismi disciplina. Cap. VIII.

Lutarchus secundo librorum, quos de Homero composuit: imperfecte, atq; præpostere, atq; inscite syllogismo esse usum Epicurum dicit. Verbaq; ipsa Epicuri ponit ὁ θάνατος ἢ δὲν πρὸς ἡμᾶς. τὸ γὰρ διαλυθὲν ἀνααιθεῖται. τὸ δὲ ἀνααιθεῖται οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. Nam prætermisit inquit,

quod in prima parte sumere debuit ὁ θάνατος ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις. Tum deinde eodem ipso, quod omiserat quasi posito, concessōq; ad confirmandum aliud utitur. progredi autem hic inquit syllogismus nisi illo prius posito non potest. Vere hoc quidem Plutarchus de forma & ordine syllogismi scripsit. Nam si, ut in disciplinis traditur, ita colligere, & ratiocinari uelis: sic dici oportet, ὁ θάνατος ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις, τὸ δὲ διαλυθὲν ἀνααιθεῖ. τὸ δὲ ἀνααιθετοῦν οὐδὲν πρός ἡμᾶς. Sed Epicurus cuiusmodi homo est, non inscitia uidetur partem illam syllogismi prætermisisse. Neq; id ei negotium fuit, syllogismum, tanquam in scholis philosophorum cum numeris omnibus, & cum suis finibus dicere. & profecto quia separatio animi, & corporis in morte euidentis est: non est ratus necessariam esse eius admonitionem: quod omnibus prorsus erat obuium, sicuti etiam quod conclusionem syllogismi non in fine posuit, sed in principio. Nam id quoq; non imperite factum, quis non uidet? Apud Platonem quoq; multis in locis reperias syllogismos repudiatos, cōuersōq; ordine isto, qui in docendo traditur, cum eleganti quadam reprehensionis contentione positos esse.

Quod idem Plutar. euidenti calumnia uerbum ab Epicuro dictum insectatus sit. Cap. IX.

In eodem libro idem Plutarchus eundem Epicurum reprehendit: quod uerbo usus sit parum proprio, & alienæ significatio-

nis. Ita enim scripsit Epicurus ἄρος τῷ μεγέθει τῶν ἡδονῶν ἢ παντὸς τῷ ἀλγύντος ὑπεξάρσις. Nō inquit, παντὸς τῷ ἀλγύντος, sed παντὸς τῷ ἀλγεῖν ὑ dice-  
te oportuit. Detractio enim significanda est doloris inquit, non dolentis. Nimis minute, ac propè etiam subfrigide Plutarchus in Epicuro accusando λέγεις τηρεῖ. has enim curas uocum, uerborumq; elegan-  
tias, non modo non sectatur Epicurus, sed etiam insectatur.

Quid sint fauissæ capitoline, & quid super eo uerbo M. Varro. S. Sulpitio quærenti rescripserit.

Cap. X.

Eruius Sulpitius iuris civilis author, uir bene literatus, scripsit ad. M. Varronem, rogauitq; ut rescriberet, quid significaret uerbū, quod in censorijs libris scriptum esset. id erat uerbum fauissæ capitoline. Varro rescripsit, in memoria sibi esse, quod Q. Catulus curator restituēdi capitolij dixisset. Voluisse se aream capitulinam deprimere, ut pluribus gradibus in eandem conscenderetur. Suggestusq; pro fastigij magnitudine altior fieret: sed facere id non quisse, quoniam fauissæ impedissent. Id esse cellas quasdā & cisternas, quæ in area sub terra essent: ubi reponi solerent signa uetera, quæ ex eo templo collapsa essent, & alia quædam religiose donarijs consecratis. At deinde eadē epistola negat quidē se in literis inuenisse, cur fauissæ dictæ sint. Sed Q. Valerij Soranū solitum dicere ait, quos

A. GEL.

thesauros graeco nomine appellaremus, priscos latinos flauissas dixisse: quod in eos non rude aes, argentumq; , sed flata, signataq; pecunia conderetur. Coniectare igitur se, detractam esse ex eo uerbo secundam literam, & flauissas esse dictas cellas quasdam & specus, quibus aeditui capitolini uterentur ad custodiendas res ueteres religiosas.

De Sicinio Dentato egregio bellatore multa memoratu digna. Caput XI.

Vcium Sicinium dentatum, qui trib. pl. fuit  
 l Sp. Tarpeo Au. Thermo COSS. scriptum est in libris annalium, plus quam credi debeat, strenuum bellatorem fuisse. Nomenq; ei factum ob ingentem fortitudinem, appellatumq; esse Achillem Romanum. Is pugnasse in hostem dicitur centum et. xx. praелиjs. Cicatricem auersam nullam, aduersas quinque & XL. tulisse. Coronis esse donatum aureis octo. Obsidionali, una. Muralibus tribus. Ciuicis. XIII. Torquibus tribus & LXXX. Armillis plus centum LX. hastis duodeuiginti. Phaleris item donatus est quinque uiciesq; . populi militaria dona habuit multitudine, in his prouocatoria pleraq;. Triumphauit cum Imperatoribus suis triumphos nouem.

Considerata, perpensaq; lex quaedam Solonis speciem habens primore iniquae, iniustaeq; legis, sed ad usum, & emolumentum salubritatis penitus reprobata. Caput XII.



*N* legibus Solonis illis antiquissimis, quae  
i Athenis axibus ligneis incisae sunt: quasque  
latas ab eo Athenienses, ut sempiternae ma-  
nerent: poenis, & religionibus sanxerunt: legem esse  
Aristoteles refert scriptam ad hanc sententiam. Si ob  
discordiam, dissensionemque seditio, atque dissessio popu-  
li in duas partes fieret: & ob eam causam irritatis  
animis utrinque arma caperentur: pugnareturque, tum  
qui in eo tempore, in eoque casu civilis discordiae, non  
alterutra parte sese adiunxerit: sed solitarius sepa-  
ratusque a communi malo civitatis secesserit: is domo,  
patria, fortunisque omnibus careto, exul extorrisque e-  
sto. Cum hanc legem Solonis singulari sapientia praedi-  
diti legissemus: tenuit nos grauis quaedam in prin-  
cipio admiratio, requirentes quam ob causam dignos  
esse poena existimarit: qui se procul a seditione, et ci-  
uili pugna remouissent. Tum qui penitus, atque alte-  
rtrum, ac sententiam legis inspexerat: non ad augen-  
dam, sed ad desinendam seditionem, legem hanc esse  
dicebat: & res prorsum se sic habent. Nam si boni ho-  
mines, qui in principio coercendae seditionis impa-  
res fuerint: populumque percitum: & amentem non de-  
terruerint: ad alterutram partem diuisi sese adiun-  
xerint: tum eueniet, ut cum socij partis seorsum ut-  
riusque fuerint, eoque partes ab ijs, ut maioris autho-  
ritatis uiris, temperari, ac regi coeperint: concordia  
per eos potissimum restitui, conciliarique possit: dum &  
suos, apud quos sunt, regunt: atque mitificant: & ad-  
uersarios seruatos magis cupiunt, quam perditos. Hoc  
idem Phauorinus philosophus inter fratres quoque, aut

amicos dissidentes oportere fieri censebat: ut qui in medio sunt utriusque partis beneuoli: si in concordia amittenda parum auctoritatis, quasi ambigui amici habuerint: tum alter in alteram partem discedant. Ac per id meritum uiam sibi ad utriusque concordiam muniant. Nunc autem plerique inquit, partis utriusque amici, quæ si probe faciant: duos litigantes destituunt: et relinquunt, deduntque eos aduocatis maleuolis, aut auariss, qui lites, animasque eorum inflament, aut odij studio, aut lucri.

Liberos in multitudinis numero etiam unum filium filiamue ueteres dixisse. Caput XIII.

Antiqui oratores, historiæque, aut carminum scriptores etiam unum filium, filiamue, liberos multitudinis numero appellarunt. Id quoque nos cum in complurium ueterum libris scriptum aliquoties aduerteremus: nunc quoque in libro Sempronij Asellionis rerum gestarum quinto, ita positum esse ostendimus. Is Asellio sub P. Scipione Africano tri. militum ad Numantiam fuit: resque eas, quibus gerendis ipse interfuit: conscripsit. Eius uerba de Tib. Graccho trib. ple. quo in tempore interfectus in capitolio est: hæc sunt. Nam Gracchus domo cum proficisceretur, nunquam minus terna, aut quaterna millia hominum sequebantur, atque inde infra de eodem Graccho ita scripsit. Orare coepit, ut se defenderent, liberosque suos, eum, quem uirilis sexus tum in eo tempore habebat, produci iussit: populoque commē-

clauit propè flens.

Quod M. Cato in libro, qui inscriptus est contra Tib. exulem, stitisses uadimonium per i literam dicit, non stetisses. Eiusq; uerbi ratio reddita.

Caput

XIIII.

In libro uetere M. Cat. qui inscribitur contra Tiberium exulem, scriptum quidem sic erat. Quid si uadimonium capite obuoluto stitisses? Recte ille stitisses scripsit. Sed falsi, & audaces emendatores e scripto per libros stetisses fecerunt, tanquam stitisses uanum, & nihili uerbum esset. quin potius ipsi nequam, & nihili sunt: qui ignorant stitisses dictum à Catone, quoniam sisteretur uadimonium, non staretur.

Quod antiquitus ætati senectæ potissimum habiti sint ampli honores, & cur postea ad maritos, & patres ydem isti honores delati sint: atq; ibi quædam de capite legis Iulie. VII. Caput XV.

Pud antiquissimos Romanorum neq; generi, neque pecuniæ præstantior honos tribui quàm ætati solitus. Maioresq; natu à minoribus colebantur, ad Deum propè, & parentum uicem. Atque in omni loco, inq; omni specie honoris priores potioresq; habiti à conuiuio quoque, ut scriptum est in antiquitatibus, seniores à minoribus domum reducebantur. eumq; morem accepisse Romanos à Lacedæmonijs traditum est, apud quos Lycurgus

A. GEL.

legibus maior rerum omnium honos maiori ætati habebatur. Sed postquam soboles civitati necessaria iussa est: & ad prolem populi frequentandam præmijs, atq; inuitamentis usus fuit: tum antelati quibusdam in rebus, qui uxorem, quiq; liberos haberent, senioribus neq; liberos, neq; uxores habentibus. Sicuti capite. VII. legis Iulie priori ex consulibus fasces sumendi potestas sit: non qui plures annos natus est: sed qui plures liberos quam collega, aut in sua potestate habet, aut bello amisit. Sed si par utriq; numerus liberorum est: maritus, aut qui in numero maritorum est, præfertur. Si uero ambo & mariti, & patres totidem liberorum sunt: tum ille pristinus honos instauratus, & qui maior natus est, prior fasces sumit. Super is autem, qui aut cœlibes ambo sunt: aut parem numerum filiorum habent: aut mariti sunt, & liberos non habent: nihil scriptum in lege de ea ætate est. Solitos tamen audio, qui lege potiores essent, fasces primi mensis collegis concedere, aut longe ætate prioribus, aut nobilioribus multo, aut secundum consulum ineuntibus.

Quod Cællius Vindex a' Sulpitio Appollinari reprehensus est in sensus Virgiliani enarratione.

Caput

XVI.

Virgilij uersus sunt e' libro sexto.

Ille uidet pura iuuenis qui nititur hasta:

Proxima sorte tenet lucis loca. primus ad au-

A etherias italo commistus sanguine, surget (ras

S ylius albarum nomen tua posthuma proles:

Quem tibi longæuo serum Lavinia coniux

Educet

- » Educet Syluis regem, regumq; parentem.
- » Vnde genus longa nostrum dominabitur Alba.
- » Videbantur hæc nequaquam conuenire Tua posthuma proles. &
- » Quem tibi longæuo serum Lauinia coniux
- » Educet Syluis regem. Nam si hic Syluius, ut in omnium ferme annalium monumentis scriptum est: post mortem patris natus est: ob eamq; causam præ nomen ei impositum hoc fuit: qua ratione subiectum
- » Quem tibi longæuo serum Lauinia coniux (est.
- » Educet Syluis? Hæc enim uerba significare uideri possunt Aenea uiuo, ac iam sene, natum ei Syluium, & educatum. Itaq; hanc sententiam esse uerborum istorum Cesellius opinatus in commentario lectionum antiquarum, posthuma inquit, proles non eum significat, qui patre mortuo, sed qui postremo loco natus est: sicuti Syluius, qui Aenea iam sene tardo, seroq; partu est editus. Sed huius historiae authorem nullum idoneum nominat. Syluium autem post Aeneæ mortem, sicuti diximus, natum multi tradiderunt. Icarco Apollinaris Sulpitius inter cætera, in quibus Cesellium reprehendit: hoc quoq; eius quasi erratum animaduertit. Errorisq; istius hanc esse causam dixit, quod scriptum ita sit. Quem tibi longæuo, inquit, non seni. Significatio enim est contra historiae fidem, sed in longum iam æuam, & perpetuum recepto immortalisq; facto. Anchises enim, qui hæc dicit ad filium, sciebat eum, cum hominum uita discessisset: immortalem Indigetem futurum, & longo perpetuoq; æuo potiturum. Hoc sane Apollinaris ar-

gute. Sed alium tamen est longum æuū, aliud perpetuum. Neque dii longæui appellantur, sed immortales.

Cuiusmodi naturam esse quarundam præpositionum M. Cicero animaduertit: disceptatumq; ibi super eo ipso, quod Cicero obseruauerat.

## Caput

## XVII.

o Obseruate, curiosèq; animaduertit M. Tullius in, & con præpositiones uerbis, aut uocabulis præpositas, tunc produci, atque protendi, cum literæ sequerentur, quæ primæ sunt in sapiente, atque felice. In alijs autem omnibus correpte promittiari. Verba Ciceronis hæc sunt. Quid uero hoc elegantius, quod non fit natura, sed quodam instituto? Inclytus dicimus breui prima litera, insanus producta, inhumanus breui, infelix longa. Et ne multis, quibus in uerbis eæ primæ literæ sunt: quæ in sapiente, atque felice, producte dicuntur: in ceteris uero omnibus breuiter. Itemq; composuit, consueuit, concrepuit, confecit, consule ueritatem, reprehendet: refer ad aureis, probabunt. Quære cur ita sit? dicent, probe se iuuari. uoluptati autem aurium morigerari debet oratio. Manifesta quidem ratio suauitatis est in ijs uocibus: de quibus Cicero locutus est: sed quid dicemus de propositione pro? quæ cum producat, & corripit soleat: obseruationem hanc tamen M. Tullij aspernata est. Non enim semper producit, cum sequitur ea litera, quæ prima est in uerbo fecit: quam Cicero hæc habere uim significat, ut propter eam rem, in & con, præpositiones producantur. Nam

tur. Nam proficisci, & profundere, & profugere, & profanum, & profestum correpte dicimus: proferre autem, & profigare, & proficere, producte. cur igitur ea litera, quam Cicero productionis causam facere obseruauit: non in omnibus consimilibus eandem uim aut rationis, aut suauitatis tenet? sed aliam uocem produci facit, aliam corripit? Neque uero con particula, tum solum producit, cum ea litera, de qua Cicero dicit: insequitur. Nam & Cato & Salustius scenoribus inquitur coopertus est. Propterea colligatus, & connexus producte dicuntur. Sed tamen uideri potest in ijs, quæ posui, ob eam causam particula hæc produci: quoniam eliditur ex ea n litera. Nam detrimentum literæ productione syllabæ compensatur. Quod quidem etiam in eo seruatur, quod est cogo. Neque repugnat, quod cœgi & correpte dicimus. Non enim salua *οὐραπίσσει* dicitur à uerbo, quod est cogo.

Quod Phædon Socraticus seruus fuit, quodq; item alij complusculi seruitutem seruierunt.

Caput

XVIII.

**P**hædon elidensis ex cohorte illa socratica fuit: Socraticq; & Platoni persuit familiaris. Eius nomini Plato illum librum diuinum de immortalitate animæ dedit.

Is Phædon seruus fuit, forma, atque ingenio liberali, & ut quidam scripserunt: à lenone domino puer ad merendum coactus. Eum Cebes

A. G E L.

Socraticus hortante Socrate emisse dicitur: habuisseq; in philosophia disciplinis. Atq; is postea philosophus illustris fuit. Sermonesq; eius de Socrate admodum elegantes leguntur. Alij quoq; non pauci serui fuerunt: qui post philosophi clari extiterunt. Ex quibus ille Menippus fuit: cuius libros M. Var. in satyris æmulatus est: quas alij cynicas, ipse appellat menippeas. Sed & Theophrasti peripatetici seruus Pompilius, & Zenonis stoici seruus, qui Perseus uocatus est: & Epicuri, cui nomen Mus fuit: philosophi non incelebres uixerunt. Diogenes etiã Cynicus seruitutem seruauit: sed is ex libertate in seruitutem uenium ierat. quem cum emere uellet Xenocrates Corinthius: & quid id artificij nouisset percunctatus foret: Noui inquit Diogenes hominibus liberis imperare. Tum Xenocrates responsum eiusdẽ miratus emit: & manumisit, filiosq; suos ei tradens, accipe inquit, liberos meos, quibus imperes. De Epicteto autem philosopho nobili, quod is quoq; seruus fuit: recentior est memoria, quã ut scribi, quasi oblitteratum debuerit. Eius Epicteti etiam de se scripti duo uersus feruntur: ex quibus latenter intelligas: non omnem modo dijs exosos esse: qui in hac uita cum erummarum uarietate luctantur: sed esse arcanas causas, ad quas paucorum potuit peruenire curiositas.

δύλος ἐπίτητος γενόμενος καὶ σώματι πηρὸς,  
καὶ πενίην ἴσος. καὶ φίλος ἀθανάτοις.

Rescire uerbum quid sit, & quã habeat ueram, et propriam significationem. Cap. XIX.

Verbum



u *Verbum rescire obseruauimus uim habere propriam quandam, non ex communi significatione ceterorum uerborum, quibus eadem præpositio, re, imponitur. Neq; ut rescribere, relegere, restituere, dicimus itidem rescire. Nam qui factum aliquod occultius, aut inopinatum, insperatumq; cognoscit: is dicitur proprie rescire. Cur autem in hoc uno uerbo, re, particula huius sententiæ uim habeat: equidem adhuc quæro. Aliter enim dictum esse resciri, aut rescire apud eos, qui diligenter locuti sunt, nondum inuenimus: quàm super his rebus, quæ aut occulto consilio latuerint: aut contra spem, opinionem uel usu uenerint. quanquam ipsum scire de omnibus communiter rebus dicatur, uel aduersis, uel prosperis, uel insperatis, uel expectatis. Neuius in triphalio ita scripsit.*

» *Si unquam quicquam filium resciuero*

» *Argentum amoris causa sumpsisse mutuum:*

» *Ex templo illo te ducam, ubi non despuas.*

*Claudius Quadrigarius in primo annali.*

*Ea*

» *Lucani ubi rescauerunt sibi per fallacias uerba data esse.*

» *Item Quadrigarius in eodem libro in re tristi, & inopinata, uerbo isto ita utitur. Id ubi*

» *rescauerunt propinqui obsidum, quos Pontio traditos supra demonstrauimus: eorum parentes cum pro-*

» *pinquis capillo passo in uiam prouolarunt. M. Cato*

» *in quarto originum. Deinde dictator iubet postridie*

» *magistrum equitum arcessi. Mittam te, si uis, cum e-*

» *quitibus. Sero est inquit, magister equitum, iam re-*

» *sciuere.*

Quæ vulgo dicuntur *uiuaria* id uocabulum ueteres non dixisse, & quid pro eo P. Scipio in oratione ad populum, quid postea M. Var. in libris de re rustica dixerit, usurpatum. Cap. XX.

*Iuaria*, quæ nunc dicuntur septa quædam loca, in quibus feræ uiuæ pascuntur: M. Var. in lib. de re rustica. iij. dicit leporaria appellari. Verba Var. subiecti. Villaticæ pascionis genera sunt tria, ornithones, leporaria, piscinæ. Nunc ornithones dico omnium alitum, quæ intra parietes uillæ solent pasci. Leporaria te accipere uolo, non ea quæ tritani nostri dicebant, ubi soli lepores sint: sed omnia septa ædificia uillæ, quæ sunt, & habent inclusa animalia, quæ pascuntur. is item infra in eodẽ lib. ita scribit. Cum emisti fundum Thusulanum à M. Pisone, in leporario apri fueremulti. *uiuaria* autem quæ nunc uulgus dicit, sunt, quos *παρὰ δειῶν* græci appellant: quæ autem leporaria Var. dicit, haud usquam memini apud uetustiores scriptum. Sed quod apud Scipionem omnium ætatis suæ purissime locutum legimus: roboraria aliquot Romæ doctos uiros dicere audiui id significare, quod nos *uiuaria* dicimus. Appellatâq; esse à tabulis roboreis, quibus septa essent: quod genus septorum uidimus in Italia locis plerisque. Verba ex oratione eius contra Clau. Asellium quinta hæc sunt. Vbi agros optime cultos, & uillas expolitissimas uidisset: in his regionibus excelssimo locorum murum statuere dicebat. inde corrigere uiam, alijs per uineas medias, alijs per roborarium,

rium, atque piscinam, alijs per uillam. Lacus uero  
 & stagna, quæ piscibus uiuis coercentur clausa:  
 suo atque proprio nomine piscinas nominauerunt.  
 Apiaria quoque uulgus dicit loca, in quibus siti aluei  
 apum. sed neminem eorum ferme, qui incorrupte lo-  
 cuti sunt: aut scripsisse memini, aut dixisse. M. autem  
 Var. de re rustica. ij. μελιωρες, ut ἀμπελωρες.  
 idest ἀφρωρες inquit, ita facere oportet: quæ qui-  
 dem mellaria appellabāt. Sed hoc uerbum, quo Var.  
 usus est, græcum est: nam μελιωρες ita dicuntur.

Super eo sydere, quod græci ἀμαξαρ, nos septem-  
 triones uocamus, ac de utriusq; uocabuli ratione &  
 origine.

Cap. XXI.

B Aegina in Piræum complusculi eardē  
 disciplinarum sectatores græci Romaniq;  
 homines eadem in nauī transmittēbamur.  
 nox fuit, & clemens mare, & anni æstas, coelumq;  
 liquide serenum. sedebamus ergo in puppi simul uni-  
 uersi, & lucentia sydera considerabamus. Tum quis-  
 piam ex ijs, qui eodem in numero græcis res eruditi  
 erant: quid ἀμαξα esset, quid ἀρπτος, quid βωρτος,  
 & quæ nam maior ἀρπτος, & quæ minor, & cur  
 ita appellata, & quam in partem procedentis noctis  
 spatium mouerentur: & quamobrem Homerus solam  
 eam non occidere dicat: cum & quedā alia scite, tum  
 ista omnia, ac perite differebat. hic ego ad nostros iu-  
 uenes cōuertor. et quid inquam uos opici dicitis mihi?  
 quare quod ἀμαξαρ græci uocant: nos septentrio-

nes uocamus. Non enim satis est, quod. VII. stellas uidemus: siquidem hoc totum, quod septentriones dicimus, significet. Scire inquam id prolixius uolo. Tum quispiam ex ijs, qui se ad literas, memoriasq; ueteres dediderat: vulgus inquit, grammaticorum septentriones a solo numero stellarum dictum putat. Triones enim per sese nihil significare aiunt: sed uocabuli esse supplementum: sicut in eo, quod quinquatrus dicimus, quod quinq; ab idibus dierum numerus sit, atrus nihil. sed ego quidem cum Lælio, et M. Varro sentio: qui triones rustico uocabulo boues appellatos scribunt, quasi quosdam teriones, hoc est arandæ, colendæq; terræ idoneos. Itaq; hoc sydus, quod a figura, posituraq; ipsa, quia simile plaustrum uideatur, antiqui græcorum ἀμαξαρ dixerunt: nostri quoq; ueteres a bubus iunctis septentriones appellarunt, idest a septem stellis, ex quibus quasi iuncti triones figurantur. Præter hanc inquit, opinionem id quoq; Varro addit, dubitare sese, an propterea magis hæ septem stellæ trionis appellatæ sint, quia ita sunt sitæ, ut ternæ stellæ proximæ, quæq; inter sese faciant trigona. idest triquetras figuras. Ex his duabus rationibus, quas ille dixit: quod posterius est, subtilius, elegantiusq; uisum est. Intuentibus enim nobis in illud, ita propemodum res erat: ut ea forma esset, ut triquetra uideretur.

De uento iapige, deq; aliorum uentorum uocabulis, regionibusq; accepta a Phaurini sermonibus.

Caput

XXII.

Apud

Pud mensam Phauorini in conuiuio fami-  
 liari legi solitum erat aut uetus carmen me-  
 lica poetæ, aut historia partim græcæ lin-  
 guæ, aliàs latine. Legebatur ergo tunc ibi in carmi-  
 ne latino ἰδριξ uentus, quæsitumq; est, quis hic uen-  
 tus, & quibus ex locis spiraret: & quæ tam infre-  
 quentis uocabuli ratio esset. Atq; etiam petebamus, ut  
 super cæterorum nominibus regionibusq; ipse nos  
 docere uellet: quia uulgo, neq; de appellationibus eo-  
 rum, neq; de finibus, neq; de numero conueniret. Tum  
 Phauorinus ita fabulatus est. Satis inquit, notum est,  
 limites regionesq; esse cæli quatuor, exortum, occi-  
 sum, meridiem, septentrionem: Exortus & occasus mo-  
 bilia, & uaria sunt. Meridies septentrionesq; statu per-  
 petuo stant, & manent. Oritur enim sol non indi-  
 dem semper, sed aut æquinoctialis oriens dicitur, cū  
 in circulo currit, qui appellatur ἰσοϋκτιος, aut οἰ-  
 μεριδός, aut solstitialis, aut brumalis, quæ sunt περι-  
 τὰ τροπὰ καὶ χειμεριὰ. Item cadit sol non in eun-  
 dem semper locum: fit enim similiter occasus eius  
 aut æquinoctialis, aut solstitialis, aut brumalis. Qui  
 uentus igitur ab oriente uerno idest æquinoctiali ue-  
 nit, nominatur Eurus ficto uocabulo, ut isti ἔτυ μολο-  
 γικοὶ αἰοῦντ ἀπὸ τῆς ἑω ρέων. Is alio quoq; à græcis  
 nomine ἀπλιώτις, à Romanis nauticis subsola-  
 nus cognominatur. Sed qui ab æstiva, & solstitiali  
 orientis meta uenit: latine aquilo, boreas græce dici-  
 tur, eumq; propterea quidam dicunt ab Homero αἰρ-  
 θινενέτην appellatū. Boream autem, putant dictum  
 ἀπὸ τῆς βοῆς, quoniam sit uolenti flatus & sonori.

A. GEL.

Tertius uentus, qui ab oriente hyberno spirat: vulturnum Romani uocant. Eum pleriq; græci misto nomine, quod inter notum & eurum sit, ἀρόροτος appellat. Hi sunt igitur tres uenti orientales; Aquilo, Vulturnus, Eurus, quorum medius eurus est. His oppositi & contrarij sunt alij tres occidentii, Caurus, quem solent græci ἀπρίων uocare. is aduersus aquilonem flat. Item alter Fauonius, qui græce uocatur ζέφυρος. is aduersus Eurus flat. Tertius Africus, qui græce uocatur ἀΐψ. is aduersus Vulturnum flat. Eæ duæ regiones cœli orientis, occidentisq; inter sese aduersæ sex habere uentos uidentur. Meridies autem quoniam certo, atq; fixo limite est: unum meridionalem uentum habet. Is latine auster, græce ῥότος nominatur, quoniam est nebulosus, atq; humectus, ῥοτὶς enim græce humor nominatur. Septentriones autem habent ob eandem causam unum. Is obiectus, directusq; in austrum latine septentrionarius, græce ἀπάρκτιος appellatus. Ex his octo uentis alij quatuor detrahunt uentos, atq; id facere se dicunt. Homero authore, qui solos quatuor uentos nouerit: Eurus, Austrum, Aquilonem, Fauonium. Versus Homeri sunt. οὐν δ' ἄρος τ' ἔπειε ζέφυρός τε νότος τὲ δ' ἄψ· καὶ βορέης ἀπρηγέτης μέγα κῦμα κυλίῳδων

A' quatuor cœli partibus, quas quasi primas nominamus, oriente scilicet, atq; occidente latioribus, atq; simplicibus non tripartitis: partim autem sunt, qui pro octo XII. faciunt inter hos quatuor in media loca inferentes, cur meridie septentriones eadem ratione, qua secundi quatuor intersiti sunt inter pri-

mores duos apud orientem, occidentemq; sunt por-  
 ro alia quedam nomina quasi peculiarium uento-  
 rum, quæ incolæ in suis quisq; regionibus fecerunt,  
 aut ex locorum uocabulis, in quibus colunt ex ali-  
 qua causa, quæ ad faciendum uocabulum acciderat.  
 Nostri nanq; Galli uentum ex sua terra flantem, quem  
 sæuissimum patiuntur: circium appellant, à turbine  
 (opinor) eius, ac uertigine. ἰάπιρα ex ipsius Appu-  
 liæ oræ proficiscentem, quasi finibus Appuliæ eodē,  
 quo ipse nomine iapigem dicunt. eum esse prope mo-  
 dum caurum existimo. Nam Ἔ est occidentalis, Ἔ  
 uidetur aduersus Eurū flare. Itaq; Virgilius Cleopa-  
 17) tram è nauali prælio in Aegyptum fugientem uen-  
 2) to iapige ferri ait. equum quoq; Appulum eodem,  
 quo uentum uocabulo, iapigem appellauit. est etiam  
 uentus nomine cæcias, quem Aristoteles ita flare di-  
 cit ut nubes procul propellat: sed ut ad sese uocet, ex  
 quo uersum istum prouerbiale factum ait,  
 κακὰ ἴφ' ἑαυτὸν ἔλκων ὡς ὁ κακίας νέφος. Præter hos  
 autem, quos dixi, sunt alij plurifariam uenti com-  
 menticij suæ quisque regionis indigenæ, ut est Ora-  
 tianus quoque ille Atabulus, quos ipse quoq; execu-  
 turus fui. Addidissimq; eos, qui Etesiae Ἔ Prodro-  
 mi appellantur: qui certo tempore anni, cum canis  
 oritur: ex alia atque alia parte cæli spirant: ratio-  
 nesq; omnium uocabulorum, quia plus paulo adhi-  
 bi: effudissem: nisi multa iam prorsus omnibus uo-  
 bis reticentibus uerba fecissem, quasi fieret à  
 me ἀκρόασις ἐπιδεικτικὴ. In conuiuio  
 autem frequenti loqui solum unum, neque hone-

A. GEL.

stum est inquit, neq; commodum. Hæc nobis Phauori-  
 nus in eo, quo dixi, tempore, apud mensam suã sum-  
 ma cum elegantia uerborum, totiusq; sermonis comi-  
 tate, atq; gratia denarravit. Sed quod ait uentum, quã  
 ex terra gallia flaret: circium appellari. M. Cato in  
 libro originum eum uentum cercium dicit non cir-  
 cium. Nam cum de hispanis alpinis scriberet: qui ci-  
 » tra hiberum colunt, uerba hæc posuit. Sed in his.  
 » regionibus ferrariæ argentifodinæ pulcherrimæ.  
 » Mons ex sale mero magnus. quantum demas, tantum  
 » accrescit. Ventus cercius, cũ loquere, buccam implet,  
 » Armatum hominem, plaustrum oneratum percellit.  
 Quod supra autem dixi ἐπιτοίῃς. ex alia & alia  
 parte cœli flare, haud scio an secutus opinionem mul-  
 torum temere dixerim. P. Nigidij in secundo libro-  
 rum, quos de uento composuit: uerba hæc sunt.

» & austri anniuersarij secundo sole flant. Consyde-  
 randum igitur est, quid sit secundo sole.

Consultatio diiudicatioq; locorum facta ex comœ-  
 dia Menandri, & Cæciliij, quæ Plotium inscripta est.

Caput

XXIII.

Comœdias lectitamus nostrorum poetarum  
 c sumptas, ac uersas de grecis Menandro, ac  
 Posidio, aut Apollodoro, aut Alexide, et qui-  
 busdam item alijs comicis. Atqui cum legimus eas ni-  
 hil sane displicent, quin lepide quoq; & uenuste scri-  
 ptæ uideantur. prorsus ut melius posse fieri nihil cen-  
 seas. etenim si conferas, & componas græcæ ipsa, un-



de illa uenerunt: ac singula considerate, atq; apte iun-  
ctis, & alternis lectionibus committas: oppido quàm  
iacere, atque sordere incipiunt, quæ latina sunt. Ita  
græcarum, quas æmulari nequiverunt, facetijs atque  
luminibus obsolescunt. Nuper adco usus huius rei no-  
bis uenit, Cæciliij Plotium legebamus. haudquaquam  
mihi, & qui aderant, displicebat. Libitum est Me-  
nandri quoque Plotium legere, a quo istam comædi-  
am uerterat. Sed enim postquam in manus Menan-  
der uenit: a principio statim (dij boni) quantum stupe-  
re, atque frigere, quantumq; nutare à Menandro Cæ-  
cilius uisus est. Diomedis hercle arma, & Glauci non  
dispari magis pretio æstimata sunt. Accesserat dehinc  
lectio ad eum locum, in quo maritus senex super uxo-  
re diuise, atque de formi querebatur: quod ancillam  
suam non inscito puellam ministerio, & facie non il-  
liberali coactus erat uenundare, suspectam uxori  
quasi pellicem. Nihil dicam ego quantum differat uer-  
sus utriusq; eximius: sit & alijs ad iudicium facien-  
dum exponi. Menander sic.

ἔπ' ἀμροτέρων ἴν' ἐπίκληρος ἢ μέλλεν κεραιδῆσειν  
κετεργάσσα μίγα, κῶς περιβόητον ἔργον  
ἐκ τῆς οἰκίας ἐξέβαλε πλὴν λυπῶσαν, ἣν βύλετο.  
ἴν' ἐπιβλέπωσι πάντες εἰς τὸ κρεωβύλης πρόσωπον.  
ἢ γ' οὐγνωστος εἶχέμε γυνὴν δέσποιναν.  
κῶς πλὴν ὄψιν ὦν ἐκτίσαστο ὄνος ἐν πιθήκοις  
τὶ τὸ λεγόμενον ὅτι δὴ τὸ σιωπᾶν βέλομαι.  
πλὴν νύκτα πλὴν πολλῶν κεραιῶν ἀρχηγόν.  
οἱ μοι κρεωβύλην λαβεῖν ἐμέ, κῶς δέ κ' ἐτάλαντα,  
γύναιον ὅσα πηχίως. εἴ τ' ὅτι τὸ φρύαγμα.

A. GEL

εἶπὼς ἀνυπόστατον διὰ τὸν ὀλύμπιον

καὶ ἀθηνᾶν ἑδάμῳ παιδικάριον, θεραπευτικὸν δὲ  
λόγῳ, τάχιον ἀπαγέσθω δέ τις ἢ ἄρ' ἀντισταγάγοι.

*Cæcilius autem sic.*

- » Senex is demum miser est, qui erumnam suam neque
- » occultare. ferre ita me uxor forma, et factis facit.
- » Si taceam, tamen indicium, quæ nisi dotem, omnia
- » Quæ nolis, habet: qui sapit de me discet, qui quasi
- » Ab hoste captus libere seruius, salua urbe, atque arce.
- » Quæ mihi quicquid placet, eo priuatū, uim me seruatuū?
- » Dum eius mortem inhiō: egomet uiuo mortuus
- » Inter uiuos. Ea me, clam se, cum mea ancilla ait,
- » Consuetum, id me arguit, ita plorando, orando,
- » Instando, atque obiurgando me obtudit: uti eam
- » Venundarem: nunc credo inter suas æquales,
- » Et cognatas sermonem ferit. Quæ nostrarum fuit
- » Integra ætatula: quæ hoc itidem à uiro
- » Impetrarit suo, quod ego annis modo
- » Effeci, pellice ut meum priuarem uirum?
- » Hæc erunt concilia hodie: differor sermone miser.

Præter uenustatem autem rerum, atque uerborum, in  
duobus libris nequaquam parem, in hoc equidem so-  
leo animum attendere, quod quæ Menander præcla-  
re, et apposite, et facete scripsit: ea Cæcilius nequa-  
quam potuit, et quidem conatus, enarrare. Sed quasi  
minime probanda prætermisit, et alia nescio quasi  
mimicæ inculcauit: et illud Menandri de uita homi-  
num media sumptum, simplex, et uerum, et dele-  
ctabile, nescio quo pacto omisit. Idem enim ille ma-  
ritus senex cum altero sene uicino colloquens, et

uxoris locupletis superbiam deprecans, hæc ait.

ἔχω δ' ἐπίκληρον λαμίαν ὅκ' εἶρηξέ σοι.

τὸ τ' ὅχι κυρίαν τῆς οἰκίας. καὶ τῶν ἀγρῶν.

καὶ πάντων ἀντ' ἐκείνης ἔχομεν ἀπ' ὅλων χαλεπῶν.

καλεπώτατον. ἀπασι δ' ἀργαλία δὲν ὅχ' ἐμοὶ μόνω,

ἢ ὧ πολὺ μᾶλλον θυγατρὶ πρᾶγμα

ἄμαχον λέγεις ὧ οἶδα

Cæcilius uero hoc in loco ridiculus magis quã persone ista, quam tractabat: aptus atq; conueniens uideri maluit. sic enim hæc corripit.

» Sed tua morosa ne uxor quæso est? Quam rogas?

» Qui tandem? Tædet mentionis, quæ mihi, ubi domũ

» Adueni, ac sedi, extemplo suauium datur. ieiunia aĩa?

» Nihil peccat de suauio, ut deuomas uolt, quod foris

» putaueris.

Quid de illo quoq; loco in utraq; comœdia posito æste mari debeat: manifestum est. Cuius loci hæc fermè sententia. Filia hominis pauperis in puiugio uitiata est.

Ea res clam patre fuit: Et habebatur pro uirgine: ex eo uitio grauida mensibus exactis parturit. Seruus bonæ frugi, cum pro foribus domus staret: Et propinquare partum herili filiæ, atq; omnino uitium esse oblatum ignoraret: gemitum, et ploratum audit puellæ in puerperio enitentis. timet: irascitur: suspicatur: miseretur: dolet. Hi omnes motus eius, affectionesq; animi in græca quidem comœdia mirabiliter acres, Et illustres, apud Cæcilium autem pigra hæc omnia Et a rerum dignitate, atque gratia uacua sunt. Post ubi idem seruus percunctando quid acciderat, repperit: has apud Menandrum uoces facit.

A. GEL.

ὦ τοῖς κτηνοδαίμων ὅς τις ὦν πένης γὰρ  
 καὶ παιδοποιεῖ ἰὼς ἀλόγιστος ἔσ' ἀνὴρ.  
 ὅς μήτε φυλακὴν τῶν ἀναγκαίων ἔχη.  
 οἱ μὴτ' ἀνατρεχέσθαι εἰς τὰ κοινὰ τὸ βίβ.  
 ἔπαμφίεσθαι δύναται τὸτο χρέμασιν.  
 ἀλλ' ἐν ἀνακτακύνπῳ καὶ ταλαιπώρῳ βίβ,  
 χειμαζόμενος ζητῶν μὲν ἀνιάρθον δ' ἔχων ἄ μέρος,  
 ἅ πάντων ἀγαθῶν ἔδυνάμενος.  
 ἢ πῆρ γὰρ ἐνὸς ἀλεγειῶν ἅπαντας νεθετῶ.

Ad horum autem sinceritatem ueritatemq; uerborū,  
 an aspirauerit Cæcilius consideremus.

Versus sunt hi Cæciliū, trunca quedam ex Menædro  
 dicentis, & consarcinantis uerba tragici tumoris.

- » Is demum infortunatus est homo pauper:
- » Qui educit in egestate liberos: cui fortuna
- » Et res est ut continuo pateat: nam opulento famam
- » Facile occultat factio. Itaq; ut supra dixi, cum hæc  
 Cæciliū uerba seorsum lego, neutiquam uidentur in  
 grata ignauaq; Cum autem græca comparo, & con-  
 tendo, non puto Cæciliū sequi debuisse, quod asse-  
 qui nequiret.

De uetere parsimonia, deq; antiquis legibus sum-  
 ptuarijs. Caput XXIII.

Arsimonia apud ueteres Ro. & uictus, atq;  
 p cœnarum tenuitas non domestica solum ob-  
 seruatione, ac disciplina, sed publica quoq;  
 animaduersione, legumq; complurium sanctioni-  
 bus custodita est. Legi adeo nuper in Capitonis At-  
 tei collectaneis Senatus decretum uetus C. Fannio, &  
M. Valerio

M. Valerio Messala COSS. factum, in quo iubentur principes civitatis, qui ludis megalensibus antiquo ritu mutitarent, id est mutua inter sese conuiuia agerent: iurare apud COSS. uerbis conceptis non amplius in singulas coenas sumptus esse facturos, quam centenos uicenosq; æris, præter olus, & far & uinû, neq; uino alienigena, sed patrio usus, neq; argentû in conuiuio plus pondo, quam libras centum illaturos, sed post id senatusc. lex fannia lata est: quæ ludis romanis, item ludis plebeis, & saturnalibus, & alijs quibusdam diebus in singulos dies centenos æris insumi concessit, decemq; alijs diebus in singulis mensibus tricenos. Cæteris autem omnibus diebus denos. Hanc Lucilius poeta legem signat, cum dicit:

Fannij centussisq; misellos. In quo errauerunt quidam commentariorum in Lucilium scriptores: quod putauerunt fannia lege perpetuos in omne dierum genus centenos æris statutos. Centum enim æris Fannius constituit, sicuti supra dixi, festis quibusdam diebus, eosq; ipsos dies nominauit. Aliorum autem dierum omnium in singulos dies sumptus inclusit intra æris, aliàs tricenos, aliàs denos. Lex deinde Licinia rogata est: quæ cum certis diebus sicuti fannia centenos æris impendi permisisset: nuptijs ducenos indulset: cæterisq; diebus statuit æris tricenos, cum & carnis aridæ & salsamenti certa pondera in singulos dies constituerit. Sed quicquid esset tum e terra, uite, arboreq; , promiscue, atq; indefinite largita est. His ius legis Lælius poeta meminit in erotopæ innijs. Verba Lælij hæc sunt. Quibus hædum, qui ad epu-

f

A. G E L

las fuit allatus, dimissum, coenamq; ita ut lex licinia sanxisset pomis, oleribusq; instructam. Lex licinia inquit, introducitur, lux liquida haedo redditur. Lucilius quoq; legis istius meminit in his uerbis.

Legem uitemus Licini. Postea L. Sylla dictator, cum legibus istis situ, atq; senio oblitteratis pleriq; in patrimonijs amplis belluarentur: & familiam pecuniamq; suam prandiorum gurgitibus proluissent: legem ad populum tulit: qua cautum est, ut calendis, idibus, nonisq;, diebusq; ludorum, & ferijs quibusdam solenibus, HS tricenos in coenam insumere ius potestasq; esset. Caeteris autem alijs diebus omnibus non amplius ternos. Praeter has leges, Aemilia quoq; legem inuenimus: qua lege non sumptus coenarum, sed ciborum genus, & modus praefinitus est. Lex deinde Antia praeter sumptum aeris id etiam sanxit, ut qui magistratus esset: magistratumue capturus esset: nequo ad coenam nisi ad certas personas itaret. Postremo lex Iulia ad populum peruenit Caesare Augusto imperante, qua profestis quidem diebus ducenti finiuntur, Calendis, idibus nonis, & alijs quibusdam festiuis trecenti, nuptijs autem & repotijs HS milies esse. Etiam dicit Capito Attius edictum ne Augusti, an Tiberij Caesaris non satis commemorari, quo edicto per dierum uarias solennitates, a CCC HS ad usque duo milia sumptus coenarum propagatus est: ut his saltem finibus luxuriae efferuescentis aestus coerceretur.

Quid

Quid græci ἀναλογίαν, quid contra ἀνωμαλίαν  
uocent. Cap. XXV.

In latino sermone, sicuti in græco alij ἀνα-  
λογίαν sequendam putauerunt, alij ἀνω-  
μαλίαν. ἀναλογία est similitum similis de-  
clinatio: quam quidam latine proportionem uocant.  
ἀνωμαλία est inæqualitas declinationum consuetudi-  
nem sequens. duo autem græci grammatici illustres  
Aristarchus, & Crates summa ope ille ἀναλογίαν,  
hic ἀνωμαλίαν defensitauit. M. Varronis liber ad  
Ciceronem de lingua latina octauus, nullam esse  
observationem similitum docet. Itaq; in omnibus pe-  
ne uerbis consuetudinem dominari ostendit.

» Sicuti cum dicimus inquit, lupus lupi, probus probi,  
» & lepus leporis. Item paro parui, lauo laui. pun-  
» go pupugi, tundo tutudi, & pingo pinxi. Cumq; inge-  
» a' cæno, & prandeo, & poto, & cænatus sum, &  
» pransus sum, & potus sum dicimus, et astringor, tum  
» & extergor, & lauor, astringi, & extersi, & la-  
» ui dicimus. Item cum dicamus ah osco, thusco, græ-  
» co, osce, thusce, græce. A' gallo tamen & a' Mauro,  
» gallice & maurice dicimus. Item a' probus probe, a'  
» doctus docte, sed a' rarus non dicitur rare, sed alij ra-  
» ro dicunt, alij rarenter. Idem M. Varo in eodem  
» libro. Sentior, inquit, nemo dicit, & id per se nihil  
» est: assentior tamen fere omnes dicunt. Sisenna unus  
» assentio in Senatu dicebat, & eum postea multi secu-  
» ti, neq; tamen uincere cōsuetudinē potuerūt. Sed idē  
» Varro i alijs libris multa pro ἀναλογίᾳ tuēda scripsit.

Sunt igitur hi tanquam loci quidam communes contra ἀναλογία dicere, & item rursus pro ἀναλογία.

Sermones M. Frontonis, Phauorini philosophi de generibus colorum, uocabulisq; eorum graecis, & latinis. Atq; inibi color spadix, & cuiusmodi sit.

Caput

XXVI.

**P**hauorinus philosophus, cum ad M. Frontonem consularem pedibus aegrum uiseret: uoluit me quoq; ad eum secum ire. Ac deinde cum ibi apud Frontonem plerisque uiris doctis praesentibus sermones de coloribus, uocabulisq; eorum agerentur: quod multiplex colorum facies, appellationes autem incertae, & exiguae forent: plura inquit sunt Phauorinus in sensibus oculorum, quam in uerbis, uocibusq; colorum discrimina. Nam ut alias eorum concinnitates omittamus, simplices isti rufi, & uiridis colores singula quidem uocabula, multas autem species differentes habent. Atq; eam uocum inopiam in lingua magis latina uideo, quam in graeca. Quippe qui rufus color a rubore quidem appellatus est. Sed cum aliter rubeat ignis: aliter sanguis: aliter ostrum: aliter crocus: has singulas rufi uarietates latina oratio singulis, proprijsq; uocabulis non demonstrat: omniaq; ista significat una ruboris appellatione. Cum tamen ex ipsis rebus uocabula colorum mutantur. & igneum aliquid dicit, & flammeum, & sanguineum, & croceum, & ostrinum, & aureum. Rufus enim color, & rubor nihil a uocabulo rufi differunt: neq; proprietates eius omnes declarant:

ἐαυθὸς



ἔαρθός τε καὶ πυρρός· καὶ ἐρυθρός· καὶ ποικίλος.

Sed habere quasdam distantias coloris rufi uidentur, uel augentes eum, uel remittentes, uel mista quadam spece temperantes. Tum Fronto ad Phaucrinum nō inficias inquit, imus, quin lingua græca quam tu uidere legisse: prolixior, fustiorq; sit, quàm nostra. Sed in ijs tamen coloribus, quibus modo dixisti, designandis, non perinde inopes sumus, ut tibi uidemur. Non enim hæc sunt sola uocabula rufum colorem demonstrantia, quæ tu modo dixisti, rufus, & ruber: sed alia quoque habemus plura, quam quæ dicta abs te græca sunt. fuluus enim, & flauus, & rubidus, & phoeniceus, & rutilus, & luteus, & spadix appellationes sunt rufi coloris, aut acuentes eum, quasi incendentes, aut cum colore uiridi miscentes, aut nigro infuscantes, aut uirenti sensim albo illuminantes. Nam phoeniceus, quem tu græce ποικίλος dixisti, noster est. & rutilus, & spadix phoenicei οὐρώμια. qui factus græce noster est, exuberantiam splendoremq; significat ruboris. Quales sunt fructus palmæ arboris, non admodum sole incocti, unde spadici & phoenicei nomen est. Spadici enim dorici uocant auulsum e palma termitem cum fructu. Fuluus autem uidetur de rufo, atque uiridi mistus, in alijs plus uiridis, in alijs plus rufi habere. Sic poëta uerborum diligentissimus, fuluam aquilam dicit, & iaspidem. fuluos galeros. & fuluum aurum. & arenam fuluam. & fuluum leonem. Sicq; Ennius in annualibus fuluo ære dixit. Flauus contra uidetur ex uiridi, & rufo, & albo concretus. Sic fluentes co-

A. GEL.

ma, & quod mirari quosdam uideo, frondes olea-  
rum à Virgilio dicuntur flauæ. Sic multo ante Pacu-  
uius aquam flauam dixit, & flauum puluerem. cu-  
ius uersus ( quoniam sunt iucundissimi ) libens com-  
memini.

» Cedo tamen pedē, lymphis flauis flauū ut puluerem.

» Manibus iisdem, quibus Vlyssi sæpe permulsi, abluā:

» Lassitudinemq; minuat manuum mollitudine.

Rubidus autem est rufus atrore & nigrore multo  
mistus. Luteus contra rufus color est dilucidior. Vnde  
eius quoque nomen esse factum uidetur. Non ergo in-  
quit, mi Phauorine species rufi coloris plures apud  
græcos, quàm apud nos nominantur. Sed ne uiridis  
quidem color pluribus, quàm à nobis uocabulis di-  
citur. Neq; non potuit Virg. colorem equi significare  
uiridem uolens. cœruleum magis dicere equum quàm  
glaucum. Sed maluit uerbo uti notiore græco, quàm  
inuisitato latino. Nosiris autem latinis ueteribus cœstia  
dicta est, quæ à græcis γλαυκώπις. ut Nigidius  
ait de colore cœli quasi cœlia. Postq̄ hæc Fronto dixit:  
tum Phauorinus scientiam rerū uberem: uerborumq;  
eius elegantiam exosculatus, absque te inquit, uno for-  
sitan lingua profecto græca longe anteisset. Sed tu mē  
Fronto quod in uersu Homerico est: id facies.

καὶ βίβω ἐπ' ἀριτῆν ἀμφοῖσιν ἔδωκεν.

Sed cum omnia libens audui, quæ peritissime dixisti:  
tum maxime quod uarietatem flauī coloris enarrasti:  
fecistiq; ut intelligerem uerba illa ex annali. xiiij. En-  
nij amœnissima, quæ minime intelligebam.

» Verrunt extemplo placide mare marmore flauo,  
Cœruleū

Coeruleum spumat mare conferta rate pulsum.  
 Non enim uidebatur coeruleum mare cum marmore  
 flauo conuenire. Sed cum sit (ita ut dixisti) flauus co-  
 lor uiridi & albo mistus pulcherrime prorsus spi-  
 mas uirentis maris flauo marmore appellauit.

Quid T. Casirritius existimauerit super Sallustij  
 uerbis & Demosthenis, quibus alter Philippum de-  
 scripsit alter Sertorium. Caput XXVII.

Erba sunt hæc grauiataque illustrata de re  
 ge Philippo Demosthenis, ἐὼρων δὲ αὐτὸν  
 φίλιπον πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ ἀγὼν, ὑπὲρ ἀρχῆς,  
 καὶ δυναθείας, τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, πῶ κλεῖν  
 κατεαρότα, πῶ χεῖρα, τὸ σκέλος πεπηρωμένον. πᾶν  
 ὅτι αὐτὸν βουλιθῆ μέρος ἢ τύχη τὸ σῶματος παρελέσθαι  
 τὸτο προιέμενον, ὥστε τὸ λοιπὸν πετὰ τιμῆς καὶ δόξης  
 ζῆν. Hæc æmulari uolens Sallustius, de Sertorio  
 duce in historijs ita scripsit. Magna gloria tribus  
 millibus in Hispaniam T. Didio imperante magno  
 usu bello marisco paratu militum & armorum fu-  
 it. Multaque tum ductu eius, quæ rapta primo  
 per ignobilitatem, deinde per inuidiam scripturum  
 celebrata sunt. quæ eminus faciem suam ostenta-  
 bant, aliquot aduersis cicatriciabus, & effosso oculo.  
 Quo ille dehonestamento corporis maxime leta-  
 batur. Neque illis anxius, quia reliqua gloriosius re-  
 tinebat. De utriusque his uerbis T. Casirritius cum  
 pensitaret, nonne inquit ultra naturæ modum

humanae est, de honestamento corporis letari? Si quidem letitia dicitur exultatio quaedam animi cum gaudio offeruentiore euentu rerum expetitarum. Quanto illud sincerius, et humanius, magisque omnibus conueniens πᾶν ὅτι αὐτὸ βυλιθῶ μέρος ἢ τὴν τῆ σῶματος παρελθῶν τῆτο προίμνον. Quibus uerbis inquit, ostenditur. Philippus non ut Sertorius corporis de honestamento laetus, quod est inquit, insolens, et immodicum: sed praestudio laudis, et honoris iacturarum, damnorumque corporis contemptor: qui singulos artus suos fortunae prodigendos daret quaestu, atque compendio gloriarum.

Non esse compertum cui Deo rem diuinam fieri oporteat, cum terra mouetur uiribus.

## Caput

## XXVIII.

Vanam esse causa uideatur quamobrem terrae motus fiant: non modo his communibus hominum sensibus, opinionibusque compertum, sed ne inter physicas quidem philosophias satis constitit, uentorumne uel accidant specus, hiatusque terrae subeuntium, an aquarum subter in terrarum cauis undantium fluctibus, pulsibusque, ita uti uidentur existimasse antiquissimi graecorum: qui Neptunum ἐνωσίγαυον, καὶ σφοῖχθονα appellauerunt, an cuius aliae rei causa, alteriusue dei uel, ac numine non dum etiam (sicut diximus) pro certo creditum. Propterea ueteres romani cum in omnibus alijs uitae officijs, tum in constituendis religionibus, atque in dijs immortalibus animaduertendis castissimis, cautissimisque, ubi terram mouisse

mouisse senserant, nuntiatum uero erat: ferias eius rei  
 causa edicto imperabant. Sed diuini nomen, ita uti so-  
 let, cui seruari ferias oporteret: statuere, & edicere que-  
 scebant, ne alium pro alio nominando falsa religio-  
 ne populum alligarent. eas ferias si quis polluisset: pia-  
 culusque ob hanc rem remotus esset: hostiam si Deo, si  
 deo immolabat. Idque ita ex Decretis PONT. observa-  
 tum esse M. Varro dicit, quoniam & quauis, & per  
 quem deorum, deorum uero terra tremere: incertum  
 esset. Sed de lunæ motibus, solisque defectibus, non  
 minus in eius rei causa reperienda sese exercuerunt.  
 Quippe M. Cato uir in cognoscendis rebus multi stu-  
 dij, incerta tamen causa & incuriosa super ea re opi-  
 natus est. Verba Catonis ex originum quarto hæc  
 sunt. Non libet scribere quod in tabula apud PONT.  
 Maximum est: quoties annona cara, quoties lunæ,  
 aut solis lumini caligo, aut quid obstiterit. usque adeo  
 paruifecit rationes ueras solis, & lunæ deficientium  
 uel scire, uel dicere.

Apologus Aesopi phrygis memorati non inutilis.

Caput

XXIX.

A Esopus ille e Phrygia fabulator haud im-  
 merito sapiens existimatus est: cum quæ uti-  
 lia monitu, suasuque erant: non seuerè, non  
 imperiose præcepit: & censuit, ut philosophis mos est:  
 sed festiuos, delectabilesque apologos commentus res sa-  
 lubriter, ac prospicienter animaduersas in mentes ani-  
 mosque hominum cum audiendi quadam illecebra  
 induit. uelut hæc eius fabula de auiculæ nidulo lepi-

de atq; iucunde præmonet spem, fiduciamq; rerum, quas efficere quis possit: haud unquam in alio, sed in semetipso habendam. Auicula inquit est parua, nomen est Cassita: habitat, nidulaturq; in segetibus, id ferme temporis, ut appetat messis pullis iam iam plumantibus. Ea Cassita in sementes forte concesserat tempestiuiores, propterea frumentis flauescens pulli etiam tunc inuolucres erant. Cum igitur ipsa iret cibum pullis quæsitum: monet eos, ut siquid ibi rei nouæ fieret, diceretur'ue: animaduertent, idq; uti sibi, ubi redisset, nuntiarent. Dominus postea segetum illarum filium adolescentem uocat: & uides ne inquit, hæc ematuruisse? & manus iam postulare? Icirco die crastini, ubi primum diluculabit, fac amicos adeas, & roges ueniant, operamq; mutuam dent, & messem hanc nobis adiuent. hæc ille ubi dixit, discessit, atq; ubi redijt Cassita, pulli trepiduli circumfirepere, orareq; matrem, ut statim iam properet, atque alium in locum sese asportet. nam dominus inquit misit, qui amicos rogaret, uti luce oriente ueniant, & metant. Mater iubet eos à metu otiosos esse. Si enim dominus inquit, messium ad amicos reijcat: crastino seges non metetur. neque necesse est hodie uti uos auferam. Die igitur postero mater in pabulum uolat: dominus quos rogauerat opperitur: sol feruit, & fit nihil, & amici nulli erant. Tum ille rursus ad filium, amici isti inquit, magnam in partem cessatores sunt, quin potius inuis, & cognatos affines, uicinosq; nostros oramus, ut adsint cras temporis ad metendum? Itidem hoc pulli pauerfacti ma-

tri nuntiant. Mater hortatur, ut tum quoque sine metu,  
ac sine cura sint: cognatos, affinesque nullos ferme  
tam esse obsequibiles ait, ut ad laborem capescendum  
nihil euocentur, et statim dicto obediant. Vos modo  
inquit, aduertite, si modo quid denuo dicetur. Alia lu-  
ce orta, auis in pastum profecta est. cognati et affi-  
nes operam, quam dare rogati sunt: supersedent.  
Ad postremum igitur dominus filio ualeant inquit,  
amici cum propinquis. Afferes prima luce falces du-  
as, unam egomet mihi, et tu tibi capies alteram, et  
frumentum nosmetipsi manibus nostris cras metemus.  
Id ubi ex pullis dixisse dominum mater audiuit: tem-  
pus inquit est cedendi, et abeundi, fiet nunc dubio  
procul quod futurum dixit. In ipso enim iam uer-  
titur, cuius est res, non in alio, unde petitur. Atque ita  
Cassita nidum migravit, et seges a domino demessa  
est. Hec quidem est Aesopi fabula de amicorum et  
propinquorum leui, et inani fiducia. Sed quid aliud  
sanctiores libri philosophorum monent, quam ut in  
nobis tantum ipsis nitamur? alia autem omnia, quae  
extra nos, extraque nostrum animum sunt: neque pro  
nostris, neque pro nobis ducamus? Hunc Aesopi apo-  
logum Q. Ennius in satyris, scite admodum et ue-  
nuste uersibus quadratis composuit: quorum duo po-  
stremi isti sunt: quos habere cordi et memoriae ope-  
repretium esse.

**H**ercle puto hoc erit tibi argumentum semper in prom-  
ptu situm:

**N**equid expectes amicos, quod tu agere possis.

Quid obseruatum sit in undarum motibus, & que in mari alio, atq; alio modo fiunt austris flantibus, aquilonibusq;.

Caput XXX.

**O**c sepe numero in undarum motu obseruatum est, quas aquilones uenti, quiq; ex eadem coeli regione aer fuit, quas ue faciunt in mari austri, atq; africi. Nam fluctus, qui flante aquilone maximi, ac creberrimi excitantur, simul ac uentus posuit, sternuntur, & confiacescunt: & mox fluctus esse desinunt. At non idem fit flante austro, uel africo. quibus iam nihil spirantibus undae tamen factae diutius tument, & a uento quidem iandudum tranquillae sunt. Sed mare est etiam, atq; etiam undabundum. Eius rei causa esse coniectatur: quod uenti a septentrionibus ex altiore coeli parte in mare incidentes, deorsum in aquarum profunda quasi praecipites deferuntur: undasq; faciunt non prorsus impulsas, sed ui intus commotas: quae tantisper eruta uoluntur, dum illius infusi desuper spiritus uis manet. Austri uero, & Africi ad meridianum orbis circulum, & ad partem axis infimam depressi, inferiores, & humiles per suprema aequoris euntis protrudunt magis fluctus, quam erunt: & ideo non desuper lesae, sed propulsa in aduersum aquae etiam desistente flatu retinent aliquantisper de pristino pulsus impetum. Id autem ipsum, quod dicimus, ex illis quoq; homericis uersibus, si quis non incuriose legat: adminiculari potest. Na de austri flatibus ita scripsit.

ἐνθα τότος πόντος ἀνδῶνα εἰς λαίην ὤθει



Contra autem de Borea, quem Aquilonem appellamus, alio dicit modo.

καὶ βορέης αἰθριγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων.

Ab Aquilonibus enim qui alti, superniq; sunt, fitus excitatos quasi per prona uolui dicit. Ab Austris autem ijs, qui humiliores sunt: maiore ui quadā propelli, sursum atq; subijci. Id enim significat uerbum λαάν ὠθεῖ. Sicut in alio loco, λαάν αἴτω ὠθεῖ.

Id quoq; a peritissimis rerum philosophis obseruatum est, austris spirantibus mare fieri glaucum, & cœruleum, aquilonibus obscurius, atriusq;. Cuius rei causam cum Aristotelis libros problematum percer-

- n psimus, notauit. Cur austro spirante mare cœruleum
- n fiat? Aquilone obscurius atriusq;? An propterea
- n quod aquilo minus mare perturbat? Omne autem,
- n quod tranquillius est, atrum esse uidetur.

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII.  
LIBER TERTIVS.

Quæsitum, ac traditum quam ob causam Sallustius auaritiam dixerit non animum modo uirilem, sed corpus quoq; ipsum effœminare. Caput I.

h Yeme iam discedente apud balneas Stacias in area sub calido sole cum Phaurino philosopho ambulabamus, atq; ibi inter ambulandum legebatur Catilina Sallustij, quem in manu amici conspe-

Etum legi iusserat. Cumq; hæc uerba ex eo libro le-  
 » cta essent. Auaritia pecuniæ studium habet: quam  
 » nemo sapiens concupiuit: ea quasi uenenis malis im-  
 » buta, corpus animumq; uirilem effoeminat: semper  
 » infinita, & insatiabilis est, neq; copia, neq; inopia mi-  
 » nuatur. Tum Phauorinus me aspiciens, quo inquit, pæ-  
 » cto corpus hominis auaritia effoeminat? Quid enim  
 » istuc sit, quod animum uirilem ab ea effoeminari di-  
 » xit: uideor ferme assequi. Sed quonam modo corpus  
 » quoq; hominis effoeminet: nõ dum reperio. Et ego in-  
 » quam longe iandiu in eo ipso quærendo fui: ac ni-  
 » si tu occupasses, ultro te hoc rogassem. Vix ego hæc di-  
 » xeram cunctabundus, atq; inibi quispiam de sectato-  
 » ribus Phauorini, qui uidebatur esse in literis uetera-  
 » tor, Valerium inquit, Probum audiui hæc dicere,  
 » usum esse Sallustum circunlocutione quadam poeti-  
 » ca, & cum dicere uellet, hominem auaritia corrup-  
 » pi, corpus & animum dixisse: quæ duæ res hominẽ  
 » demonstrarent. Nanq; homo ex anima, & corpore  
 » est. Nunquam inquit Phauorinus quod equidẽ scio,  
 » tam importuna, tãq; audaci argutia fuit noster Pro-  
 » bus: ut Sallustum uel subtilissimum breuitatis arti-  
 » ficem periphrasim poetarum facere diceret. Erat tum  
 » nobiscum in eodem ambulacro homo quispiam sane  
 » doctus: is quoq; a Phauorino rogatus, ecquid habe-  
 » ret super ea re dicere: huiusmodi uerbis usus est.  
 » Quos inquit, auaritia minuit, & corrumpit: quiq;  
 » sese quærenda undiq; pecunia dediderunt: eos ple-  
 » rosq; tali genere uitæ occupatos uidemus: ut sicuti a-  
 » lia in his omnia præ pecunia: ita labor quoq; uirilis,

exercendiq; corporis studium relictum sit. Negotijs se plerunq; umbraticis, & sellularijs questibus intentos habent: in quibus omnis eorum uigor animi, corporisq; elanguescit, & quod Sallust. ait effœminatur. Tum Phauorinus legi denuo uerba eadem Sallustij iubet, atq; ubi lecta sunt, Quid igitur inquit, dicimus, quod multos uidere est pecunie cupidos, & eosdem tamen corpore esse uegeto, ac ualenti. Tum ille ita respondit, non hercle inscite. Quisquis est inq; pecunie cupiens, & corpore tamen est bene habito, ac strenuo, aliarum quoq; rerum uel studio, uel exercitio eum teneri necessarium est, atq; in sese colendo non æque esse parcum. Nam si auaritia sola summa, omnes hominis partes, affectionesq; occupet: & si ad incuriam usq; corporis grassetur: ut per illam unam neq; uirtutis, neq; uirium, neq; corporis, neq; animi cura adsit: tum deniq; id uere dici potest effœminato esse. & animo, & corpore, qui neq; sese, neq; aliud curet, nisi pecuniam. Tum Phauorinus, aut hoc inquit, quod dixisti, probabile est, aut Sallustius odio auaritiæ plus quam potuit eam criminatus est.

Quem nam esse natalem diem M. Varro dicat eorum, qui ante noctis horam sextam, post uero eam nati sunt. Atq; inibi de temporibus, terminisq; dierum, qui ciuiles nominantur: & usquequaq; gentium uarie obseruantur, & præterea quid Q. Mutius scripserit super ea, quæ maritus non iure usurpauisset: quod rationem ciuilis anni non habuerit.

Caput

II.

Vari solitū est, qui noctis hora tertia, quartaue siue qua alia nati sunt, uter dies natalis haberi, appellariq; debeat, is'ne, quem nox ea consecuta est: an qui dies noctem consecutus est. M. Varro in libro rerum humanarum, quem de diebus scripsit, homines inquit, qui media nocte ad proximam mediam noctem in his horis. XXIII. nati sunt, una die nati dicuntur. Quibus uerbis ita uidetur dierum obseruationem diuisisse, ut qui post solem occasum ante mediam noctem natus sit: is ei dies natalis sit: a quo die ea nox cœperit. Contra uero qui in sex horis posterioribus nascatur, eo die uideri natum, qui post eam noctem diluxerit. Athenienses autem aliter obseruare idem Varro in eodem libro scripsit: eosq; a sole occaso ad solem iterum occidentem omne id medium tempus unum diem esse dicere. Babylonios porro aliter. A sole enim exorto ad exortum eiusdem incipientem, totum id spatium unius diei nomine appellare. Multos uero in terra Umbria unum, & eundem diem esse dicere a meridie ad insequentem meridiem. Quod quidem inquit, minus absurdum est. Nam qui calendarum hora sexta natus est apud Umbros, dies eius natalis uideri debet, & calendarum dimidiarum, & qui est post calendarum dies, ante horam eiusdem diei. VI. Populum autem Romanum ita uti Varro dixit, dies singulos annumerare a media nocte usq; ad mediam proximam multis argumentis ostenditur. Sacra sunt romana partim diurna, partim nocturna: sed ea, que inter noctem fiunt: diebus adiunguntur non noctibus.

bus. Quæ igitur sex posterioribus noctis horis fiunt: eo die fieri dicuntur: qui proximus eam noctem illucescit. Ad hoc ritus quoque, et mos auspicandi eandem esse observationem docet. Nam magistratus quando una die eis auspicandum est, et id, super quo auspicauerunt, agendum: post mediam noctem auspicatur, et post meridiem sole magno. Auspicatiq; esse, et egisse ex eodem die dicuntur. Præterea tribuni plebei, quos nullum diem abesse Roma licet: cum post mediam noctem proficiuntur: et post primam facem antemediam sequentem reuertuntur: non dicuntur abfuisse unum diem quando ante horam noctis. VI. regressi, partem aliquam illius in urbe Romana sunt. Quod quoque Mutium iurisconsultum dicere solitum legi, non esse usurpatam mulierem, quæ cum calendis Ianuariis, apud uirum causa matrimonij esse coepisset: ante diem. IIII. calendas Ianuarias sequentes usurpatum esset. Non posse impleri trinoctium, quod abesse a uiro usurpandi causa ex. XII. tab. deberet: quoniam tertiæ noctis posterioris sex horæ alterius anni essent, qui inciperet ex calendis. Istæc autem omnia de dierum temporibus, et finibus ad observationem, disciplinamq; iuris antiqui pertinentia, cum in libris ueterum inueniremus, non dubitabamus quin Virgilius quoque id ipsum ostenderit, non exposite, atque aperte: sed ut hominem decuit poeticas res agentem, recondita, et quasi operta ueteris ritus significatione.

Torquet inquit, medios nox humida cursus.  
 Et me seruus equis oriens afflauit anhelis.

His. v. uersibus oblique, sicuti dixi, admonere uo-

luit diem, quem Romani auilem appellauerunt: a  
VI. noctis hora oriri.

De noscendis, explorandisq; Plauti comœdijs, quo-  
niam promiscue ueræ, atq; falsæ nomine eius inscri-  
ptæ feruntur. Atq; inibi quod Plautus in pistrino, &  
Nenius in carcere fabulas scriptitarint. Cap. III.

u Erum esse comperior, quod quosdam bene  
literatos homines dicere audiui, qui plerasq;  
Plauti comœdias curiose, atq; contente le-  
ctauerunt, non indicibus Helij Sedigiti, nec Clau-  
dij, nec Aurelij, nec Accij, nec Manilij super his fa-  
bulis, que dicuntur ambiguae, credituros, sed ipsi Plau-  
to, moribusq; ingenij, atq; linguae eius. Hac enim iu-  
dicij norma Varronem quoq; usum uidemus. Nam  
præter illas unam, & XX. que Varroniane uocan-  
tur: quas iccirco a cæteris segregauit: quoniam dubio  
sæ non erant: sed consensu omnium Plauti esse cense-  
bantur: quasdam item alias probauit adductus sry-  
lo atq; facætia sermonis Plauto congruentis. Easq; iam  
nominibus aliorum occupatas Plauto uindicauit. Si-  
cuti istam, quam nuperrime legebamus, cui est nomen  
Bœotia. nam cum in illis una & XX. non sit, & esse  
Aquilij dicatur: nihil tamen Varro dubitauit quin  
Plauti foret: neque alius quisquam non infrequens  
Plauti lector dubitauerit, si uel hos solos uersus ex ea  
fabula cognouerit: qui quoniam sunt, ut de illius Plau-  
ti more dicam, plautinissimi: propterea & memini-  
museos, & ascripsimus. Parasitus ibi esuriens hæc dicit.

Ut illum

» *Vt illum dij perdant, primus qui horas repperit:*

» *Quiq; adeo primus statuit hic solarium:*

» *Qui mihi comminuit misero articulatum diem.*

» *Nam me puero uetus erat solarium*

» *Multo omnium istorum optimum, & uerissimum,*

» *Vbi iste monebat esse, nisi cum nihil erat.*

» *Nunc etiam quod est, non est, nisi soli libet.*

» *Itaq; adeo iam oppletum' st oppidum solarijs:*

» *Maior pars populi aridi reptant fame.*

*Phavorinus quoq; noster, cum Nernularia Plauti legerem, quæ inter incertas est habita: & audisset ex ea comœdia uersum hunc:*

» *Strateæ Scrupedæ stratiuilæ sordidæ.*

*Delectatus faceta uerborum antiquitate meretricum uitia, atq; deformitates significantium, uel unus hercle inquit, hic uersus Plauti esse hanc fabulam satis potest fidei fecisse. Nos quoq; ipsi nuperrime, cum legeremus fretum (nomen est id comœdiæ, quam Plauti esse quidam non putant) haud quicquam dubitauimus, quin & Plauti foret, & omnium maxime genuina. Ex qua duos hos uersus exscripsimus, ut historiam quæreremus oraculi Arietini. Nunc illud est, quod Arietini responsum magnis ludis dicitur.*

» *Peribo, si non fecero:*

» *Si faxo uapulabo. M. autem Varro in libro de comœdijs plautinis primo actu, uerba hæc ponit.*

» *Nam nec gemini, nec leones, nec Condaliu, nec*

» *anus Plauti, nec bis compressa, nec becotia unquam fuit. Neq; adeo ἀρποιος, neq; commorientes, sed*

M. Acutici. In eodem lib. Varronis id quoque scriptum  
 etiam Plautium fuisse quempiam poetam comœdia-  
 rum. Cuius quoniam fabulæ Plauti inscriptæ fo-  
 rent: acceptas esse, quasi Plautinas, cum essent non a  
 Plauto plautinæ, sed a Plautio plautianæ. Feruntur  
 autem sub Plauti nomine comœdiæ circiter centum  
 atque XXX. sed homo cruditissimus Lælius quinq;  
 et XX. esse eius solas existimavit. Non tamen du-  
 bium est, quin ista, et quæ scripta a Plauto non vi-  
 dentur, et nomini eius adiunguntur, ueterum poeta-  
 rum fuerint: et ab eo retractatæ, expolitæque sunt.  
 Ac propterea recipiant stylum plautinum. Sed enim  
 Saturionem, et aditum, et tertiam quandam, cuius  
 nunc mihi nomen non suppetit: in pristino eum scri-  
 psisse Varro, et plerique alij memoriæ tradiderunt.  
 cum pecunia omni, quam in operis artificum sceni-  
 corum pepererat: in mercationibus perditâ inops Ro-  
 mam redisset: et ob querendum uictum ad circum-  
 agendas molas, quæ trusatiles appellantur: operâ pi-  
 stori locasset. Sicuti de Neuius quoque accepimus, fabu-  
 las eum in carcere duas scripsisse. Ariolum, et Leõ-  
 tem, cum ob assiduam maledicentiam, et probra in  
 principes ciuitatis de græcorum poetarum more di-  
 cta, in uincula Rom. a. III. uiris coniectus esset.  
 Unde post a trib. ple. exemptus est: cum in ijs, quas  
 supra dixi, fabulis, delicta sua, et petulantias di-  
 ctorum, quibus multos ante læserat: diluisset.

Quod P. Africano, et alijs tunc uiris nobilibus  
 ante ætatem senectam barbam, et genas radere,  
 moris



moris fuit.

Caput

IIII.

**I**n libris, quos de uita P. Scipionis Africanus  
compositos legimus: scriptum esse animaduer-  
timus P. Scipioni Pauli filio, postquam de  
Poenis triumphauerat, Cens. q; fuerat, eidem diem di-  
ctum esse ad populum a Claudio Asellio tri-ple. cui  
equum in censura ademerat. Eumq; cum esset reus,  
neq; barbam desisse radi, neq; non candida ueste uti,  
neq; fuisse cultu solito reorum. Sed cum in eo tempo-  
re Scipionem minorem. XL. annorum fuisse consta-  
ret: quod de barba rasa ita scriptum esset, mirabamur.  
Comperimus autem ceteros quoq; in usdem tempo-  
ribus nobiles uiros, barbam in eiusmodi etate rasita-  
uisse. Icirco plerasq; uagnes ueterum, non admo-  
dum senum, sed in medio etatis, ita factas uidemus.

Deliciarum uitium, & molities oculorum, & cor-  
poris, ab Archesilao philosopho quidam opprobra-  
ta acerbe simul, & festiuite. Caput V.

**P**lutarchus refert Archesilaum philoso-  
phum uehementi uerbo usum esse, de quo-  
dam nimis delicato diuite, qui incorruptus  
tamen, & castus perinteger dicebatur. Nam cum uo-  
cem eius infractam, capillumq; arte compositum, &  
oculos ludibundos, atq; illecebræ, uoluptatisq; plenos  
uideret: nihil interest inquit, quibus membris cinædi-  
sitis posterioribus, an prioribus.

A. GEL.

De vi atq; natura palmæ arboris, quod lignū ex ea ponderibus impositis renitatur. Cap. VI.

Erhercle rem mirandam Arist. in VII. problematum, & Plutar. in VIII. symposiacorum dicit. Si supra palmæ inquit, arboris lignū magna pondera imponas, ac tam gra uiter urgeas, oneresq; ut magnitudo oneris sustineri non queat: non deorsum palma cedit, nec intra flectitur: sed aduersus pondus resurgit, & sursum nititur, recuruaturq;. Propterea inquit Plutarchus in certaminibus, palmā signum esse placuit uictoriæ: quoniam ingenium eiusmodi ligni est, ut urgentibus opprimentibusq; non cedat.

Historia ex annalibus sumpta de Q. Ceditio trib. militum. uerbāq; ex originibus M. Catonis apposita, quibus Ceditij uirtutem cū Spartano Leonida æquiparat. Cap. VII.

Ulehrum, dij boni, facinus, græcarumq; facundiarum magniloquentia condignum M. Cato libris originum de Q. Ceditio trib. militum scriptum reliquit. Id profecto est ad hęc ferme sententiam. Imperator poenus in terra Sicilia bello Carthaginiensi primo, obuiam romano exercitui progreditur: colles, locosq; idoneos prior occupat. Milites romani, uti res narrata est, in locum insinuāt fraudi, & pernicipi obnoxium. Tribunus ad COSS. uenit. Ostendit exitium de loci importunitate, & hostium

stium circumstantia. Maturum censeo inquit, si rem ser-  
uare uis, faciundum, ut CCCC. aliquos milites ad uer-  
rucam illam (sic enim M. Cato locū editum, asperūq;  
appellat) ire iubeas. Eamq; uti occupent, imperes,  
horterisq; hostes profecto ubi id uiderint: fortissimus  
quisq; & promptissimus, ad occurrandum, pugnan-  
dumq; in eos peruertentur: unoq; illo negotio sese alli-  
gabunt: atq; illi omnes CCCC. proculdubio obtrun-  
cabuntur. Tu interea occupatis in ea cæde hostibus;  
tempus exercitus ex hoc loco educendi habebis. Alia,  
nisi hæc salutis uia nulla est. COS. tribuno respondit,  
consilium quidem fidum, atq; prouidēs sibi uiderier.  
Sed istos inquit milites CCCC. ad eum locum in hoste-  
um cuncos quisnam erit, qui ducat? si alium inquit  
tribunus, neminem reperis, me licet ad hoc periculum  
utare. Ego hanc tibi, & reip. animam do. COS. tribu-  
no gratias, laudesq; egit. Tribunus & CCCC. ad mo-  
riendum proficiscuntur. Hostes eorū audaciā demi-  
rantur. Quorsum ire pergant in expectando sunt. sed  
ubi apparuit, ad eandem uerrucam occupandā iter  
intendere: mittit aduersum illos imperator Carthage-  
niensis peditatum, equitatumq; illos, quos in exercitu ui-  
ros habuit strenuissimos. Romani milites circūueniun-  
tur. circūuenti repugnant. Fit prælium diu anceps.  
tandem superat multitudo. Quadringenti omnes tum  
una per fossi gladijs, aut missilibus operti cadunt. Cō-  
sul interibi, dum ea pugna fit, se in locos tutos, atq; edi-  
tos subducit. sed qđ illi tribuno duci militū CCCC. di-  
uinitus in eo prælio usus uenit, nō iā nostris, sed ipsius

A. GEL.

» Catonis uerbis subieciimus. uerba Catonis. Dij imo  
 » mortales trib. militum fortunam ex uirtute eius de-  
 » dere. Nam ita euenit, cum saucius multifariam ibi fa-  
 » ctus esset: tum uulnus capiti nullum euenit. Eumq;  
 » inter mortuos defatigarum uulneribus, atq; spiran-  
 » tem, quod sanguen defluerat, cognouere: eum sustu-  
 » lere. Isq; conualuit. Sapeq; post illam operam reipu-  
 » fortem, atq; strenuam perhibuit. Illoq; facto quod il-  
 » los milites subduxit: exercitum ceterum seruauit.  
 » Sed idem benefactum loco in quo ponas, numum in-  
 » terest. Leonidas lacedæmonius laudatur: qui simile a-  
 » pud Thermopylas fecit. propter eius uirtutes omnis  
 » Græcia gloriam, atq; gratiam præcipuam claritudi-  
 » nis inclytissimæ decorauere monumentis, signis, sta-  
 » tuis, elogijs, historijs. Alijsq; rebus gratissimū id eius  
 » factum habuere. At tri. militum parua laus pro fa-  
 » ctis relicta, qui idem fecerat, atq; remp. seruauerat.

Hanc Q. Cedicij uirtutem M. Ca. tali suo testi-  
 monio decorauit. Claudius autem Quadrig. annali.  
 III. non Cedicio nomen fuisse refert, sed Laberio.

Literæ eximie consulum C. Fabritij, & Aemi-  
 lij ad regem Pyrrhum a. Q. Claudio scriptore hi-  
 storiarum in memoriam datæ. Caput VIII.

Um Pyrrhus rex in terra Italia esset: &  
 e unam, atq; alteram pugnam prospere pu-  
 gnasset: satisq; angerentur Romani, & ple-  
 raq; Italia ad regem descuiisset: tum Ambraciensis  
 quisspiam Timochares Regis Pyrrhi amicus ad C.  
 Fabritium

Fabritium consulem furtim uenit: ac præmium petiuit, & si de præmio conueniret: promisit Regem uenenis necare. Idq; facile esse factu dixit: quoniam filij sui pocula in conuiuio regis ministrarent. eam rem Fabritius ad senatum scripsit. Senatus legatos ad regem misit: mandauitq; ut de Timochare nihil proderent: sed monerent, uti rex circumspectius ageret: atq; à proximorum insidijs salutem tutaretur. hoc ita uti diximus, in Valerij Antiatii historia scriptum est. Quadrigarius autem in lib. III. non Timocharem, sed Niciam adisse ad consulem scripsit. Neq; legatos à senatu missos, sed à COSS. Regem & pop. Ro. laudes, atq; gratias scripsisse, captiuosq; omnes, quos tunc habuerit, restituisse, & reddidisse. COSS. tum fuerunt C. Fabritius, atq; Aemilius. Literas, quas ad regem Pyrrhum super ea causa miserunt: Clau. Quadrigarius scripsit fuisse hoc exemplo. COSS. Romane salutem dicunt Pyrrho regi. Nos pro tuis iniurijs continuo animo strenui commoti inimiciter tecum bellare studemus. Sed communis exempli, & fidei, ergo uisum est, uti te saluum uelimus: ut esset, quem armis uincere possimus. Ad nos uenit Nicias familiaris tuus, qui sibi pretium à nobis peteret: si te clam interfecisset. Id nos negauimus uelle. Neue ob eam rem quicquam commodi expectaret. & simul uisum est, ut te certiozem faceremus, nequid eiusmodi si accidisset, nostro consilio ciuitates putarent factum: & quod nobis non placet, pretio, aut præmio, aut dolis pugnare, tu, nisi caueas, iacebis.

A. GEL.

Quis & cuiusmodi fuerit, qui in proverbio fertur, equus seianus, & qualis color equorum sit, qui spades uocantur: deq; istius uocabuli ratione.

Cap. IX.

C. Bassus in commentarijs suis. Item Iulius Modestus in ij. questionum confusarū historiam de equo seiano tradūt dignā memoria atq; admiratione. Cn. Seium quempiam scribunt fuisse. Eumq; habuisse equum natum Argis in terra graecia, de quo fama constans esset tanquam de genere equorum progenitus foret: qui Diomedis thracis fuissent: quos Hercules Diomede occiso e Thracia Argos perduxisset. Eum equum fuisse dicunt magnitudine inusitata, ceruice ardua, colore phoeniceo, siua & comanti iuba. Omnibusq; alijs equorum laudibus quoq; longe praestitisse. Sed eundem equum tali fuisse fato, siue fortuna ferunt: ut quisquis haberet eum, possideretq; ut is cum omni domo, familia, fortunisque omnibus suis ad internicionē deperiret. Itaq; primum illum Cn. Seium dominum eius a. M. Ant. qui postea III uir Reip. constituendae fuit: capitis damnatum miserando supplicio affectum esse. Eodem tempore Cor. Dolabellam COS. in Syria proficiscentem fama istius equi adductum Argos diuertisse. Cupidineq; habendi eius exarsisse. Emisseq; eum HS. centum milibus. Sed ipsum quoq; Dolabellam in Syria bello civili obsessum, atq; interfectum esse. Mox eundem equum, qui Dolabellae fuerat: C. Cassium, qui Dolabellam obsederat: abduxisse. Quē Cassium postea satis notū est, uictis Parthis, fusoq; exer-

citu suo, miseram mortem oppetuisse. Deinde Antonium post interitum Cassij parta uictoria, equum illum nobilem Cassij requisisse: & cum eo potitus esset, ipsum quoque postea uictum, atque desertum, destabili exitio interisse. Hinc prouerbum de hominibus calamitosi ortum, dicique solitum. Ille homo habet equum seianum. Eadem sententia est illius quoque ueteris prouerbij, quod ita dictum accepimus. Aurum tolosanum. Nam cum oppidum Tolosanum in terra Gallia Q. Cepio COS. diripiisset: multumque auri in eius oppidi templis fuisset: quisquis ex ea direptione aurum attigit: misero, cruciabilique exitu periit. Hunc equum C. Bassus uidisse Argis refert, haud credibili pulchritudine, uigoreque, & colore exuberantissimo. Quem colorem nos (sicuti dixi) puniceum, graece partim ποινικὴ alij ποδάρινα appellant, quoniam palmae termes ex arbore cum fructu amulsus spadix dicitur.

Quod est quaedam septenarij numeri uis & facultas, in multis naturae rebus animaduersa, de qua M. Varro in hebdomadibus disserit copiose.

Cap. X.

Ar. Varro in primo lib. qui inscribuntur hebdomades, uel de imaginibus septenarij numeri, quem graeca ἑβδομάδα appellant, uirtutes, potestatesque multas, uariasque dicit. Is namque numerus inquit, septentriones maiores, minoresque facit in caelo. Item uergilias, quas πλειάδας uocant. Facit etiam stellas, quas alij erraticas,

A. GEL.

P. Nigidius erroneus appellat. Circulos quoque ait in celo, circum longitudinem axis septem esse, e quibus duos minimos, qui axem extremum tangunt, adaxem appellari dicit. Sed eos in sphaera, quae ueritatem uocatur propter breuitatem non inesse. At neque ipse Zodiacus septenario numero caret. Nam in .VII. signo fit solstitium a bruma. In septimo bruma a solstitio. In .VII. equinoctium ab equinoctio. Dies deinde illos, quibus halcyones hyeme anni in aqua nidulantur: eos quoque septem esse dicit. Praeterea scribit lunae curriculum confici integris quater septenis diebus. Nam duodecicesimo luna inquit, ex quo uestigio profecta est, eodem redit. Authoremque opinionis huius Aristidem esse Samium, in qua re non id solum animaduerti debere dicit, quod quater septenis, id est octo et uiginti diebus conficeret iter luna suum. Sed quod is numerus septenarius, si ab uno profectus, dum ad semetipsum progreditur: omnes, per quos progressus est, numeros comprehendat: ipsumque se addat, facit numerum octo et .XX. quot dies sunt curriculum lunaris. Ad homines quoque nascendos uim numeri istius porrigi, pertinereque ait. Nam cum in uterum inquit, mulieris genitale semen datum est: primis septem diebus conglobatur, coagulaturque. Fitque ad capiendam figuram idoneum. Post deinde quarta hebdomade, quod eius uirile foetus futurum est: caput, et spinam, quae est in dorso, informatur. Septima autem fere hebdomade, id est nono, et .XL. die totus inquit, homo in utero absoluitur. Illam quoque uim numeri huius obseruatam refert, quod ante mensem



VII. neq; masculus, neq; foemina salubriter, ac secundum naturam nasci potest, quod ij, qui iustissimo in utero sunt, post. CCLXXIII. dies, postquã sunt concepti, quadragesima deniq; hebdomada ita nascuntur. Pericula quoq; uitæ, fortunarumq; hominũ, quo climacteras Chaldæi appellant: grauissimos quosq; fieri affirmat septenarij. Præter hæc modum esse dicit summum adolescendi humani corporis septem pedes, quod esse magis uerum arbitramur, quàm quod Herodotus homo fabulator in primo historiarum inuentum esse sub terra scripsit Orestis corpus cubitæ longitudinis habens septem, quæ faciunt pedes. XII. & quadrantem. Nisi si (ut Homerus opinatus est) uastiora, prolixioraq; fuerint corpora hominum antiquorum, & nunc quasi iam mundo senescente, rerum, atq; hominum decremenda sunt. Dentes quoq; & in septem primis mensibus, & septenos ex utraq; parte gigni ait, & cadere annis septimis, & genuinos annasci annis fere bis septenis. Venas etiam in hominibus, uel potius arterias, medicos muscos dicere ait, numero moueri septenario, quod ipsi appellat τὰ διὰ τετάρων συμπωρία, quæ fit in collatione Quaternarij numeri. Discrimina etiam periculorum in morbis maiore ui fieri putant in diebus, qui conficiuntur ex numero septenarij. Eosq; dies omnium maxime ita ut medici appellant ἡπτιμὸς ἢ ἡπιομὸς, cuiquam uideri primam hebdomadam, & secundã, & tertiam. Necnon id etiam est ad uim, facultatesq; eius numeri augendas, quod quibus inedia mori consilium est: septimo demũ die mortem appetunt. Hæc

Varro de numero septenario scripsit admodum con-  
 quise. Sed alia quoq; ibidem congerit frigidiuscu-  
 la, ueluti septem opera esse in orbe terrarum mirā-  
 da, & sapientes item ueteres septem fuisse, & curri-  
 cula ludorum circensium solennia septem esse: ad op-  
 pugnandas Thebas duces septem delectos. tum ibi ad-  
 dit se quoq; iam duodecimam annorum hebdoma-  
 dam ingressum esse, & ad eum diem septuaginta  
 hebdomadas librorum conscripsisse. Ex quibus ali-  
 quandiu cum proscriptus esset, direptis bibliothecis  
 suis non comparuisse.

Quibus, & quā frivolis argumentis Accius in  
 didascalis utatur: quibus docere nititur Hesiodum  
 esse, quā Homerum natu antiquiorē. Cap. XI.

V per ætate Homeri, atq; Hesiodi non con-  
 sentitur. Alij Homerū, quā Hesiodū ma-  
 iorem natu fuisse scripserunt: in quibus Phi-  
 lochorus, & Xenophanes. Alij minorē, in quibus, L.  
 Accius poeta, & Ephorus historię scriptor. M. autem  
 Varro in primo de imaginibus, uter natus prior sit,  
 parum constare dicit. sed non esse dubium, quin ali-  
 quo tempore eodem uixerint: idq; ex epigrammate  
 ostendit, quod in tripode scriptum est: qui in monte  
 Helicone ab Hesiodo positus traditur. Accius au-  
 tem in primo didascalio leuibus admodum argumē-  
 tis utitur: per quæ ostendit Hesiodum natu priorem.  
 Quod Homerus inquit, cum in principio carminis  
 Achillem esse filium Pelei diceret: quis esset Peleus

non addidit. *Quam rem procul, inquit, dubio dixisset, nisi ab Hesiodo iam dictum uideretur. De Cyclope itidem inquit, uel maxime quod unoculus fuit. rem tam insignem non præterisset: nisi æque prioris Hesiodi carminibus uulgatum esset. De patria quoque Homeri multo maxime dissensum est. Alij colophonium, alij Smyrnæum, sunt qui Atheniensem, sunt qui ægyptium dicant fuisse. Aristoteles tradit ex insula Io natum. M. Varro in lib. de imaginibus primo Homeri imagini hoc epigramma apposuit.*

*Capella Homeri candida hoc tumulum indicat:*

*Quod ariete mortuo faciunt sacra.*

*ἐπὶ τῆ πόλεισ διερὶ ἕσσι περὶ ῥί' αὖ ὀμύρα,  
σμίβρα. ῥόδου. κολοφῶν. σαλαμίν. ἴος. ἄργος. ἀθῆναι.*

*Largum, atque auidum bibendi a P. Nigidio doctissimo uiro nouo, et propemodum absurdo uocabulo bibosum dictum. Cap. XII.*

*Bibendi auidum P. Nigidius in commentarijs grammaticis bibacem, et bibosum dicit.*

*Bibacem ego, ut edacem a plerisque alijs dictum lego. Bibosum dictum etiam nusquam reperi, nisi apud Laberium. Neque aliud est, quod simili inclinatione dicatur. Non enim simile est, ut uinosus, aut uinosus, cæteraque, quæ hoc modo dicuntur: quoniam a uocabulis, non a uerbis inclinata sunt. Laberius in mimo libro primo, qui salinator inscriptus est: uerbo hoc ita utitur.*

*Non māmōsa, non annosa, non bibosa, non proatx.*

Quod Demosthenes etiam tum adolescens cum Platoni philosophi discipulus foret: audito forte Callistrato rhetore in concione populi, desinit a Platone, et sectatus est Callistratum. Caput XIII.

**h** Ermippus hoc scriptum reliquit. Demosthenem admodum adolescentem uentitare in academiam, Platonemque audire solitum.

Atque is inquit, Demosthenes domo egressus, ut ei mos erat, cum ad Platonem pergeret, compluresque populos concurrentes uideret: percunctatur eius rei causam. Cognoscitque currere eos auditum Callistratum. Is Callistratus Athenis orator in re publica fuit. illi *δυνατωρ* appellant. uisum est paulum diuertere, experiri que an ad digna auditu, tanto properatum studio foret. Venit inquit, atque audit Callistratum, nobilem illum τὸν περὶ ὀρόων διῆνον dicentem. Atque ita motus, et demultus, et captus est, ut Callistratum iam inde sectari coeperit: academiam cum Platone reliquerit.

Dimidium librum legi, aut dimidiam fabulam audiui, aliaque huiusmodi, qui dicat, uitiose dicere. Eiusque uitij causas reddere M. Varronem nec quenquam ueterum usque uerbis ita usum esse.

Caput

XIIII.

**d** Dimidium librum legi, aut dimidiam fabulam audiui, uel quid aliud huiusmodi, male, ac uitiose dici existimat Varro. Oportet enim inquit, dicere dimidiatum librum, non dimidium, et dimidiatam fabulam, non dimidiam.

Contra

Contra autem si e' sextario hemina fusa est: nō dimidiatum sextarium fustum dicendum est. Et qui quoque ex mille numism, quod ei debebatur, quingentos recepit: non dimidiatum recepisse dicemus, sed dimidiū. At si scyphus inquit, argenteus mihi cum alio communis in duas partes dissectus sit: dimidiatum eum dicere esse scyphum debeo, non dimidium. Argentū autem, quod in eo scypho inest, dimidium meum esse non dimidiatum, differit, ac diuidit subtilissime, quid dimidium dimidiato intersit, & quasi Ennium scienter hoc in annalibus dixisse ait.

• Sicuti si quis ferat uas uini dimidiatum.

Sicuti pars, quæ deest e' uase, non dimidiata dicenda est, sed dimidia. Omnis autē disputationis eius, quam subtiliter quidē, sed subobscurè explicat: summa hæc est. Dimidiatum est quasi dismediatum, & in partes duas pares diuisum. Dimidiatum ergo, nisi ipsum quod diuisum est, dici haud conuenit. Dimidium uero est non quod ipsum dimidiatum est, sed quæ ex dimidiato pars altera est. cum igitur partem libri dimidiam legisse uolumus dicere, aut partem dimidiam fabulæ audisse: si dimidiam fabulam, aut dimidium librum dicemus, peccabimus. Totum enim ipsum, quod est dimidiatum, atque diuisum est, dimidium dicis. Itaque Lucilius eadem secutus,

• Vno oculo inquit, pedibusque duobus

• Dimidiatus ut porcus. Et alio loco.

• Quid nē & scruta quidem ut uendant, & scrutaris laudat.

• Præfractam striglem soleam improbus dimidiatā.

Iam in uigesimo manifestus dimidiam horam dicere studiose fugit. Sed pro dimidia dimidium ponit in hisce uersibus.

- » Tempestate sua, atq; eodem uno tempore, & hora
- » Dimidio & tribus confectis duntaxat eandem,
- » Et quartam. Nam cum obuium, proximumq; esset dicere, & hora dimidia tribus confectis, uigilate, atq; attente uerbum non probum mutauit: per qd satis apparet, ne horam quidem dimidiam recte dici, sed uel dimidiatam horam, uel dimidiam partem horae. Propterea Plautus in bacchidibus dimidiu auri dicit, non dimidiatum aurum. Item in aulularia, dimidium obsonij non dimidiatum obsonium, in hoc uersu.
- » Ei adeo obsonij hinc iussit dimidium dari. In menechmis autem dimidiatum diem, non dimidiu in hoc uersu.
- » Dies quidem iam ad umbilicum dimidiatu mortuus. M. Cato in libro, quem de agricultura conscripsit.
- » Semen cupressi serito crebrum, ita uti linum seri solet, eo crebro terram insternuto, dimidiatum digtum.
- » Iam id bene tabula, aut pedibus, aut manibus complanato. Dimidiatum inquit digtum, non dimidium. Nam digiti quidem dimidium, digtum autem ipsum dimidiatum dici oportet. Item. M. Cato de Carthaginiensibus ita scripsit. Homines defoderunt in terram dimidiatos, ignemq; circumposuerunt, ita interfecerunt. Neq; quisquam omnium, qui probe locuti sunt, his uerbis secus quam dixi, usus est.

Extare

Extare in literis, perq; hominum memorias traditum, quod repente multis mortem attulit gaudium ingens insperatum, interclusa anima, & uim magni, nouiq; motus non sustinente. Cap. XV.

**C**ognito repente insperato gaudio expirasse animam refert Aristoteles philosophus Polycritam nobilem foeminam e Naxo in sula. Philippides quoq; comoediarum poeta haud ignobilis aetate iam edita, cum in certamine poetaru praeter spem uicisset, & laetissime gauderet: inter illud gaudium repente mortuus est. de rhodio etiam Diagora celebrata historia est. Is Diagoras tres filios adolescentes habuit. unum pugilem, alterum pancratiasten, tertium luctatorem. Eosq; omnes uidit uincere, coronariq; eodem olympiae die: & cum ibi eum tres adolescentes amplexi, coronis suis in caput patris positis sauiarentur: cumq; populus gratulabundus flores undiq; in eum iaceret: ibi in stadio inspectante populo, in oculis, atq; in manibus filiorum animam efflauit. Praeterea in nostris annalibus scriptum legimus. qua tempestate apud Cannas exercitus populi Romani caesus est: anum matrem nuntio de morte filij allato, luctu, atq; moerore affectam esse. Sed is nuntius non uerus fuit. Atq; is adolescens no diu post ex ea pugna in urbem redijt. Anus repente filio uiso, copia, atq; turba, & quasi ruina incidentis inopinati gaudij oppressa, exanimataq; est.

Temporis uarietas in puerperijs mulierum quae nam sit. a medicis & philosophis tradita. atq; inibi

poetarum quoque ueterum super eadem re opinio-  
nes. Multaque alia auditu, atque memoratu digna. Ver-  
baque ipsa Hippocratis medici ex libro illius sumpta,  
qui inscriptus est περι τροφῆς. Id quoque esse a gra-  
uissimis uiris memoriae mandatum. Caput XVI.

**T** medici, et philosophi illustres, de tempo-  
re humani partus quaesierunt. πόσος ὁ  
τῆς τῶν ἀνθρώπων κηΐσεως χρόνος. Et mul-  
ta opinio est. Eaque iam pro uero recepta. Postquam mu-  
lieris uterus conceperit semen, gigni hominem septi-  
mo rarenter, nunquam octauo, saepe nono, saepe nu-  
mero decimo mense. Eumque esse hominem gignendi sum-  
mum finem, decem menses non inceptos, sed exactos.  
Idque Plautum ueterem poetam dicere uidemus in co-  
mœdia astellaria his uerbis.

- » Tum illa, quam compresserat,
- » Decimo mense exacto, hic peperit filiam.

Hoc idem tradit etiam Menander poeta uetustior,  
humanarum opinionum uel peritissimus. Versus eius  
super ea re de fabula Plotio posui.

τυτὴν κὺς δὲ δέκα μῆνας. Sed noster Cæcilius, cum  
faceret eodem nomine, et eiusdem argumenti comœ-  
diam, ac pleraque a Menandro sumeret, in mensibus  
tamen genitalibus nominandis, non prætermisit octa-  
uum, quem præterierat Menander. Cæciliij uersus hi  
sunt.

- » Insolet'ne mulier decimo mense parere?
- » Pol nono etiam, septimo, atque octauo.

Eam rem Cæcilium non inconsiderate dixisse, neque  
temere



temere à Menādro, atq; à multorum opinionibus de  
 sciuisse. M. Varro uti credamus, facit. Nam mense non  
 nunquam octavo editum esse partum in lib. XIII.  
 rerum diuinarum scriptum reliquit. Quo in libro  
 etiam. XI. mense aliquando nasci posse hominem di-  
 cit. Eiusq; sententiæ, tam de. VIII. quàm de. XI. men-  
 se Aristotelem laudat authorem. Sed huius de men-  
 se. VIII. dissensionis causa cognosci potest in li. Hip-  
 pocratis, qui inscriptus est περί τροφῆς, ex quo  
 libro uerba hæc sunt ἔστι δὲ καὶ ἕκ ἐστὶν ὀντάμιτος  
 γένεσις. Id tam obscure, atq; præcise, tamq; aduer-  
 se dictum Sabinus medicus, qui Hippocratem com-  
 modissime commentatus est, his uerbis enarrauit.  
 ἔστι μὲν φαινόμενα ὡς ζῶα μετὰ τὴν ἐκτροσιν, ἕκ ἐστὶ  
 δὲ ὡς θνήσκοντα μετὰ ταῦτα. καὶ ἐστὶν ὄσω φαντασίᾳ  
 μὲν παρατίνα ὄντα. δύναμις δὲ ἕκ ἐστὶ. Antiquos  
 autem Romanos Varro dicit non recepisse huiusce-  
 modi quasi monstrosas raritates. Sed nono mense, aut  
 decimo, neq; præter hos alios partionem mulieris secū-  
 dum naturam fieri existimasse. Itaqueq; eos nomina  
 parca tribus fecisse à pariendo, & à nono, atq; de-  
 cimo mense. Nam parca inquit, immutata litera una  
 à partu nominata. Item nona & decima à partus  
 tempestiui tempore. Cesellius autem uindex in lectio-  
 nibus suis antiquis tria inquit, nomina parcarum  
 sunt. Nona. Decima. Morta. Et uersum hunc Liviij  
 antiquissimi poetæ ponit ex ὀδία. Quando dies  
 adueniet, quæ profata morta est? Sed homo minima  
 malus Cesellius mortam quasi nomen accepit, cū acci-  
 pere quasi μοῖρα deberet. Præterea ego de partu hæc

mano, præterquam quæ scripta in libris legi, hoc quoq; uenisse usu Romæ comperi. Fœminam bonis, atq; honestis moribus, non ambigua pudicitia in XI. mense post mariti mortem peperisse. Factumq; esse negotium propter rationem temporis, quasi marito mortuo, postea concepisset. quoniam X uiri in decem mensibus gigni hominem, non in undecimo scripsissent. Sed diuum Hadrianum causa cognita, decreuisse in XI. quoq; mense partum edi posse. Idq; ipsum eius rei decretum nos legimus. In eo decreto Hadrianus id statuere se dicit, requisitis ueterum philosophorum, & medicorum sententijs. Hodie quoq; in satyra forte. M. Varronis legimus, quæ inscribitur testamentum,

» uerba hæc. Siquis mihi filius, unus, plures uel in  
 » decem mensibus gignuntur: ij, si erunt ὄροι αὐράς, ex-  
 » hæredes sunt. Quod si quis undecimo mense, κατ'  
 » ἀριστέλην natus esto, Actio idem, quod Titio ius esto  
 » apud me. Per hoc uetus prouerbum Varro signifi-  
 cat sicuti uulgo dici solitum erat de rebus inter se ni-  
 hil distantibus, Idē Accij quod Titij, ita pari, eodēq;  
 iure esse in X. mensibus natos, & in XI. Quod si ita,  
 neq; ultra decimum mensem foetura mulierum protol-  
 li potest: quæri oportet, cur Homerus scripserit Ne-  
 ptunum dixisse puellæ a se recens compressæ.

χῆρε νῦν φιλόπτι, περιπλομένῃ δ' ἰν' αὐτοῦ  
 τέξῃς ἀγλαὰ τέκνα, ἔπει δ' οὐκ ἀποφώλιοι εὐνοῖ  
 ἀθανάτων.

Id cum ego ad cōplures grāmaticos attulissem: par-  
 tim eorū disputabant, Homeri quoq; ætate, sicuti Ro-  
 muli,

nulli, annum fuisse, non XII. mensium sed X. Alij  
 conuenisse Neptuno, maiestatiq; eius dicebant: ut lon-  
 gior tempore foetus ex eo graderet. Alij alia quæ-  
 dam iugalia. Sed Phavorinus mihi ait περιλωμέ-  
 νον ἐνιαυτῶν, non confecto esse anno. sed affecto. In qua-  
 re usus est uerbo non uulgarie significationis. Affecta  
 enim, sicuti M. Cicero, & ueterum elegantissimi loci  
 ti sunt: ea proprie dicebantur: quæ nõ ad finem ipsum,  
 sed proxime finem progressa, deducta uel erant. Hoc  
 uerbum ad hanc sententiã in Ciceronis oratione fuit:  
 quam dixit de provincijs consularibus. Hippocrates  
 autem in eo libro, de quo supra scripsit: cum & nu-  
 merum dierum, quibus conceptum in utero coagulum  
 conformatur: & tempus ipsius partionis nono aut de-  
 cimo mense definisset: neq; id tamen semper eadem  
 esse fini dixisset: sed alijs ocyus fieri, alijs serius, hisce  
 ad postremum uerbis usus est. γίνεται δὲ ἐν τούτοις  
 καὶ πλείω. καὶ ἐλάσσω. καὶ ὅλου. κατὰ μέρος. καὶ εἴ πο-  
 μιν δὲ καὶ πλείω πλειόνων. καὶ ἐλάσσω ἐλασσόνων.  
 quibus uerbis significat quod aliquando ocyus fie-  
 ret: non nullo tamen fieri ocyus. Neq; quod serius:  
 multo serius. Memini ego Romæ accurate hoc, atque  
 sollicite quæsitum, negotio non rei tunc parue postulan-  
 te, an VIII. mense infans ex utero uiuus editus, et sta-  
 tim mortuus ius trium liberorum suppleuisset, cum  
 abortio quibusdam, non partus uideretur mensis octa-  
 ui intempestiuitas. Sed quoniam de Homero annuo  
 partu, ac de xi. mense diximus quæ cognoueramus:  
 uisum est non prætereundum, qd̄ in Plinij secundi li-

bro. VII. naturalis historiae legimus. Id autem quia  
 extra fidem esse uideri potest, uerba ipsius Plinij po-  
 » suimus. Massurius author est, L. Papyrium prae-  
 » rem secundo haerede lege agente, bonarum possessio-  
 » nem contra eum dedisse: cum mater partum, se. XIII.  
 » mensibus tulisse diceret: quoniam nullum certum tem-  
 » pus pariendi, statum ei uideretur. In eodem li. Plin-  
 » nij secundi uerba haec scripta sunt. Oscitatio in ni-  
 » xu letalis est, sicut sternuisse a coitu, abortiuum.

Quod tres libros Plato Philolai Pythagorici, et  
 Aristoteles pauculos Speusippi philosophi mercati  
 sunt pretijs fidem non capiētibus. Cap. XVII.

Emoriae mandatum est, Platonem philoso-  
 » phum tenui admodum pecunia familiari  
 fuisse. Atque eum tamen tres Philolai Pytha-  
 » gorici libros decem millibus denarium mercatum. Id  
 ei pretium donasse quidam scripserunt amicum eius  
 Dionem Syracusanum. Aristotelem quoque traditum  
 libros pauculos Speusippi philosophi post mortem eius  
 emisse talentis atticis tribus. ea summa fit nummi no-  
 » stri HS duo C. LXX. millia. Τιμων amarulentus  
 librum maledicentissimum conscripsit, qui σίλλος  
 » inscribitur. in eo libro Platonem philosophum tenui  
 admodum pecunia familiari fuisse contumeliose ap-  
 » pellat: quod impenso pretio librum pythagoricae di-  
 » sciplinae emisset. Ex quo Timaeum nobilem illum dia-  
 » logum continuasset. Versus super ea re Τιμωνος hi sunt.  
 » καὶ οὐ πλάτων καὶ γὰρ σε μαθητὴν ὀπίσθος ἔχει.

πολλῶς

πολλῶν δ' ἀργυρίων ὀλίγην ἡλλαξας βιβλον  
ὄθει ἀπαρχόμενος γράρειν ἐδιδάχθης.

Quid sint pedarij senatores, & quam ob causam  
ita appellati. Quāq; habeant originem uerba hæc  
ex edicto tralaticio consulum. Senatores, quibusq; in  
senatu sententiam dicere licet. Caput XVIII.

Non pauci sunt, qui opinantur pedarios se-  
natores appellatos, qui sententiam in sena-  
tu non uerbis dicerent, sed in alienam sen-  
tentiam pedibus irent. Quid igitur cum SENAT. Con-  
sult. per discessionem fiebat, non ne uniuersi senato-  
res sententiam pedibus ferebant? Atq; hæc etiā uo-  
cabuli istius ratio dicitur, quam C. Bassus in commē-  
tarijs suis scriptam reliquit. Senatores enim dicit in  
ueterum ætate, qui curulem magistratum gessissent:  
curru solitos honoris gratia in curiam uehi: in quo  
curru sella esset: supra quam considerent: quæ ob  
eam causam curulus appellaretur. Sed eos Senato-  
res, qui magistratum curulem non dum ceperant:  
pedibus itauisse in curiam. Propterea senatores non  
dum maioribus honoribus functos pedarios nomina-  
tos. M. autem Varro in satyra Menippea, quæ  
ἰπποκύων. inscripta est. equites quosdam dicit peda-  
rios appellatos. Videturq; eos significare, qui non dū  
a CENS. in senatum lecti erant: senatores non erant.  
Sed qui honoribus populi usi quidem erant: in sena-  
tum ueniebant, & sententiæ ius habebant. Nam &  
curulibus magistratibus functi, qui non dum a

CENS. in senatum lecti erant, senatores non erant. Et quia in postremis scripti erant: non rogabantur sententias, sed quas principes dixerant, in eas descendebant. Hoc significabat edictum, quo nunc quoque COSS. cum senatores in curiam uocant: seruanda consuetudinis causa translaticio utuntur. Verba edicti haec sunt. Senatores, quibusque in senatu sententiam dicere licet. Versum quoque Laberij, in quo id uocabulum positum est: notari iussimus: quem legimus in mimo, qui scripturae inscriptus est.

- » Caput sine lingua, pedaria sententia est.  
 Hoc uocabulum a plerisque barbare dici animaduertimus, nam pro pedarijs pedaneos appellant.

Qua ratione C. Bassus scripserit, parcum hominem appellatum, et quam eius uocabuli causam putarit: et contra quem in modum, quibusque uerbis Phauorinus hanc traditionem eius eluserit.

## Caput XIX.

- Pud coenam Phauorini philosophi cum discubitu fuerat: coeptusque erat apponere cibis: seruis assistens mensae eius legere inceperat, aut graecarum quid literarum, aut nostratum, uelut eo die, quo affui ego, legebatur C. Bassi eruditi uiri liber de origine uerborum et uocabulorum. in quo ita scriptum fuit. Parcus  
 » composito uocabulo est, quasi par arcae. quando sicut  
 » in arca omnia reconduntur: eiusque custodia seruatur,  
 » et continentur: ita homo tenax, paruusque contentus,  
 » omnia custodita, et recondita habet sicuti arca.

quam ob causam parcus, quasi per arcae nominatus est. Tum Phauorinus, ubi hæc audiuit, superstitionose inquit, & nimis moleste, atq; odiose confabrat, commolitusq; magis est originem uocabuli C. iste Bassus, quam enarrauit. Nam si licet res dicere commenticias: cur non probabilius uideatur, ut accipiamus parcum ob eam causam dictum, quod pecuniam consumi, atq; impendi arceat, & prohibeat quasi pecuniarcus. Quin potius, quod simplicius inquit, ueriusq; est, id dicimus? Parcus enim neq; ab arca, neq; ab arcendo, sed ab eo, quod est parum & paruum denominatus est.

AULI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARIJ.  
LIBER QVARTVS.

Sermo quidam Phauorini philosophi cum grammatico iactantiore factus in Socraticum modum, atq; ibi in sermone dictum, quibus uerbis fenus à Q. Scaeuola definita sit. Caput Primum.

**I**N uestibulo ædium palatarum  
omnis fere ordinum multitudo opperientes salutationem Cæsaris con-  
stiterant. Atq; ibi in circulo doctorum hominum Phauorino philosopho presente ostentabat quispiam grammaticæ rei doctior, scholice quædam nugalia, de generibus & casibus uocabulorum

differens, cum arduis supercilijs uocisq; & uultus grauitate composita, tanquam interpres, & arbiter Sibyllæ oraculorum. Tum aspiciens ad Phauorinū, quāquam ei etiam non dum satis notus esset: Penus quoq; inquit, uarijs generibus dictum, & uariæ declinatum est. Nam & hoc penus, & hæc penus, & huius peni, & penoris, & penitiris, & penoris ueteres dictauerunt. Mundum quoq; muliebrem Lucilius in satyrarum. XVI. non uirili genere, ut ceteri, sed neutro appellauit his uersibus.

Legauit quidam uxori mundum omne, penumq; Quid mundū? quid non? nam quis diiudicet istuc? Atq; omnium horū, & testimonijs, & exemplis constrepebat. Cumq; nimis otiose sibi placeret: intercessit placide Phauorinus: & iam bone inquit, magister, quicquid est nomen tibi, abunde multa docuisti, quæ quidem ignorabamus: & scire haud sanè postulabamus. Quid enim refert mea, eiusq; qui cum loquor, quo genere penum dicam, aut in quas extremas literas declinem, si nemo id, non nimis barbare fecerit? Sed hoc plane indigeo addiscere, quid sit penus, & quo sensu id uocabulum dicatur: ne rem quotidiani usus, tanquam qui in uenalibus latine loqui tētant: alia quā oportet, uoce appellem. Queris inq; rem minime obscuram. Quis adeo ignorat penum esse, uinum, & triticum, & oleum, & lentem, & fabam, atq; huiusmodi cætera? Etiam ne inquit Phauorinus, milium, & panicum, & glans, & ordeum penus est? sunt enim propemodum hæc quoq; eiusmodi. Cūq; ille reticens hæreret: nolo inquit, hoc iam



labores, an ista, quæ dixi, penus appellentur. Sed potes ne mihi non speciem aliquam de penu dicere, sed definire genere proposito, & differentijs appositis quod sit penus? Quot sint penus genera, & quas differentias dicas? non hercle intelligo. Rem inquit Phauorinus plane dicā. Postulas quod difficilius est, dici planius. Nam hoc quidem per uulgatum est, definitionem omnem ex genere, & differentia consistere. Sed si itē mihi præmandare, quod aiunt, postulas: faciam sane id quoq; honoris tui habendi gratia, atq; deinde ita exorsus est. Si inquit, ego te nunc rogem, uti mihi dicas, & quasi circumscribas uerbis, quid homo sit: non opinor respondeas hominem esse te, atq; me. Hoc enim quis homo sit, ostendere est, non quid homo sit, dicere. Sed si inquam peterem, ut ipsum illud, quod homo est, defines, tum profecto mihi diceres hominem esse mortale animal rationis, & scientiæ capiens: uel quo alio modo diceres, ut eum à cæteris animalibus omnibus separares. Perinde igitur nunc te rogo, ut quid sit penus dicas, non ut aliquid ex penu nomines. Tum ille ostentator, uoce iam molli, atq; demissa, philosophias inquit, ego non didici, nec discere appetui. Et si ignoro, an ordeum ex penu sit, aut quibus uerbis penus definiatur: non ea re, literas quoq; alias nescio. Scire inquit, ridens iam Phauorinus, quid penus sit, non ex nostra magis est philosophia, quam grāmatica tua. Memnisti enim credo, quæri solitum, quid Virg. dixerit penum instruere, uel longam, uel longo ordine. Vtrumq; enim profecto scis legi solitum. Sed ut faciam æquiore animo ut sis, ne illi qui-

dem ueteris iuris magistri, qui sapientes appellati sunt: definisse satis recte existimantur, quid sit penus. Nam Q. Scaeuolam ad demonstrandum penum his uerbis usum audio. Penus est inquit, quod esculentum, aut poculentum est. Quod. n. ipsius patris familias, aut liberorum patris familias eiusque familiae, quae circa eos, aut liberos eius est, et opus non facit, causa paratum est, ut Mutius ait, penus uideri debet. Nam quae ad edendum, bibendumque in dies singulos prandii, aut coenae causa parantur, penus non sunt. Sed ea potius, quae huiusce generis longae uisionis gratia contrahuntur, et reconduntur ex eo, quod non in promptu sine, sed intus, et penitus habeantur, penus dicta sunt.

Haec ego inquit, cum philosophiae me dedissem, non insuper tamen habui discere: quin ciuibus Romanis latine loquentibus, rem non suo uocabulo demonstrare, non minus turpe esset: quam hominem non suo nomine appellare. Sic Phauorinus sermones in genus commune a rebus paruis, et frigidis abducebat ad ea, quae esset magis utile audire, ac discere, non allata extrinsecus, non per ostentationem: sed indidē nata, acceptaque. Praeterea de penu ad scribendum hoc etiam putauit. Ser. Sulpitium in reprehensis Scaeuolae capitibus scripsisse. Seio Helio placuisse, non quae esui, et potui forent: sed thus quoque, et cereos in penu esse. quodque esset eius ferme rei causa comparatum. Massurius autem Sabinus in iuris ciuilis secundo, etiam quod iumentorum causa apparatus esset: quibus dominus uteretur: penori attributum dicit. Ligna quoque, et uirgas, et carbones, quibus conficeretur pe-

nus, quibusdam ait uideri esse in penu. Ex ijs autem, que promercalia, & usuaria in locis hisdem essent: ea sola esse penoris putat, que sint usu annuo.

Quid differat morbus, & uitium, & quam uim habeant uocabula ista in edicto ædilium, & an eunuchus, & steriles mulieres redhiberi possint, diuersæq; super ea re sententiæ. Caput II.

In edicto ædilium curulium, qua parte de  
 i mancipijs uendundis cautum est: scriptum  
 sic fuit. titulus seruorum singulorū, ut scri-  
 ptus sit curato, ita uti intelligi recte possit, quid mor-  
 bi uitiq; cuiq; sit. Quis fugitiuus erro'ue sit. Noxa  
 ue solutus non sit. Præterea quæsierunt iureconsulti  
 ueteres, quid mancipiū morbosum, quid ue uitiosum  
 recte diceretur. Quātumq; morbus a' uitio differ-  
 ret. Cælius Sabinus in libro, quem de edicto ædiliū  
 curuliū composuit: Labeonem refert, quid esset mor-  
 bus hisce uerbis definisse. Morbus est habitus cu-  
 iusq; corporis contra naturam, qui usum eius facit de-  
 teriorem. Sed morbum aliās in toto corpore accidere  
 dicit, aliās in parte corporis. Totius corporis morbum  
 esse, ueluti phlogis, aut febris. Partis autem ueluti  
 cæcitas, aut pedis debilitas. Balbus autem inquit, &  
 Atypus uitiosi magis quam morbofi sunt, & e-  
 quus mordax, aut calcitro, uitiosus, non morbo-  
 sus. Sed cui morbus est, is etiam uitiosus est. Neq;  
 id tamen contra fit. Potest qui uitiosus est, non mor-  
 bosus esse. Quamobrem cum de homine morbo-

so ageretur, nequaquam inquit, ita diceretur, quando  
 ob id uitium minoris erit. De eunucho quidem que-  
 situm est, an contra edictum ædilium uideretur ue-  
 nudatus, si ignorasset emptor eum eunuchum esse.  
 Labeonem respondisse aiunt, redhiberi posse quasi  
 morbosum. Sues autem foeminas si steriles essent, &  
 uenum issent, ex edicto ædilium posse agi Labeonem  
 scripsisse. De sterile autem muliere, si natua sterilita-  
 te sit: Trebatium contra Labeonem respondisse di-  
 cunt: nam cum redhiberi eam Labeo, quasi minus sa-  
 nam putasset: necesse autem Trebatium ex edicto ap-  
 posuisse, si ea mulier a principio genitali in sterilita-  
 te esset. At si ualetudo eius offendisset: exq; ea uitium  
 factum esset: ut concipere foetus non posset: tum sanam  
 non uideri, & esse in causa redhibitionis. De Myope  
 quoq; qui luscitosus latine appellatur, & τριπιδου  
 dissensum est. Alij enim redhiberi omnino debere,  
 alij contra, nisi id uitium morbo contractum esset.  
 Eum uero, cui dens deesset: Seruius redhiberi posse  
 respondit. Labeo in causa esse redhibendi, negauit.  
 Nam & magna inquit, pars dente aliquo carent.  
 Neq; eo magis pleriq; homines morbofi sunt. Et ab-  
 surdum admodum est dicere, non sanos nasci homi-  
 nes, quoniam cum infantibus non simul dentes gignu-  
 tur. Non pretereundum est, id quoq; in libris uete-  
 rum iuris peritorum scriptum esse, morbum, & ui-  
 tium distare. Quod uitium perpetuum, morbus, cu-  
 accessu, discessuq; sit. Sed hoc si ita est, neq; cæcus,  
 neq; eunuchus morbus est, contra Labeonis, qua su-  
 pra dixi, sententiam. Verba Massurij Sabini appo-  
 sui, ex

» sui, ex libro iuris civilis secundo. Furiosus mi-  
 » tus'ue, cui'ue quod membrum lacerum, laesumq; est,  
 » aut obest, quo ipse minus aptus sit, morbofi sunt. Qui  
 » non longe uidet, tam sanus est, quam qui tardius cur-  
 rit.

Quod nullae fuerint rei uxoriae actiones in urbe  
 Roma ante Carbilianum diuortium, atq; inibi quid  
 sit proprie pellex, quaeq; eius uocabuli ratio sit.

Caput III.

Emoriae traditum est. D. fere' annis post Ro-  
 m mam condita nullas rei uxoriae neq; actio-  
 nes, neq; cautiones in urbe Roma, aut in  
 Latio fuisse, quia profecto nihil desyderabantur, nul-  
 lis etia tunc matrimonijs diuertentibus. Seruius quoq;  
 Sulpitius in libro, quem composuit de dotibus, Tum-  
 primum cautiones rei uxoriae necessarias esse uisas  
 scripsit. cum Sp. Carbilus, cui Ruga cognomentum  
 fuit, uir nobilis diuortium cum uxore fecit: quia li-  
 beri ex ea, corporis uitio non gignerentur, anno ur-  
 bis conditae quingentesimo uicesimo tertio, M. Atilio  
 P. Valerio COSS. Atq; is Carbilus traditur uxo-  
 rem, quam dimisit, egregie dilexisse, charissimamq;  
 morum eius gratia habuisse: & iuris iurandi reli-  
 gionem animo, atq; amori praeuertisse: quod iurare  
 a CENS. coactus erat, uxorem se liberorum queren-  
 dorum gratia habiturum. Pellicem autem appella-  
 tam, probrosamq; habitam, quae iuncta, consuetaq;  
 esset cum eo, in cuius manu, mancipioq; alia matri-  
 monij causa foret: hac antiquissima lege ostenditur,  
 quam Numae regis fuisse accipimus. Pellex adem

Iunonis non tangito. Si tangit, Iunoni crinibus dimissis agnum foeminam cedito. Pellex autem quasi πάλλαξ, idest quasi παλλακίς. ut pleraq; alia, ita hoc quoq; uocabulum de græco flexum est.

Quid Seruius Sulpitius in libro, qui est de dotibus, scripserit de iure, atq; more ueterum sponsaliorum.

Caput

IIII.

Sponsalia in ea parte Italiae, quae Latium appellatur, hoc more, atq; iure solita fieri scripsit Seruius Sulpitius in libro, quem scripsit de dotibus. Qui uxorem inquit, ducturus erat, ab eo, unde ducenda erat: stipulabatur eam in matrimonium ductum iri. qui daturus erat: itidem spondebat. Is contractus stipulationum, sponsionumq; dicebatur sponsalia. Tunc quae promissa erat, sponsa appellabatur: qui sponso daturus erat, sponsus. Sed si post eas stipulationes uxor non dabatur, aut non ducebatur: qui stipulabatur ex sponso agebat: Iudices cognoscebant. Iudex quam ob rem data, accepta'ue non esset uxor, querebat. Si nihil iustae causae uidebatur: litem pecunia aestimabat. Quantiq; interfuerat eam uxorem accipi: aut dari eum, qui sponso daturus erat, aut qui stipulatus erat: condemnabat. Hoc ius sponsaliorum obseruatum dicit Seruius ad id tempus, quo ciuitas uniuerso Latio lege iulia data est. Haec eadē Neratius scripsit in libro, quem de nuptijs composuit.

Historia narrata de perfidia aruspicum hetruscorum,

rum, quodq; ob eam rem uersus hic a pueris Romæ  
urbe tota cantatus est. Malum consilium consultori pes-  
simum est.

## Cap. V.

Tatua Romæ in comitio posita Horatij Co-  
clitis fortissimi uiri de cælo tacta est. Ob  
id fulgur piaculis luendum aruspices ex  
Hetruria acati inimico, atque hostili in populum Ro-  
manum animo, instituerant eam rem contrarijs reli-  
gionibus procurare. Atq; illam statuam suaserunt in  
inferiorem locum perperam transponi: quem sol op-  
positu circumundiq; aliarum ædium nunquam il-  
lustraret. Quod cum ita fieri persuasissent: delati  
ad populum, proditiq; sunt. Et cum de perfidia con-  
fessi essent: necati sunt. Constititq; eam statuam per-  
inde, ut ueræ rationes post compertæ monebant: in  
locum editum subducendam. Atq; ita in area Vulca-  
ni sublimiori loco statuendam. Ex qua res bene ex-  
prosperare Rei p. cessit. Tunc igitur quod in Hetruscos  
aruspices male consulentes animaduersum, uindicta-  
tumq; fuerat: uersus hic scite factus, cantatusq; esse  
pueris urbe tota fertur.

Malum consilium consultori pessimum est.

Ea histria de aruspiciibus, ac de uersu isto senario scri-  
pta est in annalibus maximis libro. xi. Et in Verrij  
Flacii libro primo rerū memoria dignarum. Videtur  
aut hic uersus de græco illo Hesiodi uersu expressus.

ἢ δὲ κακὴ βραχὶ τῷ βραχὺσάντι κακίση.

Verba ueteris senatus consulti ista, quo Decretum  
est hostijs maioribus expiandum, q in sacrario hastæ

martiae mouissent. Atq; ibi enarratum, quid sint hostiae succidaneae. Quid item tempora praecidanea. Et quod Capito Attius ferias quasdam praecidaneas appellauit.

Caput

VI.

¶ In terrā mouisse nuntiari solet, eaq; res procuratur: ita in ueteribus memorijs scriptum legimus, nuntiatum esse senatui in sacrario, in regna hastas martias mouisse. Eius rei causa senatus con. factum est M. Ant. Au. Posthu. COSS. eiusq; exemplum hoc est. Quod C. Iulius. L. filius Ponti. nuntiauit in sacrario, in regna hastas martias mouisse, D.E.R.I.C. ut M. Ant. con. hostijs maioribus Ioui, & Marti procuraret: quod & ceteris dijs, quibus uideretur placandis, uti procurasset, satis habendum censuerunt. Siquid succidaneis opus esset, Robigus accederet. Quod succidaneas hostias senatus appellauit: quæri solet, quid uerbum id significet. In Plauti quoq; comædia, quæ Epidicus in scripta est: super eodem ipso uerbo requiri audio in his uersibus.

- » Men' piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam,  
 » Ut meum tergum stultitiæ tuæ subdas succidaneum?  
 Succidaneæ autem hostiæ dicuntur e litera per morē compositi uocabuli in, i, literam commutata. Nā quasi succidaneæ appellatæ: quoniam si primis hostijs litatum non erat: aliæ post easdem ductæ hostiæ cedebantur: quæ, quasi prioribus iam cæsis, luendi piaculi gratia subdebantur, & succidebant. ob id succidaneæ nominatæ litera, i, scilicet tractim pronuntiatæ. Audio



ta. Audio enim quosdam eam literã in hac uoce barbare corrípere. Eadem autem ratione uerbi præcidaneæ quoq; hostiæ dicuntur, quæ ante sacrificia solennia pridie cæduntur. Porcã etiam præcidaneã appellata, quã piaculi gratia, ante fruges nouas fieri cœptas immolari Cereri mos fuit, si qui familiam fu- nestam aut non purgauerant, aut aliter cã rem, quã oportuerat, procurauerant. Sed porcã, & hostias quasdam præcidaneas, sicuti dixi, appellari uulgo notum est. Férias præcidaneas dici, id, opinor, a uulgo remotum est, propterea uerba Attei Capitonis ex quinto librorum, quos de pontificio iure composuit, scripsi. ibi Cornuatio PONT. MAX. feriæ præcidaneæ in atrum diem inauguratæ sunt. Collegium de creuit, non habendum religioni, quin eo die feriæ præcidaneæ essent.

De epistola Valerij Probi grammatici ad Marcellum scripta, super accentu nominum quorundã punnicorum. Caput VII.

Alerius Probus grammaticus inter suam ætatem præstanti scientia fuit. Is Annibãlem, & Asdrubãlem, & Hamicãrem, ita pronuntiabat, ut penultimam circumspecteret: ut est epistola eius scripta ad Marcellum: in qua Plautum, & Ennium, multosq; alios ueteres eo modo pronuntiasse affirmat. Solius tamen Ennij uersum unũ ponit ex libro, qui Scipio inscribitur. Eũ uersum quadrato nemero, factum subieimus, in quo nisi tertia

A. GEL.

Syllaba de Annibalis nomine circumflexe ponatur:  
numerus claudus est. Versus Ennij, quē dixit, ita est.  
» Qui propter Annibâlis copias considerant.

Quid C. Fabritius de Cornelio Rufino homine  
auaro dixerit. Quem, cum odisset, inimicusq; esset,  
designandum tamen curauit.

Caput

VIII.

Abriti<sup>us</sup> Lucinus magna gloria uir, ma-  
f gnisq; rebus gestis fuit. P. Cornelius Rufi-  
nus manu quidem strenuus, & bellator bo-  
nus, militariq; disciplina peritus admodum fuit. Sed  
furax homo, & auaritia acri erat. Hunc Fabritius  
non probabat, neq; amico utebatur: Osusq; eum mo-  
rum causa fuit. Sed cum temporibus reip. difficilli-  
mis COSS. creandi forent, & is Rufinus peteret  
consulatum, competitorsq; eius essent imbelles qui-  
dem, & futiles: summa ope adnixus est Fabritius, uti  
Rufino consulatus deferretur. Eam rem plerisq; ad-  
mirantibus, quod hominem auarum, cui esset inimi-  
cissimus, creari COS. peteret: quem hostiliter oderat:  
Fabritius inquit, nihil est, quod miremini, si malui  
compilari, quam uenire. Hunc Rufinum postea bis  
consulatu, & dictatura functum CENS. Fabritius se-  
natum mouit ob luxuriæ notam, quod decem pondo ar-  
genti factitaret. Id autem quod supra scripsi, Fabriti-  
um de Cor. Rufino, ita in pleraq; historia scriptum  
est dixisse. M. Cicero, nō alijs a' Fabritio, sed ipsi Ru-  
fino gratias agenti, quod eius gratiam dedignatus  
non esset,

non esset, dictum esse refert in lib. ij. de oratore. Verba Ciceronis hæc sunt. Arguta etiã significatio est, cum parua re & sæpe uerbo, res obscura, & latens illustratur: ut cum C. Fabritio P. Cornelius homo (ut existimatur) auarus, & furax, sed egregie fortis, & bonus imperator gratias ageret: quod se homo inimicus consulem fecisset, bello præsertim magno & graui: nihil est quo mihi gratias agas inquit, si malui compilari, quàm uenire.

Quid significet proprie religiosus, Et in quæ diuerticula significatio istius uocabuli flexa sit. Et uerba Nigridij Figuli ex commentarijs eius super ea re sumpta.

Caput

IX.

Igidius Figulus homo (ut ego arbitror) iuxta M. Varronem doctissimus, in undecimo commentariorum grammaticorum uersum ex antiquo carmine refert memoria hercle dignum.

Religentem esse oportet, religiosum nefas.

Cuius autem id carmen sit, non scribit. Atque in eodem loco Nigridius, hoc inquit inclinamentum semper huiusmodi uerborum, ut uinosus, mulierosus, religiosus, numosus signat copiam quandam immodicam rei super qua dicitur: quo circa religiosus is appellabatur, qui nimia & supersutiosa religione sese alligauerat. Ea; res uitio assignabatur. sed præter ista, quæ Nigridius dicit: alio quodam diuerticulo significationis, religiosus pro casto, atque obseruanti, cohibentiq; sese certis legibus, finibusq; dici coeptus.

Simili autem modo, illa quoque uocabula ab eadem profecta origine, diuersum significare uidentur, religiosi dies, & religiosa delubra. Religiosi enim dies dicuntur tristi omine infames, impeditique, in quibus & res diuinas facere, & rem quampiam nouam exordiri temperandum est: quos multitudo imperitorum praeue, & perperam nefastos appellant. Itaque Marcus Cicero in lib. epistolarum. IX. Ad Atticum: maiores inquit, nostri funestorem diem esse uoluerunt alliensis pugnae, quam urbis captae, quod hoc malum ex illo. Itaque alter religiosus etiam nunc dies, alter in uulgo ignotus. Idem tamen M. T. in oratione de accusatore constituendo, religiosa delubra dicit, non ominosa, nec tristia, sed maiestatis, uenerationisque plena. Massurius autem Sabinus in commentarijs, quos de indigenis composuit: religiosum inquit est, quod propter sanctitatem aliquam remotum, ac sepositum a nobis est. Verbum a relinquendo dictum, tanquam ceremoniae a carendo. Secundum hanc Sabinum interpretationem templa quidem, ac delubra, quia horum cumulus in uituperationem non cadit, ut illorum, quorum laus immodesta est, quae non uulgo, ac temere, sed cum castitate, ceremonisque aduenda, & reuerenda, & reformidanda sunt, magis quam inuulganda. Sed dies religiosi dicti, quos ex contraria causa propter omnis diritatem relinquimus. Itaque ait Terentius in eunu.

» Tum quod dem, recte est.

» Nam nihil esse mihi religio est dicere.

Quod si (ut ait Nigidius) omnia istiusmodi inclinamenta,

imenta, nimum, ac præter modum significant, et ier-  
circo in culpas cadunt, ut uinosus, mulierosus, uerbo-  
sus, morosus, famosus, cur ingeniosus, & formosus,  
& officiosus, & speciosus, quæ pariter ingenio, et for-  
ma, & officio inclinata sunt: cur etiam disciplino-  
sus, consiliokus, uictoriosus, quæ M. Cato ita affigura-  
uit: cur item facundiosa, quod Sempronius Assellio  
XIII. rerum gestarum ita scripsit: Facta sua spe-  
ctare oportere, dicta non, si minus facundiosa essent:  
cur inquam ista omnia, nunquam in culpam, sed in  
laudem dicuntur? quâquam hæc quoq; incrementum  
sui nimum demonstrant. An propterea, quia illis  
quidem, quæ supra posui, adhibendus est modus qui-  
dam necessarius? Nam & gratia, si nimia, atq; im-  
modica, & mores, si multi, atq; uarij, & uerba, si per-  
petua, atq; infinita, & obtundentia, & fama, si ma-  
gna, & inquieta, & inuidiosa sit: neq; laudabilia,  
nec utilia sunt. Ingenium autem, & officium, & for-  
ma, & disciplina, & consilium, & uictoria, & fa-  
cundia, sicut ipse uirtutum amplitudines nullis fini-  
bus cohibentur: sed quanto maiora, auctioraq; sunt:  
etiam tanto laudatiora sunt.

Quid obseruatum de ordine rogandarum senten-  
tiarum in senatu, iurgiorumq; in senatu C. Cesaris  
consulis, & M. Catonis diem dicendo eximentis.

Caput X.

Nte legem, que nunc de senatu habendo ob-  
seruatur: ordo rogandi sententias uarij fuit.  
Alias primus rogabatur, qui a CENS.

princeps in senatum lectus fuerat. Alias qui designati COSS. erant. Quidam e' COSS. studio aut necessitudine aliqua adducti, quem ijs uisum erat, honoris gratia extra ordinem sententiam primum rogabant. Obseruatum tamen est, cum extra ordinem fieret: ne quis quenquam ex alio quam ex consulari loco sententiam primum rogaret. C. Caesar in consulatu, quem cum M. Bibulo gessit, quatuor solos extra ordinem rogasse sententiam dicitur. Ex ijs quatuor principem rogabat M. Crassum. Sed postquam filiam Cn. Pompeio desponderat: primum coepit Pompeium rogare. Eius rei rationem reddidisse eum senatui Tiro Tullius M. Ciceronis libertus refert. itaque se ex patrono suo audisse scribit. Id ipsum Capito Atticus in libro, quem de officio senatorio composuit, scriptum reliquit. In eodem libro Capitonis, id quoque scriptum est. C. inquit Caesar consul M. Catonem sententiam rogauit. Cato, rem, quam consulebatur, quoniam non e' rep. uidebatur: per se non uolebat. Eius rei gratia ducenda longa oratione utebatur. Eximebatque dicendo diem. Erat enim ius senatori, ut sententiam rogatus, diceret ante quicquid uellet, alius rei, et quoad uellet. Caesar COS. uictorem uocauit. Eumque cum finem non faceret: prehendi loquentem, et in carcerem duci iussit. Senatus consurrexit, et prosequeretur Catonem in carcerem. Hac inquit, inuidia facta, Caesar desistit: et mitti Catonem iussit.

Quae, qualiaque sint, quae Aristoxenus, quasi magis comperta de Pythagora memoriae commendauit,

Quae item Plutarchus in eundem modum de eodem Pythagora scripserit. Cap. XI.

Pinio uetus falsa occupauit, & conualuit  
 Pythagoram philosophum non esitauisse  
 ex animalibus. Item abstinuisse fabulo,  
 quem κνάμων graeci appellant. Ex hac opinione Cal-  
 limachus poeta scripsit.

καὶ κνάμων ἀπὸ χείρας ἔχεν ἀνιώντων ἔδοθαι  
 ἢ ἀγὼ πυθαγόρας ὡς ἐκέλευε λέγω.

Ex eadem item opinione M. Cic. in lib. de diuina-  
 tione primo, haec uerba posuit. Iubet igitur Pla-  
 to sic ad somnum proficisci corporibus affectis, ut ni-  
 hil sit, quod errorem animis, perturbationemq; affe-  
 rat. Ex quo etiam Pythagoreis interdictum puta-  
 tur, ne faba uescerentur: quae res habet inflationem  
 magnam. Is cibus tranquillitatem mentis quæren-  
 tibus constat esse contrarius. Haec quidem M.  
 Cic. Sed Aristoxenus musicus uir literarum uete-  
 rum diligentissimus, Aristotelis philosophi auditor,  
 in libro, quem de Pythagora reliquit: nullo sepius  
 legumento Pythagoram dicit usum, quam fabis, quo-  
 niam is cibus & subduceret sensum aluum, & leui-  
 garet. Verba ista Aristoxeni subscripsi.

πυθαγόρας δὲ τῶν ὀσπρίων μάλιστα τὸν κνάμων ἐδοκί-  
 μασε λίαν κινητικὸν τε γὰρ εἶναι, καὶ διαφορητικόν.  
 διὸ καὶ μάλιστα κέχρηται αὐτῷ. Porculis quoque  
 minusculis, & haedis tenerioribus uictitasse idem  
 Aristoxenus refert. Quam rem uidetur cogno-  
 uisse ex Xenophilo pythagorico familiari suo, et ex  
 quibusdam alijs natu maioribus, qui ab aetate Py-  
 thagoræ, haud multum aberant. Ac de Animalibus

Alexis etiam poeta in comoedia, quae Pythagorae vita inscribitur: docet. Videtur autem de *κνάμων*, non esitato causam erroris fuisse, quia in Empedoclis carmine, qui disciplinas Pythagorae secutus est, uersus hic inuenitur.

δειλοί πάνδειλοι κνάμων ἀπὸ χεῖρας ἐλίθαι.

Opinati enim sunt plerique *κνάμων* legumentum à vulgo dici. Sed qui diligentius scitiusque carmina Empedoclis arbitrati sunt, *κνάμων* hoc loco testiculos significare dicunt. Eosque more Pythagorae aperte, atque symbolice *κνάμων* appellatos, quo sunt  
*ῥ' ἄ τὸ κνεῖν δεινοί. καὶ αἴτιοι τοῦ κνεῖν.*

Itaque in Empedocli uersu isto non à fabulo edendo, sed à rei uenerae proluvio uoluisse homines deducere. Plutarchus quoque homo in disciplinis graui authoritate in primo librorum, quos de Homero composuit: Aristotelem philosophum scripsit, eadem ipsa de Pythagoricis scripsisse, quod non abstinerunt edundis animalibus, nisi pauca carne quadam. Verba ipsa Plutarchi (quoniam res inopinata est) subscripsi. *ἀριστοτέλης δὲ, μήτρας. καὶ καρδίας, καὶ ἀκαλύφης. καὶ τοιούτων ἄλλων ἀπέχεσθαι φησι τὸς πυθαγορικῶς. χρῆσθαι δὲ τοῖς ἄλλοις. ἀκαλύφη* autem est animal maximum: quod urtica appellatur: sed & piscibus nonnullis abstineri Pythagoricos Plutarchus in symposiacis dicit. Pythagorā uero ipsum, sicut celebre est, Euphorbum primo se fuisse dictitasse. ita haec remotiora sunt ijs, quae Ctearchus, & Diæarchus memoriae tradiderunt, fuisse eum postea Pyrandrum, deinde Callideam, deinde foeminam pul-



chra facie meretricem, cui nomen fuerit Alce.

Notæ & animaduersiones censoriæ in ueteribus  
monimentis repertæ memoria dignæ. Cap. XII.

Iquis agrum suum passus fuerat sordescere, eûq; indiligenter curabat, ac neq; arauerat, neq; purgauerat: siue quis arborem suam, uincamq; habuerat derelictam: non id sine pœna fuit. Sed erat opus censorium. Censoresq; ærarium faciabant. Item si quis eques Romanus equum habere graulentum, aut parum nitidum uisus erat: Impolitæ notabatur. Id uerbum significat, quasi tidias incuriæ. Cuius rei utriusq; authoritates sunt, & M. Cato id sepe numero attestatus est.

Quod in centiones quædam tibiæ certo modo factæ ischiacis mederi possunt. Cap. XIII.

Reditum hoc a plerisque est, & memoriæ  
mandatum, ischiadici cum maxime dolent, tum si modulis lenibus tibiæ incinat, minui dolores. Ego nuperrime in lib. Theophrasti scriptum inueni, uiperarum morsibus tibiæ scite, modulataq; adhibitum mederi. Refert & Democriti liber, qui inscribitur περι λογικῶν ἢ λογικῶν καρῶν. In quo docet plurimis hominum morsibus medicinam fuisse in centiones tibiæ. Tanta prorsus est affinitas corporibus hominum, mentibusq;, & propterea quoq; uitis, aut medelis animorû, et corporû.

A. GEL.

Narratur historia de Hostilio Mancino ædili, & Manulia meretrice. Verbaq; decreti tribunorum, ad quos a Manulia prouocatum est. Cap. XIII.

Um librum. VIII. Attei Capitonis colle-  
c ctaneorum legeremus, qui inscriptus est de iudicijs publicis, decretum tribunorum visum est grauitatis antiquæ plenum, propterea id meminimus. Idq; ob hanc causam, & in hanc sententiã scriptum est. A. Hostilius Mancinus ædilis curulis fuit. Is Manuliæ meretrici diem ad populum dixit: quod de ambulacro eius noctu lapide ictus esset. Vulnusq; ex eo lapide ostendebat. Manulia ad tribule prouocauit. Apud eos dixit, Comesatorem Mancinum ad ædes suas uenisse. Eũ sibi recipere non fuisse in æde sua. Sed cum ui irrumperet, lapidibus depulsus. Tribuni decreuerunt ædilem ex eo loco iure deiectum: quo eum uenire cum coronario non decessit. Propterea ne cum populo ædilis ageret, intercesserunt.

Defensa a culpa sententiã ex historia Sallustij, quã inimici eius cum insectatione maligne reprehenderunt. Caput XV.

e Legantia orationis Sallustij, uerborumq; facundia, & nouandi studiũ cum multa prorsus inuidia fuit. Multiq; non mediocri ingenio uiri conati sunt reprehendere pleraq; , & obrectare. In quibus plura inscite, aut maligne uelli-

tant. Nonnulla tamen uideri possunt non indigna re-  
prehensione. Quale illud in Catilinæ historia reper-  
tum est: quod habeat eam speciem, quasi parum at-  
tente dictum. Verba Sallustij hæc sunt. At mihi  
quidem, tametsi haud quaquam par gloria sequatur  
scriptorem, & authorem rerum: tamen in primis  
arduum uidetur res gestas scribere. Primum, quod  
facta dictis ex æquanda sunt. Deinde quod pleriq;  
quæ dicta reprehenderis, maleuolentia, & inuidia  
dicta putant. Vbi de magna uirtute, atq; gloria bo-  
norum memores, quæ sibi quisq; facilia factu putat:  
æquo animo accipit. Supra, ueluti ficta pro falsis du-  
cit. Proposuit inquit dicturum causas, quamob-  
rem uideatur esse arduum res gestas scribere, atque  
ibi non primū causam, sed quærelas dicit. Non enim  
causa uideri debet, cur historiae opus arduum sit: qđ  
ij, qui legunt: aut inique interpretantur quæ scripta  
sunt: aut uera esse non credant. Obnoxiam quippe,  
& obiectam falsis existimationibus eam rem dicen-  
dam, magis aiunt quā arduum, quia quod arduum  
est, sui operis difficultate est arduum: non opinionis  
alienæ erroribus. Hæc illi maleuoli reprehēsores di-  
cunt. Sed arduum Sallustius non pro difficili tan-  
tum, sed pro eo quoq; ponit, quod græci *δυχερής*,  
aut *χαλεπὸν* appellant: quod est cum difficile, tum  
molestum quoq; & incommodum, & intractabile.  
Quorum uerborum significatio, a sententia Sallu-  
stij suprascripta non abhorret.

De uocabulis quibusdam à Varrone, & Nigidio  
contra quotidiani sermonis consuetudinem declina-  
tis. Atq; inibi in id genus quædam cum exemplis ue-  
terum relata.

Ar. Varronem, & P. Nigidium uiros Ro-  
mani generis doctissimos comperimus, non  
aliter locutos esse, & scripsisse, quàm sena-  
tuis, & domuis, & fluctuis, qui est patrius casus ab  
eo, quod est senatus domus, & fluctus. huic senatui,  
domui, fluctui. Cæteraq; his consimilia pariter dixisse.  
Terentij quoq; comici uersus in libris ueteribus ite-  
dem scriptus est.

» Eius, anuis opinor causa, quæ est mortua.

Hanc eorum authoritatem quidam è ueteribus grã-  
maticis ratione etiam firmare uoluerunt: quod omnis  
datiuus singularis litera finitus i, si non similis est ge-  
nitui singularis, s litera addita, genitiuum singula-  
rem facit: ut patri patris, duci ducis, cædi cædis. Cum  
igitur inquirunt, in casu dandi huic senatui dicamus:  
genitiuus ex eo singularis senatuis est, & non sena-  
tus. Sed non omnes concedunt in casu datiuo senatui  
magis dicendum, quàm senatu. sicut Lucilius in eodem  
casu, uictu & anui dicit, non uictui, & anui, in hi-  
sce uersibus.

» Quod sumptû, atq; epulas uictu præponis honesto.

» Et alio in loco. Anui noceo inquit.

Virg. quoq; in casu dandi aspectu dicit, nõ aspectui.

» Teq; aspectu ne subtrahere nostro. Et in Geor.

» Quod nec concubitu indulgent.

Cæteram

C. etiam Cæsar grauis author linguæ latinæ, in Antiquitate. Vnius inquit, arrogantia, superbiaq; dominatuq;. Itē in Dolabella actionis illibuiti, quorum in ædibus, fanisq; posita, et honori erant, et ornatu. In libris quoq; analogicis omnia istiusmodi sine i litera dicenda censet.

De natura quarundam particularum, quæ præpositæ uerbis intendi, atq; produci barbare, atq; in scite uidentur. exemplis rationibusq; plusculis disceptatum.

Caput

XVII.

Vcilij ex undecimo uersus sunt. (lus

I Scipiadae magno improbus obijciebat a sel

Lustru, illo censore, malum infelixq; fuisse.

Obijciebat o litera producta multos legere audio.

Idq; eo facere dicunt, ut ratio numeri salua sit.

Idem infra, Et iam

Conijcere in uersus dictum præconis uolebam

Gracij. In hac quoq; prima uerbi præpositione, ob eandem causam producant. Item quintodecimo.

Subijcit hinc humilem, et suffercatus posteriorem. Subijcit u litera longa legunt: quia primam syllabam breuem esse in uersu heroico non conuenit. Item apud Plautum in Epidico cum syllabam productam pronuntiant.

Age nunc iam orna te Epidice, et pallium in cololum conijce.

Apud Virgilium quoq; subijcit uerbum produci a plerisq; audio. Item Parnasia laurus,

Parua sub ingenti matris se subijcit umbra.

k

Sed neq; ob, neq; sub præpositio producendi habent naturam: neq; item con, nisi cum eam literæ sequuntur, quæ in uerbis constituit, & confecit, secundum eam primæ sunt: uel cum eliditur ex ea n litera, sicut Salustius. Fœnoribus inquit, coopertus. In ijs autem, quæ supra posui: & metrum esse integrum potest, & præpositiones istæ possunt non barbare protendi. Secunda enim litera in his uerbis pro duo ij nõ per unum scribenda est. Nam uerbum istud, cui supradictæ particulae præpositæ sunt: non icio est, sed iacio, & præteritum non icit, sed iecit. Idq; ubi compositum est: ex, a, litera in, i, mutatur. Sicut fit in uerbis insilio, & incipio, atq; ita uim consonantis capit. Et ita ea syllaba productius, latiusq; paulo pronuntiata priorem syllabam breuem esse non patitur. Sed reddit eam positu longam. Proptereaq; & numerus in uersu, & ratio in pronuntiatu manet. Hæc, quæ diximus, eo etiam conducunt, ut quod apud Virgilium in. VI. positum inuenimus,

- » Eripe me his inuicte malis: aut tu mihi terram  
 » Inijce. Sic esse inijce, ut supra dixi, & scribendum & legendum sciamus. Nisi quis tam indocilis est, ut in hoc quoq; uerbo, in præpositionem metri causa protendat. Querimus igitur in obijcibus, o, litera qua ratione intendatur, cum id uocabulum factum sit à uerbo obijcio & nequaquam simile sit: quod à uerbo moueo motus, o litera longa dicitur. Equidem memini Sulpitium Apollinarem uirum præstanti literarum scientia, obices, & obicibus, o litera correpta dicere. In Virgilio quoq; sic eum legere.

Qua

- » *Qua ui maria alta tumescant.*
- » *Obijabus ruptis. Sed ita, ut diximus, i, literam, quæ in uocabulo quoq; gemina esse debet: paulo uberius, largiusq; pronuntiabat. Congruens igitur est, ut subijces etiam, quod perinde ut obijces compositum est, u, litera breui dici oporteat. Ennius in tragœdia, quæ Achilles inscribitur, subijces pro aere alto ponit: qui cœlo subiectus est, in his uersibus.*
- » *Ergo deum sublimes subijces, humidus*
- » *Vnde oritur imber, sonitu sæuo, & sirepitu.*
- Plerosq; omnes tamen legere audias, u, litera producta. Id ipsum autem uerbum M. Cato sub alia præpositione dicit in oratione, quam de consulatu suo*
- » *habuit. Ita hoc inquit, fert uentus ad priorem pyreneum, quos proijcit in altum. Et Pacuuius item in Anchise,*
- » *Id promontorium, cuius lingua in altum proijcit.*

*De Africano superiore sumpta quædam ex annalibus memoratu dignissima. Cap. XVIII.*

*Cipio Africanus antiquior, quanta uirtutum gloria præstiterit, & quàm fuerit altus animo, atq; magnificus, & qua sui conscientia subnixus, pluribus rebus, que dixerit, quæq; fecerit, declaratum est. Ex quibus sunt hæc duo exempla eius fiducia, ac exuperantia ingentis. Cum M. Neuius trib. ple. accusaret eum ad populum, diceretq; accepisse a Rege Antiocho pecuniam, ut conditionibus gratiosis, & mollibus pax cum eo, Po. Ro. nomine fieret. Et quædam item alia*

crimini daret, indigna tali uiro. tum Scipio pau-  
 ca præfatus, quæ dignitas uitæ suæ, atq; gloria postu-  
 labat: memoria inquit, quirites repeto diem esse ho-  
 diernum, quo Annibalem pœnum imperio nostro ini-  
 micissimum magno prælio uici in terra Africa, pa-  
 cemq; & uictoriam uobis peperit insperabilem. Nō  
 igitur simus aduersum deos ingrati, & censeo relin-  
 quamus nebulonem hunc, eamusq; nunc protinus Io-  
 ui OPT. MAX. gratulatum. Id cum dixisset, auer-  
 tit, & ire in capitolium cœpit. Tunc concio uniuersa,  
 quæ ad sententiam de Scipione ferendam conuene-  
 rat: relicto tribuno, Scipionem in capitolium comita-  
 ta, atq; inde ad ædes eius cum lætitia, & gratulatio-  
 ne solēni profecuta est. Fertur etiam oratio, quæ ui-  
 detur eo die habita a Scipione: & qui diuunt eam  
 non ueram, non eunt inficias, quin hæc quidem uer-  
 ba fuerint, quæ dixi, Scipionis. Item aliud est factum  
 eius præclarum. Petiliū quidam trib. pleb. a. M. ut  
 aiunt, Catone inimico Scipionis comparati in eū, atq;  
 immissi desiderabant in senatu instantissime, ut pe-  
 cunie antiochene prædæq; quæ in eo bello capta  
 erat: rationem redderet. Fuerat enim L. Scipionis  
 Asiatico fratri suo imperatori in ea prouincia legatus.  
 Ibi Scipio exurgit, & prolato e sinu togæ libro, ra-  
 tiones in eo scriptas esse dixit omnis pecunie, omnisq;  
 prædæ. Illa tum ut palam recitaretur, & ad æra-  
 rium deferretur. Sed enim id iam non faciam inquit,  
 nec me ipse afficiam contumelia. Eumq; librum sta-  
 tim discidit suis manibus, & concersit, egre passus;  
 quod cui salus imperij, ac reip. accepta ferri de-  
 beret:



beret: ab eo ratione pecuniæ prædatitiæ posceretur.

Quid M. Varro in logistorico scripserit, de modo  
rando uictu puerorum impubium. Cap. XIX.

**P**veros impuberes compertum est: si pluri-  
mo cibo, nimioq; somno uterentur: hebetio-  
res fieri. aduertimusq; hinc elici tarditatem.  
Corpora eorum improcera fieri, minusq; adolesce-  
re. Idem pleriq; alij medicorum, philosophorumq;  
& M. Varro in logistorico scripsit, quæ inscripta est  
Capituli, aut de liberis educandis.

Notati a censoribus, qui audientibus ijs dixerunt  
ioca quædam intempestiuer: ac de eius nota delibe-  
ratum, qui sciterat forte apud eos oscitabundus.

Capitulum XX.

**I**nter censorias seueritates tria hæc exēpla  
in literis sunt castigatissimæ disciplinæ.  
Vnum est huiusmodi. CENS. agebat de  
uxoribus solenne ius iurandum. Verba erant ita con-  
cepta. Vt tu ex animi tui sententia uxorem habes?  
Qui iurabat cauillator quidam, & canicula, & ni-  
mis ridicularius fuit. Is locum esse sibi ioci dicendi ra-  
tus, cum ita, uti mos erat, CENS. dixisset, & tu ex ani-  
mi tui sententia uxorem habes? Habeo equidem in-  
quit, uxorem, sed non hercle ex animi tui sententia.  
Tum CENS. eū, quod intempestiue lasciuisset: in æra-  
rios retulit: causamq; hanc ioci scurrilis apud se di-  
cti subscripsit. Altera seueritas eiusdem sectæ, di-

disciplinaeque est. deliberatum est de nota eius, qui ad  
 CENS. ab amico aduocatus est, & in iure stans, cla-  
 re nimis & sonore oscitauit. atque inibi prope ut ple-  
 deretur, fuit, tanquam illud iudicium uagae animae  
 foret, & hallucinantis, & fluxae, atque apertae se-  
 curitatis. Sed cum ille deierasset, inuitissimum sese,  
 ac repugnantem oscitatione uictum. tenerique eo ui-  
 tio, quod obcedo appellatur, tum notae iam destina-  
 tae exemptus est. P. Scipio Africanus Pauli filius,  
 utranque historiam posuit in oratione, quam dixit in  
 censura, cum ad maiorum mores populum horta-  
 retur. Item aliud refert Sabinus Massurius in septi-  
 mo memorabiliu seuerum factum. CENS. inquit. P. Sci-  
 pio Nasica. & M. Pompilius, cum equitum censum  
 agerent: equum nimis strigosum, & male habitum,  
 sed equitem eius uberrimum, & habitissimum uide-  
 runt. Et cur inquirunt ita est? ut tu sis, quam equus  
 curatior? Quoniam inquit, ego me curro, equum Sta-  
 tuius meus seruus. Visum est parum reuerens esse re-  
 sponsum, relatusque in aerarios, ut mos est. Statius au-  
 tem seruale nomen fuit: plerique apud ueteres serui eo  
 nomine fuerunt. Caecilius quoque ille comoediaru poe-  
 ta inclytus seruus fuit, & propterea nomen habuit  
 Statius. Sed postea uersum est quasi in cognomentum  
 appellatusque Caecilius Statius.

A V L I G E L L I N O C T I V M A T T I C A  
R V M C O M M E N T A R I I .  
L I B E R Q V I N T V S .

Quod Musonius philosophus reprehendit, impro-  
bavitq; laudari philosophum differentem a uociferan-  
tibus, & in laudando gestientibus. Cap. I.

Usonium philosophum solitum dicere  
accepimus, cum philosophus inquit hor-  
tatur, monet, suadet, obiurgat, aliud ue-  
quid disciplinarum differit: tum qui audi-  
unt, si de summo, et soluto pectore, obui-  
as, uulgatasq; laudes effutiunt, si clamitant etiã, si ge-  
stunt, si uocum eius festiuitatibus, si modulus uerbo-  
rum, si quibusdam quasi frequentamentis orationis mo-  
uentur, exagitantur, & gestunt, tum scias, & q dicit,  
& qui audit frustra esse: neq; illic philosophum loqui,  
sed tibicinem canere. Animus is inquit audiētis philo-  
sophum, quæ dicuntur utilia, ac salubria sunt, quæq;  
& errorum atq; uitiorum medicinas ferūt, laxamen-  
tum atq; otium prolixè, profusèq; laudandi non ha-  
bet quisquis ille est, qui audit: nisi ille est plane de p̄di-  
tus, inter ipsam philosophi orationem, & perhorrescat  
necesse est, & pudeat tacitus, & pœniteat, et gaudeat,  
& admiretur, uarios adeo uultus, disparilesq; sensus  
gerat, perinde, ut eum conscientiamq; eius affecerit,  
utraruq; animi partium aut syncerarū, aut aegrarū  
philosophi pertractatio. Præterea dicebat magnā lau-  
dem nō abesse ab admiratione. Admirationē autem,

A. GEL.

que maxima est: non parere uerba, sed silentium. Icarco inquit, poetarum sapientissimus, auditores illos vlyssi labores suos illustrissime narrantis, ubi loquendi finis factus, non exultare, nec strepere, nec uociferari facit. Sed consiluisse uniuersos, dicit, quasi attonitos, & obstupidos, delinimentis aurium ad origines usq; uocis permanantibus.

Super equo Alexandri Regis qui Bucephalas appellatus est. Caput II.

Quis Alexandri Regis & capite, & nomine Bucephalas fuit. Emptum Cares scripsit talentis. XIII. & regi philippo donatum, aeris nostri summa est HS. CCCXII. Super hoc equo dignum memoria uisum, quod ubi ornatus erat, armatusq; ad praelium, haud unquam inscendi sese ab alio nisi a rege passus sit. Id etiam de isto equo memoratum est: quod cum in eo insidens Alexander bello indico, & facinora faciens fortis, in hostium cuneum non satis sibi prouidens, immisisset: coniectisq; undiq; in Alexandrum telis uulneribus altis in ceruice, atq; latere equus perfossus est: moribundus tamen, ac prope iam exanguis e medijs hostibus regem uiuacissimo cursu retulit. Atq; ubi eum extra tela extulerat: ilico concidit: & deinde iam supersitis securus, quasi cum sensus humani solatio expirauit. Tum Rex Alexander parta eius belli uictoria oppidum in iisdem locis condidit: atq; ob equi honores Bucephalon appellauit.

Quae causa, quodq; initium fuisse dicatur Protagorae ad philosophiae literas adeundi. Cap. III.

Protagoram

Rotagoram uirum in studijs doctrinarum  
**P** egregium, cuius nomen Plato lib. suo illi in-  
clyto inscripsit, adolescentem aiunt uictus  
querendi gratia in mercede missum. uecturasq; one-  
rum corpore suo factitauisse, quod genus græci  
βασαύοντας uocant. Latine baiulos appellamus. Is de  
proximo rure Abderam oppidum, cuius popularis  
fuit: caudices ligni plurimos funiculo breui arcunda-  
tos portabat. Tum forte Democritus ciuitatis eiusdem  
cuius homo ante alios uirtutis, & philosophiæ gra-  
tia uenerandus, cum egrederetur extra urbem: ui-  
det eum cum illo genere oneris tam impedito, ac tam  
incohibili, facile, atq; expedite incedentem. Et prope ac-  
cedit, & iuncturā, posituramq; ligni scite, periteq;  
factam considerat. Petitq; ut paulum acquiescat.  
Quod ubi Protagoras, uti erat petitum fecit: atq; iti-  
dem Democritus aceruum illum, & quasi orbem cau-  
dicum, breui uinculo comprehensum, ratione quadā,  
quasi geometrica librari, contineriq; animaduertit:  
interrogauit quis id lignum ita composuisset: & cum  
ille a se compositum dixisset: desiderauit, uti solue-  
ret, ac demuo in modum eundem collocaret. At post  
quam ille soluit, ac similiter composuit: tum Democri-  
tus animi aciem, solertiamq; hominis non docti de-  
miratus, mi Adolefcens inquit, cum ingenium bene  
faciendi habeas: sunt maiora, melioraq;, quæ facere  
mecum possis. Abduxitq; eum statim, secumq; ha-  
buit: & sumptum ministravit: & philosophias do-  
cuit: & esse eum fecit, quantus postea fuit. Is tamen  
Protagoras insyncerus quidem philosophus, sed a-

A . G E L .

cerimus sophistarum fuit. Pecuniam quippe ingen-  
tem cum à discipulis acciperet annuam: polliceba-  
tur se id docere, qua nam uerborum industria cau-  
sa infirmior fieret fortior. Quam rem græce ita  
dicebat, τὸν ἡπὼ λόγον κρείττω ποιεῖν.

De uerbo duo & uicesimo, quod vulgo incogni-  
tum est: à uiris doctis multifariam in libris scri-  
ptum est. Caput IIII.

Pud sigillaria forte in libraria ego, &  
Iulius Paulus poeta uir memoria nostra  
doctissimus, confederamus: atq; ibi expositi  
erant Fabij annales bone, atq; synceræ uetustatis  
libri, quos uenditor sine mendis esse contendebat.  
grammaticus autem quispiam è nobilioribus ab em-  
ptore ad spectandos libros adhibitus, reperisse unum  
in libro mendum dicebat. sed contra librarius in  
quoduis pignus uocabat: si in una uspiam litera deli-  
ctum esset. Ostendebat grammaticus ita scriptum  
» in libro quarto. Quapropter tum primum ex  
» plebe alter C O S. factus est, duo & uicesimo anno,  
» postquam Romam galli ceperunt. Non inquit, duo  
& uicesimo, sed duodenicesimo scribi oportuit. Quid  
enim est duo & uicesimo? Alio quoq; loco hic ita  
» scripsit. Mortuus est anno duo & uicesimo. Rex  
» fuit anno uigesimoprimo.

Cuiusmodi ioco auillatus sit Antiochum regem  
poenus Annibal. Cap. V.

*N* libris ueterum memoriarum scriptum est Annibalem Carthaginiensem apud Regem Antiochum facetissime cauillatum esse. Ea cauillatio huiusmodi fuit. Ostendebat ei Antiochus in campo copias ingentes, quas bellum populo Romano factururus comparauerat: annuertebatque exercitum insignibus argenteis, & aureis florentem. Inducebat etiam currus cum falcibus, & elephantos cum turribus. Equitatumque frenis, ephippijs, monilibus, phaleris præfulgentem. atque ibi rex contemplatione tanti, ac tam ornati exercitus gloriabundus Annibalem aspiciat, & putas ne inquit, conferri posse, ac satis esse credis Romanis hæc omnia? Tum pœnus eludens ignauiam, imbelliamque militum eius pretiose armatorum, satis plane inquit, satis esse credo Romanis hæc omnia, etiam si auarissimi sunt. Nihil prorsum: neque tam lepide, neque tam acerbe dici potest. Rex de numero exercitus sui, ac de æpparatione aestimanda quesierat. Respondit Annibal de præda.

De coronis militaribus, quæ sit earum triumphalis, quæ obsidionalis, quæ ciuica, quæ muralis, quæ castrensis, quæ naualis, quæ oualis, quæ oleaginea.

Caput VI.

*M*ilitares coronæ multifariæ sunt. Quarum quæ nobilissimæ sunt, has ferme esse accepimus, triumphalem, obsidionalem, ciuicam, muralem, castrensem, naualem. Est ea quoque corona, quæ oualis dicitur. Est item postrema oleaginea, qua uti solent, qui in prælio non fuerunt, sed

triumphum procurant. Triumpales coronæ sunt aureæ, quæ imperatibus ob honorem triumphum mittuntur. Id vulgo dicitur aurum coronarium. Hæ antiquitus è lauro erant, post fieri ex auro cœptæ. Obsidionalis est, quã iij, qui liberati sunt obsidione: dant ei duci, qui liberavit. Ea corona graminea est: observariq; solitum ut fieret è gramine: quod in eo loco generatum esset, intra quem clausi erant, qui obsidebantur. Hanc coronam gramineam. S. P. Q. R. Q. Fabio Maximo dedit bello Pœnorum secundo, quod urbem Romam obsidione hostium liberasset. Civica corona appellatur, quã civis civi, a quo servatus est in prælio, testem vitæ salutisq; perceptæ dat. Ea fit è fronde quærna, quoniam abus, victusq; antiquissimus quercus capi solitus sit. Fit etiam ex ilice, quod genus superiori proximum est. Sicuti scriptum est in quadam comœdia Cæcilij.

- » Aduehuntur inquit, cum ilignea corona, & chlamyde. Dij uostram fidem. Massurius autem Sabinus in. XI. librorum memorabilium civicam coronam tum dari solitam dicit: cum is, qui civem servauerat: eodem tempore, etiam hostem occiderat. neq; locum in ea pugna reliquerat. Alter ius civicæ coronæ negat concessum. Tiberiũ tamen Cæsarem consultum, an civicam coronam capere posset, qui civem in prælio servasset: & hostes ibidem duos interfecisset: sed locum, in quo pugnabat, non retinisset, coq; loco hostes potiti essent: rescripsisse dicit, eum quoq; civica dignum uideri, quod appareret, è tam iniquo loco civem ab eo servatum, ut etiam a forti-



ter pugnantis retineri non quiverit. Hac corona civica L. Gel. vir censorius in senatu Cic. consulem donari a R. ep. censuit: quod eius opera esset atrocissima illa Catilinæ coniuratio detecta, vindicataq;.

Muralis est corona: qua donatur ab IMPER. qui primus murum subiit, inq; oppidum hostium per vim ascendit. Idcirco quasi muri pinnis decorata est. Castrensium est corona: qua donat cum imperator, qui primus hostium castra pugnans introiit. Ea corona insigne ualli habet. Naualis est, qua donari solet maritimo praelio, qui primus in hostium nauem ui armatus transiit. Ea quasi nauium rostris insignita est. Et muralis autem, & castrensium, & naualis fieri ex auro solent. Ouialis uero corona myrtea est. ea utebantur IMPER. qui ouantes introibant urbem. Ouandi autem, ac non triumphandi causa est: cum aut bella non rite indicta, neq; cum iusto hoste gesta sunt: aut hostium nomen humile, & non idoneum est: ut seruorum, piratarumq; aut deditione repente facta, in puluere (ut dici solet) incruentaq; uictoria obuenit. Cui facilitati aptam esse ueneris frondem crediderunt: quod non Martius, sed quasi uenerius quidam triumphus foret. Hanc myrteam coronam M. Cras. cum bello fugitiuorum confecto, ouans rediret: insolenter aspernatus est. Senatusq; consultum faciendum per gratiam curauit: ut lauro non myrto coronaretur. M. Cato obiecit M. Fulvio nobiliori, quod milites per ambitionem coronis de causis leuissimis donasset. de qua re uerba ipsa apposui Catonis. Nam principio, quis uidit corona donari quemquam, cum oppi-

A. GELI

dum captum non esset? aut castra hostium non incensa essent? Fulvius autem, in quem hoc a Catone dictum est: coronis donauerat milites: quia uallum curauerant: aut quia puteum strenue foderant. Praetereundum non est: quod ad ouationes attinet: super quo dissensisse ueteres scriptores scio. Partim enim scripserunt, qui ouaret, introire solitum equo uehente, & Sabinus Massurius pedibus ingredi ouantes dicit, sequentibus eos, non militibus, sed uniuerso senatu.

Personae uocabulum quã lepidè interpretatus, quãq; esse uocis eius originem dixerit C. Bassus.

Caput

VII.

**I** Epide mehercules, & scite C. Bassus in libris, quos de origine uocabulorum composuit: unde appellata persona sit: interpretatur. A personando enim id uocabulum factum esse coniectat. Nam caput inquit, & os, cooperimento personae tectum undiq; , unaq; tantum uocis emittendae uia peruium, quod non uaga, neq; diffusa est in unum tantummodo exitum collectam, coactamq; uocem, & magis claros, canorosq; sonitus facit. Quoniam igitur indumentum illud oris clarescere, & resonare uocem facit: ob eam causam persona dicta est, o, litera propter uocabuli formam productiore.

Defensus error a Virgilij uersibus, quos arguerat Iulius Higinus grammaticus. Et ibidem quid sit lituus, atq; de etymologia uocis eius.

Caput

VIII.

Ipse quirinali lituo: paruaq; sedebat

Succinctus trabea: laeuq; ancile gerebat.

In his uersibus errasse Virgilium Higinus scripsit: tanquam non animaduertit deesse aliquid hisce uerbis, ipse quirinali lituo. nam si nihil inquit, deesse animaduertimus, uidetur ita dictum, ut fiat lituo, & trabea succinctus, quod est inquit, absurdissimum. Quippe cum lituus sit uirga breuis in parte, qua robustior est, incurua: qua augures utuntur: quoniam modo succinctus lituo uideri potest. Immo ipse Higinus parum animaduertit sic hoc esse dictum, ut pleraq; dici per defectionem solent: ueluti cum dicitur. M. Cicero homo magna eloquentia, & quasi Roscius histrio summa uenustate, non plenu hoc utruq; neq; perfectum est. sed enim pro pleno, atq; perfecto auditur, ut Virg. alio in loco.

Victorem Buten immani corpore.

Idest corpus immane habentem. Et item alibi.

In medium geminos immani pondere caestus (tis

Proicit. Ac similiter, Donus sanie, dapibusq; crue-

Intus opaca ingens. Sic igitur id quoq; uideri di-

ctum debet: Picus quirinali lituo erat: sicut dicimus

statua grandi capite erat. est autem, & erat, et fuit,

plerunq; absunt cum elegantia sine detrimento sen-

tentiae. Et quoniam facta litui mentio est: non praeter-

mittendum est, quod posse quæri animaduertimus,

utrum lituus auguralis, a tuba, quæ lituus appella-

tur, an tuba a lituo augurum lituus dicta sit.

Utrumq; enim pari forma, & pariter incuruum

est. sed si (ut quidam putant) tuba a sonitu lituus

A. GEL.

appellata est, ex illo Homericō uersu λῆξε βῖος  
 necesse est ita accipi, ut uirga auguralis à tubæ simi-  
 litudine lituus uocetur. Utitur autem uocabulo isto  
 Virg. & pro tuba.

Et lituo pugnas insignis obibat, & hasta.

Historia de Cræsi filio sumpta ex Herodoti li-  
 bris.

Caput

IX.

Ilius Cræsi regis, cum iam per ætatem fa-  
 ri possit, infans erat: & cum iam multum  
 adoleuisset: item nihil fari quibat. Mutus  
 autem, & elinguis diu habitus est. cum uero in patrē  
 eius bello magno uictum, et urbe, in qua erat, capta,  
 hostis gladio deducto Regem esse ignorās inuaderet:  
 diduxit adolescens os clamare nitens, eoq; nixu, atq;  
 impetu spiritus uitium, nodumq; linguæ rupit. pla-  
 neq; & articulate elocutus est clamans in hostem, ne  
 rex Cræsus occideretur. Tum & hostis gladium re-  
 duxit, & rex uita donatus est: & adolescens loqui  
 prorsus deinceps incepit. Hero. in historijs huius me-  
 moriæ scriptor est, eiusq; uerba sunt, quæ prima di-  
 xisse filium Cræsi refert ὁ ῥῥωπε μὴ κτῆτε κροῖσον.  
 Sed & quispiā Samius athleta, nomen illi fuit αἰῶνος,  
 cum antea non loquens fuisset: ob similem dicitur cau-  
 sam loqui cœpisse. Nam cum in sacro certamine sor-  
 titio inter ipsos, & aduersarios non bona fide fieret,  
 & sortem nominis falsam subijci animaduertisset: re-  
 pente in eum, qui id faciebat: sese uidere quid faceret,  
 magnū inclamauit. Atq; is oris uinculo solutus, per  
 omne inde uitæ tempus non turbide, neq; adhæse lo-  
 cutus est.

De ar-

De argumentis, quæ græce ἀρτισπρωτα appellantur, à nobis reciproca dici possunt. Cap. X.

Inter uitia argumentorum, longe maximum esse uitiū uidetur eorum, quæ ἀρτισπρωτα græci dicunt. Ea quidem ex nostris, non hercle nimis absurde reciproca appellauerunt. Id autem uitium accidit hoc modo. cum argumentum propositum referri contra, conuertiq; in eū potest: à quo dictum est: utruq; pariter ualet: quale est peruulgatum illud, quo Protagoram sophistarum acerrimum usum esse ferunt aduersus Euathlum discipulum suū. Lis nanq; inter eos, & controuersia super pacta mercede hæc fuit. Euathlus adolescens diues, eloquentiæ discendæ, causarumq; orandi cupiens fuit. Is in disciplinam Protagoræ sese dedit: daturumq; promisit mercedem grandem pecuniam, quantam Protagoras petiuerat: dimidiumq; eius dedit iam tunc statim, prius quàm disceret. Pepigitq; ut reliquū dimidium daret, quo primo die causam apud iudices orasset, & uicisset. Postea cum diutule auditor affectatorq; Protagoræ fuisset: & in studio quidem facundie abunde promouisset: causas tamen non reciperet: tempusq; iam longum transcurreret, & facere id uideretur, ne reliquum mercedis daret: capit consilium Protagoras, ut tum existimabat astutum. Petere institit ex pacto mercedem. Litem cum Euathlo ante statur: & cum ad iudices conijciendæ, consistendæq; causæ gratia uenisset: tum Protagoras sic exorsus est. Disce inquit, stultissimo adolescens, utroq; id modo fore

uti reddas, quod peto, siue contra te pronuntiatum erit: siue pro te. nam si contra te lis data erit: merces mihi ex sententia debebitur, quia ego uicero. Sin uero secundum te iudicatum erit: merces mihi ex pacto debebitur: quia tu uiceris. Ad ea respondit Euathlus. potui inquit, huic tuæ tam ancipiti captioni isse obuiam: si uerba non ipse facerem: sed alio patrono uterer. Sed magis mihi in ista victoria pro ludium est: cum te non in causa tantum, sed in argumento quoque isto uinco. discere igitur tu quoque magister sapientissime utroque modo fieri, uti non reddam, quod petis, siue contra me pronuntiatum fuerit, siue pro me. Nam si iudices pro causa mea senserint: nihil tibi ex sententia debebitur: quia ego uicero. Sin contra me pronuntiauerint: nihil tibi ex pacto debebo: quia ego non uicero. Tum iudices dubiosum hoc inexplicabileque esse, quod utrinque dicebatur ratione sententia sua utranque in partem dicta esset: ipsa sese rescinderet: rem iniudicatum reliquerunt. Causamque in diem longissimam distulerunt. sic ab adolescente discipulo magister disciplina eloquentiae inclytus, suo sibi argumento confutatus est, et captionis tersutæ excogitatae frustratus fuit.

Biantis de re uxoria syllogismum non posse uideri ἀντισπέροτα. Cap. XI.

Xistimauit quidam etiam illud Biantis uiri sapientis, ac nobilis responsum consimile esse, atque est protagorion illud, de quo dixi modo ἀντισπέροτα. nam cum rogatus esset à quodam Bias, deberetne uxorem ducere, an uitam uiuere cœlibem:

libem: ἢ τοι ἰνquit καλὴν ἔξεις ἢ αἰσχράν, καὶ ᾗ καλὴν, ἔξεις κοινὴν. εἰ δὲ αἰσχράν, ἔξεις ποιήν. ἰκότερον δὲ οὐκ ἀγαθόν, ὅ λυπτόν ἄρα. Sic autem hoc responsum conuertunt, εἰ μὲν καλὴν ἔξω, οὐχ ἔξω ποιήν; ᾗ δὲ αἰσχράν, οὐχ ἔξω κοινὴν, χαμητέον ἄρα. Sed minime hoc esse uidetur ἀντιστρέπον, quoniam ex altero latere conuersum frigidius est, infirmiusq;. Nam Bias proposuit non esse ducendam uxorem propter alterutrum incommodum, quod necessario patiendum erit ei, qui duxerit. Qui conuertit autem, non ab eo se defendit incommodo, quod adest: sed carere se altero dicit, quod non adest. Satis est autem tuendæ sententiæ, quam Bias dixit: quod eum, qui duxit uxorem, pati necesse est ex duobus incommodis, alterum: ut aut κοινὴν habeat, aut ποιήν. Sed Phauorinus poster, cum facta esset forte mentio syllogismi istius, quo Bias usus est, cuius prima πρότασις ἢ τοι καλὴν ἔξεις, ἢ αἰσχράν, non ratum id, neq; iustum disiunctum esse ait: quoniam non necessum est alterum ex duobus, quæ disiunguntur, uerum esse. quod in prologo disiunctiuo necessarium est. Eminentia enim quædam significari formarum turpes & pulchræ uidentur. Est autem inquit, tertium quoq; inter duo ista, quæ disiunguntur: cuius rationem, prospectumq; Bias non habuit. Inter enim pulcherrimam fœminam, & deformissimam media quedam forma est, quæ a nimie pulchritudinis periculo, & a summo deformitatis odio uacat. Qualis a' Q. Ennio in Melanippa, perquam eleganti uocabulo stata dicitur: quæ neque κοινή. futura sit, neque ποιήν.

quam formam modicam, & modestam Phauorinus non mehercle inscite appellabat uxoriam. Ennius autem in ista, quam dixi, tragœdia, eas fere' foeminas ait incolumi pudicitia esse, quæ stata forma forent.

De nominibus deorum populi Romani, Diiouis, et  
Veiovis. Caput XII.

N antiquis spectationibus nomina hæc deo-  
rum inesse animaduertimus. Diiouis & Ve-  
iovis. Est autem etiam ædes Veiovis Romæ  
inter arcem, & capitolium. Eorum nominum ratio-  
nem esse hanc comperi. Iouem latini ueteres à iuuân-  
do appellauere. Eundemq; alio uocabulo iuncto pa-  
trem dixerunt. Nam quod est in elisis, aut immuta-  
tis quibusdam literis Iupiter: id plenum, atq; inte-  
grum est Iouis pater. Sic & Neptunus pater coniun-  
cte dictus est, Saturnus pater, & Ianus pater, &  
Mars pater, hoc enim est Marspiter. Itemq; Iouis Die-  
spiter appellatus, id est diei & lucis pater. Idcircoq; si-  
mili nomine Diiouis dictus est, & Lucetius: quæ nos  
die, & luce quasi uita ipsa afficeret, & iuuaret. Lu-  
cetium autem Iouem Cn. Neuius in libris belli puni-  
ci appellat. Cum Iouem igitur, & Diiouem à iuuân-  
do nominaissent: eum quoq; contra deum, qui non iu-  
uandi potestatem, sed uim nocendi haberet. (nam  
deos quosdam ut prodesse, celebrabant: quosdã ne  
obessent, placabant) Veiouem appellauerunt dempta  
atq; detracta iuuandi facultate. Vae enim particu-  
la, quæ in alijs, atq; alijs uocabulis uariatim per has  
duas literas cum, a, litera media immissa dicitur: du-  
plicem



plicem significatum eundemq; inter se diuersum capit. Nam & augenda rei, & minuenda ualet: sicuti aliae particulae plurimae. propter qd accidit, ut quaedam uocabula, quibus particula ista praepositur: ambigua sint, & utroque uersum dicantur, uescum, uehemens, & ue grande, de quibus alio in loco uberiore tractatu facto admonuimus. Vesanos autem, et uecordes ex una tantum parte dici, quae priuatius est. quam graeci *στυγνός* *μωπρός* dicunt. Simulachrum igitur dei Veionis, quod est in aede, de qua supra dixi, sagittas tenet: quae sunt uidelicet paratae ad nocendum. Quapropter cum deum pleriq; Apollinem esse dixerunt. Immolaturq; illi ritu humano capra. Eiusq; aialis figmentum iuxta simulachrum stat. Propter ea Virgilium quoq; aiunt multae antiquitatis hominem sine ostentationis odio peritum, numina laeva in Georgicis deprecari, significantem quandam uim esse huiusmodi deorum in laedendo magis, quam in iuuando potentem. Versus Virgilij hi sunt.

- » In tenui labor, at tenuis non gloria, siquem  
 » Numina laeva sinunt: auditq; uocatus Apollo.  
 In istis autem dijs, quos placari oportet: uti mala a nobis uel a frugibus natis amoueantur, Arungus quoq; habetur, & Robigus.

De officiorum gradu, atq; ordine moribus populi Romani obseruato. Caput XIII.

s Eniorum hominum, & Romae nobilium,  
 atq; in morum disciplinarumq; ueterum

A. GEL.

doctrina, memoriaq; præstantium disceptatio quædam fuit præfente, & audiente me de gradu, atque ordine officiorum. Cumq; quæreretur quibus nos ea prioribus, potioribusq; facere oporteret: si necesse esset in opera danda, faciundoq; officio, alios alij anteferre, non constabat. Conveniebat autem facile, constabatq; ex moribus Po. Ro. Primum iuxta parentes locum tenere pupillos debere fidei, tutelæq; nostræ creditos. Secundum eos, proximum locum clientes habere, qui sese itidem in fidem, patrociniumq; nostrum dederunt. Tum in tertio loco esse hospites, postea esse cognatos, affinesq;. Huius moris, observationisq; nulla sunt testimonia, atq; documenta in antiquitatibus perscripta. Ex quibus unum hoc interim de clientibus, cognatisq;, quod præ manibus est, ponemus. M. Cato in oratione, quam dixit apud CENS. in Lentulum, ita scripsit. Quod maiores sanctius habuerunt defendi pupillos, quam clientem non fallere. Adversus cognatos, pro cliente testatur. Testimonium adversum clientem nemo dicit. Patrem primum, postea patronum proximum nomen habere. Massurius autem Sabinus in libro iuris civilis iii. antiquiorem locum hospiti tribuit, quam clienti. Verba ex eo libro hæc sunt. In officijs apud maiores ita observatum est, primum tutelæ, deinde hospiti, deinde clienti, tum cognato, postea affini, de qua causa foeminae uiris potiores sunt habitæ, pupillarisq; tutela mulieri prælatæ, etiam aduersus, quem affuissent eius filij tutores relictæ, in eadem causa pupillo aderant. Firmum atq; clarum isti testimonium rei perhibet authoritas

C. Cæsaris

C. Caesaris PONT. MAX. qui in oratione, quam pro  
 Bithynis dixit: hoc principio usus est. Vel pro ho-  
 spitio regis Nicomedis, uel pro horum necessitate, quo-  
 rum res agitur, refugere hoc munus. M. non potui.  
 Nam neq; hominum morte memoria deleri debet,  
 quin proximis retineatur: neq; clientes sine summa  
 infamia deserui possunt: quibus etiam a propinquis  
 nostris opem ferre instituimus.

Quod Appion doctus homo, qui polyhistor ap-  
 pellatus est, uidisse se Romae scripsit, recognitionem in-  
 ter sese mutuam ex uetere notitia hominis et leonis.

Caput XIII.

Appion, qui polyhistor appellatus est, literis  
 homo multis praeditus, rerumq; graecarum  
 plurima, atque uaria scientia fuit. eius li-  
 bri non incelebres feruntur: quibus omnibus ferme,  
 quae mirifica in Aegypto uisuntur, audiunturq; hi-  
 storia comprehendit. sed in iis, quae audisse, uel legis-  
 se sese dicit: fortasse a uitio, studioq; ostentationis fit  
 loquacior. Est enim sane quam in praedicandis do-  
 ctrinis suis uenditator. Hoc autem, quod in libro  
 Aegyptiacorum quinto scripsit: neque audisse, neque  
 legisse, sed ipsum sese in urbe Roma uidisse oculis  
 suis confirmat. In circo maximo inquit, uenationis  
 amplissimae pugna populo dabatur. Eius rei, Ro-  
 mae cum forte essem, spectator inquit, fui. Multae ibi  
 saeuientes ferae, magnitudine bestiarum excellen-  
 tes, omniumq; inusitata aut forma erat, aut ferocia.  
 Sed praeter alia omnia leorum inquit immanitas.

admirationi fuit. præterq; omnes cæteros, unius. Is  
 unus leo corporis impetu, vastitudine, terrificoq; fre-  
 mitu, & sonoro, toris, comisq; ceruicium fluctuanti-  
 bus animos, oculosq; omnium in sese conuerterat. In-  
 troductus erat inter complures cæteros ad pugnam  
 bestiarum datus seruus uiri consularis. Ei seruo An-  
 drodus nomen fuit. Hunc ille leo ubi uidit procul,  
 repente inquit, quasi admirans stetit: ac deinde sen-  
 sim, atq; placide, tanquam noscitabundus ad hominẽ  
 accedit. Tum caudam more, atq; ritu adulantium ca-  
 num clementer, & blande mouet. hominisq; sese cor-  
 pori adiungit. Crurãq; eius, & manus propè iam  
 exanimati metu, lingua leniter demulcet. Homo An-  
 drodus inter illa tam atrocis feræ blandimẽta amis-  
 sum animũ recuperat: paulatimq; oculos ad contuen-  
 dum leonem refert. Tum quasi mutua recognitione  
 facta, lætos inquit, & gratulabundos uideres homi-  
 nem, & leonem. Ea re prorsus tam admirabili, ma-  
 ximos populi clamores excitatos dicit. Arcessitumq;  
 à Cæsare Androdum, quæsitamq; causam, cur ille  
 atrocissimus leonum uni parsisset. Androdus rem mi-  
 rificam narrat, atq; admirandam. Cum prouinciam  
 inquit, Africam pro consulari imperio meus domi-  
 nus obtineret: ego ibi iniquis eius, & quotidianis uer-  
 beribus ad fugam sum coactus. & ut mihi à domi-  
 no terræ illius præside tutiores latebræ forent: in cã-  
 porum, & arenarum solitudines concessi. Ac si de-  
 fuisset cibus, consilium fuit mortem aliquo pacto quæ-  
 rere. Tum sole inquit, medio rapido, et flagranti, spe-  
 cum quandam nactus remotam, latebrosamq; in eam  
 me penetro,

me penetro, & recondo, neq; multo post ad eandē specum uenit hic leo debili uno, & cruento pede gemitus edens, & murmura, dolorem, cruciatumq; uulneris commiserantia. Atq; illic primo quidem conspectu aduenientis leonis territum sibi & pauefactum animum dixit. Sed postquam intro gressus inquit leo, uti re ipsa apparuit, in habitaculum illud suum, uidet me procul delitescentem, mitis & mansuetus accessit: & sublato pedem ostendere mihi, & porrigere, quasi opis petendæ gratia uisus est. Ibi inquit, ego stipem ingentem uestigio pedis eius hærentem remulsi. Conceptamq; saniem uulnere intimo expressi: accuratiusq; sine magna iam formidine sicavi penitus, atq; deteresi cruorem. Ille tunc mea opera, & medella leuatus, pede in manibus meis posito recubuit, & requieuit. Atq; ex eo dietriennium totum ego, & leo in eadem specu, eodemq; uictu uiximus. Nam quas uenabatur feras, membra opimiora ad specum mihi suggererat: quæ ego, ignis copiam non habens, sole meridiano torrens edebam. Sed ubi me inquit, uitæ illius ferinæ iam pertesum est: leone inuenatum profecto, reliqui specum: & uiam fermè tridui permensus à militibus uisus, apprehensusq; sum. Et ad dominum ex Africa Romam deductus. Is me statim rei capitalis damnandum, dandumq; ad bestias curauit. Intelligo autem inquit, hunc quoq; leonem me tunc separato captum gratiam nunc mihi beneficij, & medicinæ referre. Hæc Appion dixisse Androdum tradit. Ea; omnia scripta circumlataq; tabella populo declarat. Atq; ideo cunctis petentibus di-

missum Androdum, & poena solutum. Leonemq; ei suffragijs populi donatum. postea inquit, uidebamus Androdum, & leonem loro tenui reuinctum, urbe tota circum tabernas ire donari a re Androdum, floribus spargi leonem, omnesq; fere ubiq; obuios dicere: hic est leo hospes hominis. hic est homo medicus leonis.

Corpus'ne sit uox, an ἄσώματον, uarias esse philosophorum sententias. Cap. XV.

Etus, atq; perpetua quæstio inter nobilissimos philosophorum agitata est, corpus'ne sit uox, incorporeum an hoc enim uocabulum quidam finxerunt proinde, quod græce dicitur ἄσώματον. Corpus autem est, quod aut efficiens est, aut patiens: id græce dicitur τὸ δρῶμενον, ἢ πάχον σώμα ἐστὶ. Quam definitionem significare uolens Lucretius, ita scripsit.

- » Tangere enim aut tangi, nisi corpus, nulla potest res. Alio quoq; modo corpus esse græci dicunt, τὸ πρὶν ἢ διασπτόν. sed uocem stoici corpus esse contendunt. Eamq; esse dicunt ictum aera. Plato autem non esse uocem corpus putat. Non enim percussus inquit, aer, sed plaga ipsa, atq; percussio, uox est. ἢ ἄπλως πληγὴ αἰέρος ἐστὶν ἢ φωνή. πλήθει γὰρ τὸν αἰέρα καὶ δάκτυλος παραγόμενος. καὶ ἕδὲ πω ποιεῖν φωνήν. ἀλλ' ἢ πόση πληγὴ. καὶ σφ' ἄρα. καὶ τόση δὲ ὡς τε αἰουσιὴν γενέσθαι. Democritus, ac deinde Epicurus ex indiuiduis corporibus uocem constare dicunt. Eamq; ut ipsis eorum uerbis utar, ῥῶμα λόγων.

appellant. hos, aliosq; tales argute, delectabilisq; de-  
sidiæ aculeos cum audiremus, uel lectitaremus, neq;  
in his scrupulis aut emolumentum aliquod solidum  
ad rationem uitæ pertinens, aut finem ullum quæ-  
rendi uideremus, Enniamum Neoptolemum proba-  
bamus, qui profecto ita ait.

Philosophandū est paucis, nam omnino haud placet.

De uis oculorum. deq; uidentis rationibus.

Caput XVI.

**E** uidentis ratione, deq; cernendi natura  
diuersas esse opiniones philosophorum ani-  
maduertimus. Stoici causas esse uidentis di-  
cunt, radiorū ex oculis in ea, quæ uideri queunt, emis-  
sionem, aerisq; simul intentionem. Epicurus affluere  
semper ex omnibus corporibus simulachra quædam  
corporū ipsorū, eaq; sese in oculos inferre: atq; ita  
fieri sensum uidentis putat. Plato existimat genus quod-  
dam ignis, lucisq; de oculis exire, idq; coniunctum, cō-  
tinuatumq; uel cum luce solis, uel cum alterius ignis  
lumine, sua uis, et externa nixū efficere, ut quæcunq;  
offenderit, illustraueritq;, cernamus. Sed & hic, ea  
quæ differimus, imaginandū. Eiusdemq; illius Ennia-  
ni Neoptolemi, de quo supra scripsimus, consilio uten-  
dum est: qui degustandum ex philosophia censet nō in  
eam inurgitandum.

Quam ob causam dies primus post calendas no-  
nas idus atri habeantur, & cur diem quoq; quar-  
tum ante calendas, uel nonas uel idus quasi religio-  
sum pleriq; uitant.

Cap. XVII.

A . . G E L .

EYRIUS Flaccus in quarto de uerborum signi-  
 ficatione, dies qui sunt postridie calendas no-  
 nas, idus, quos uulgus imperite nefastos di-  
 cit: propter hanc causam dictos habitosq; atros esse  
 scribit. Vrbe inquit, a Gallis Senonibus recuperata,  
 L. Attilius in senatu uerba fecit. Q. Sulpitium tribu-  
 nitum ad Alliam aduersus Gallos pugnaturum,  
 rem diuinam dimicandi gratia postridie idus fecis-  
 se. Tum exercitum Po. Ro. occidione occisum, &  
 post diem tertium eius diei urbem præter Capitolium  
 captam esse. Compluresq; alij Senatores recordari se  
 se dixerunt quoties belli gerendi gratia, res diui-  
 na postridie calendas, nonas, idus a magistratu Po.  
 Ro. facta esset: eius belli proximo deinceps prælio  
 Reip. malam gestam esse. Tum senatus eam rem ad  
 PONT. reiecit, ut ipsi, quod uideretur, statuerent.  
 PONT. decreuerunt nullum ijs diebus sacrificium  
 recte futurum. ante diem quoq; quartum Calen. uel  
 Non. uel Id. tanquam innoxiam diem pleriq; ui-  
 tant. Eius obseruationis, an religio ulla sit tradita,  
 quæri solet. Nihil super ea re scriptum inuenimus,  
 nisi quod Claudius annalium quinto. cladem illã pu-  
 gnæ cannensis uastissimam factam dicit ante diem  
 quartum NON. SEXTIL.

In quo, & quantum differat historia ab anna-  
 libus. Superq; ea re uerba posita ex libro rerum ge-  
 starum Sempronij Asellionis primo.

Caput

XVIII.



h  
Istoriam ab annalibus quidam differre eo  
putant: quod cum utrunq; sit rerum gesta-  
rum narratio earum tamen proprie rerum  
sit historia, quibus rebus gerendis interfuerit is, qui  
narret. Eamq; esse opinionem quorundam Verrius  
Flaccus refert in libro de significatu uerborum quar-  
to. Ac se quidem dubitare super ea re dicit. Possẽ au-  
tem uideri putat non nihil esse rationis in ea opinio-  
ne, quod historia græce significat rerum cognitionem  
præsentium. Sed nos audire soliti sumus annales o-  
mnino id esse, quod historie sint. Historias non omni-  
no esse id, quod annales sint. Sicuti quod est homo id  
necessario animal esse, quod est animal, non id necesse  
est hominem esse. Ita historias quidem esse aiunt re-  
rum gestarum uel expositionem, uel demonstrationẽ,  
uel quo alio nomine id dicendum est: Annales uero  
esse, cum res gestæ plurium annorum, obseruato cu-  
iusq; anni ordine deinceps componuntur. Cum uero  
non per annos, sed per dies singulos res gestæ scribun-  
tur: ea historia græco uocabulo ἱστορίας dicitur.  
Cuius latinum interpretamentum scriptum est in li-  
bro Sempronij Asellionis primo. ex quo libro plura  
uerba adscripsimus, ut simul ibidem, quid ipse, inter  
res gestas, & annales esse dixerit: ostenderemus.  
Verum inter eos inquit, qui annales relinquere uo-  
luissent: & eos, qui res gestas a Romanis perscribere  
conati essent: omnium rerum hoc interfuit. Annales  
libri tantummodo quod factum, quoq; anno gestum  
sit, id demonstrabant. Id eorũ est, quasi qui diarium  
scribunt: quam græci ἱστορίαια uocant, nobis non

modo satis esse uideo, quod factum esset id pronun-  
 tiare, sed etiā quo consilio, quāq; ratione gesta essent,  
 demonstrare. Paulo post idem Asellio in eodem lib.  
 » nam neq; alacriores ad Remp. defendendam, neq;  
 » segniores ad rem perperam faciendam annales libri  
 » commouere quicquam possunt. Scribere autem bellum  
 » quo initium consule, & quo modo confectum sit, &  
 » quis triumphans introierit, exq; eo libro, quæ in bel-  
 » lo gesta sunt iterare, id fabulas non prædicare ait. In-  
 » terea quid senatus decreuerit, aut quæ lex rogatio'ue  
 » lata sit, neq; quibus consilijs ea gesta sunt iterare, id  
 fabulas pueris est narrare, non historias scribere.

Quid sit adoptatio, quid item sit arrogatio, quan-  
 tumq; hæc inter se differant: uerbāq; eius, quæ, qua-  
 liaq; sint, qui in liberis arrogandis super ea re popu-  
 lum rogat.

Caput

XIX.

Um in alienam familiam, inq; liberorū lo-  
 cum extranei sumuntur: aut per prætorem  
 fit, aut per populum. Quod per prætorem  
 fit, adoptatio dicitur. Quod per populum, arrogatio.  
 Adoptantur autem cum a parente, in cuius potesta-  
 te sunt: tertia mancipatione in iure ceduntur. Atq; ab  
 eo, qui adoptat, apud eum, apud quem legis actio est,  
 uindicantur. Arrogantur ū, qui cum sui iuris sint:  
 in alienam sese potestatem tradunt. Eiusq; rei ipsi au-  
 thores fiunt. Sed arrogationes non temere, nec inex-  
 plorate committuntur. Nam comitia arbitris etiam  
 Pontificibus præbentur, quæ curiata appellantur.

Aetas quoq; eius, qui arrogare uult: an liberis potius  
 gignūdis idonea sit: bonaq; eius, qui arrogatur, ne in-  
 sidiose appetita sint, consideratur. Iusq; iurandum  
 a. Q. Mutio Pon. Max. conceptum dicitur. quod in  
 arrogando iuraretur. Sed arrogari non potest, nisi iam  
 uesticeps. Arrogatio autem dicta, quia genus hoc in  
 alienam familiam transitus per populi rogationem  
 fit. Eius rogationis uerba hæc sunt. Velitis, iubea-  
 tis, uti L. Valerius L. Titio tam iure, legēq; filius si-  
 bi siet, & quā si ex eo patre, matrēq; familias  
 eius natus esset. Vtiq; ei uitæ, necisq; in eum potestas  
 siet, uti pariendo filio est. hoc ita, ut dixi, ita uos quā  
 rites rogo. Neq; pupillus autē, neq; mulier, quæ in pa-  
 rentis potestate est: arrogari possunt, quoniam & cum  
 foeminis nulla comitorum communio est: & tutori-  
 bus in pupillos tantam esse auctoritatem, potestatemq;  
 fas non est: ut caput liberum fidei suæ commissum  
 alienæ ditioni subiiciant. Libertinos uero ab inge-  
 nuis adoptari quidem iure posse Massurius Sabinus  
 scripsit. Sed id neq; permitti dicit, neque permitten-  
 dum esse unquam putat: ut homines libertini ordi-  
 nis per adoptionem in iura ingenuorum inuadant.  
 Alioqui si iuris ista antiquitas seruetur, etiam ser-  
 uus a domino per prætorem dari in adoptionem  
 potest. Idq; ait plerosq; iuris ueteris authores pos-  
 se fieri scripsisse. Animaduertimus in oratione P.  
 Scipionis, quam CENS. habuit ad populum de  
 moribus, inter ea, quæ reprehendebat: quod con-  
 tra maiorum instituta fierent: id etiam eum cul-  
 pauisse, quod filius adoptiuus patri adoptatori in-

A. GEL.

ter præmia patrum prodesset. Verba ex ea oratione hæc sunt. In alia tribu patrem, in alia filiū suffragium ferre. Filium adoptium tam procedere, quam si se natum habeat. absentis censerī iubere, ut ad censum nemini necesse sit uenire.

Quod uocabulum latinum solæismo fuerit Capiti Asinio, quid ipsum appellauerint ueteres latini, quibusq; uerbis solæismum definierit idem Asinius. Caput XX.

Solæismus latino uocabulo ab Asinio Capitone, eiusdēq; ætatis alijs imparilitas appellatus, uetustioribus latinis stribiligo dicebatur à uersura uidelicet, & prauitate tortuosæ orationis, tanquam sterobligo quædam. Quod uitium Asinius Capito in literis, quas ad Clodium Thuscum dedit, hisce uerbis definit. Solæismus est inquit, impar, & inconueniens compositura partium orationis. Cum græcum autem uocabulum sit solæismus, an Attici homines, qui elegantius locuti sunt: usi eo sint, quæri solet. Sed nos neq; solæismum, neq; Barbarismum apud græcorum idoneos adhuc inuenimus. Nam sicut βάρβαρον, ita σολῶνον dixerunt. Nostri quoq; antiquiores solæcum facile, solæismum haud scio, an unquam dixerint. Quod si ita est: neq; in græco, neq; in latino solæismus probe dicitur.

Pluria quid dicat, & compluria, & compluries non barbare dicere, sed latine. Caput XXI.  
pluria

**P**luria forte quis dixit sermocinans uir ad-  
prime doctus meus amicus non hercle stu-  
dio ferens ostentandi, neq; quo plura dicen-  
dum non putaret. Est enim doctrina homo seria, &  
ad uitæ officia deuincta, ac nihil de uerbis laboran-  
te. sed opinor assidua ueterum scriptorum tractatio-  
ne inoleuerat lingue illius uox, quam in libris sæ-  
pe offenderat. Aderat, cum ille hoc dixit, reprehen-  
sor audaculus uerborum, qui per pauca, eademq; a  
uulgo protrita legerat. Habebatq; nonnullas disci-  
plinæ grammaticæ inauditiunculas, partim rudes in-  
choatasq; , partim non probas. Easq; quasi pulue-  
rem ob oculos, cum adortus quensq; fuerat, asperge-  
bat. Sicut tunc amico nostro barbare inquit, dixisti  
pluria. Nam neq; rationem uerborum hoc, neq; au-  
thoritatem habet. Ibi ille amicus ridens, amabo te in-  
quit, uir bone, quia nunc mihi a magnis, serijsq; re-  
bus otium est: uelim doceas nos, cur pluria siue com-  
pluria (nihil enim differt) non latine, sed barbare  
dixerint M. Cato, & Q. Claudius, Vale. Antias,  
L. Lælius, P. Nigidius, M. Varro, quos subscripto-  
res, approbatoresq; huius uerbi habemus. Præter  
poetarum, oratorumq; ueterum multam copiam.  
Ad quæ ille nimis arroganter, tibi inquit, habeas au-  
thoritates istas, ex faunorum, & ab originum secu-  
lo repetitas, atq; huic rationi respondeas. Nullum  
enim uocabulum neutrum comparatiuum, numero  
pluratiuo, casu recto ante extremum a, habet, i, lite-  
ram sicuti meliora, maiora, grauiora. proinde igi-  
tur plura, non pluria dici consuevit, ne contra for-

nam perpetuam in comparatio, i, litera sit ante extremum a. Tum ille amicus noster, cum hominem confidentem pluribus uerbis non dignum existimaret: Asinij inquit, Capitonis doctissimi uiri epistolæ sunt uno in lib. multæ, opinor, positæ in templo pacis. Primaq; epistola scripta est ad Pacuuium Labeonem: cui titulus præscriptus est pluria non plura dici debere. In ea epistola rationes grammaticas posuit: per quas docet pluria latinum esse, plura barbarum. Ad Capitonem igitur te dimittimus. Ex eo id quoq; simul disces, si modo assequi poteris, quod in ea epistola scriptum est: pluria siue plura absolutum esse siue simplex, non, ut tibi uidetur, comparatiuum. Huius opinionis asinianæ id quoq; adiumentum est: quod compluribus cum dicimus, non comparative dicimus. Ab eo autem, quod est compluria, aduerbium est factum compluribus. Id quoq; quoniã minus usitatum est, uersum Plauti subscripsi ex comædia, quæ Persa inscribitur.

- » Quid metuis? Metuo hercle uero. Sensi ego cõpluribus.
- Item M. Cato in quarto originum eodẽ in loco ter hoc
- » uerbum posuit. Compluribus eorum milites mercenarij inter sese multi, alteri alteros occidẽre. Cõpluribus multi simul ad hostes transfugẽre. Compluribus in
- » imperatorem impetum fecere.

IULI GELLII NOCTIVM ATTICA  
RVM COMMENTARII.  
LIBER SEXTVS.

Quem in modum responderit Chrysippus ad-  
uersus eos, qui providentiam consistere negauerunt.

Caput Primum

Omines fecisse dicitur tantam vim  
esse erūnarum, & malorū. aduer-  
sus ea Chrysippus, cum in libro  
περὶ ἀπορίας quarto differeret:  
nihil est prorsus istis inquit, insipi-  
dus, qui opinantur bona esse po-

h

tuisse, si non essent itidem mala. Nam cum bona ma-  
lis contraria sint: utraq; necessariū est opposita inter  
se se, & quasi mutuo aduerso quæq; fulta nisi consti-  
stere. Nullum adeo contrarium esse sine contrario al-  
tero. quo enim pacto iustitiæ sensus esse posset, nisi es-  
sent iniuriæ? Aut quid aliud iustitia est, quàm iniu-  
stitiæ priuatio? Qui item fortitudo intelligi posset, ni-  
si ex ignauiæ oppositione? Qui continentia, nisi ex  
intemperantiæ? Quo item modo prudentia esset, ni-  
si foret contra imprudentia? Proinde inquit homi-  
nes stulti, cur non hoc etiam desyderant, ut ueri-  
tas sit, & non sit mendacium? Nanq; itidem sunt bo-  
na & mala, felicitas & infortunitas, dolor & uolu-  
ptas. Alterum enim ex altero (sicuti Plato ait) uerti-  
cibus inter se contrarijs deligatum est. Si tuleris  
unum, abstuleris utrumq; Idem Chrysippus in co-

dem libro tractat, consideratq; dignū esse id quæri  
 putat. εἰ τῶν ἀνθρώπων νόσοι κατὰ φύσιν γίνονται.  
 Idem natura'ne ipsa rerum, uel prouidentia, quæ cō-  
 pagem hanc mundi, & genus hominum fecit, morbos  
 quoq; & debilitate, & ægrotudines corporum, quas  
 patiuntur homines: fecerit. Existimat autem non fuis-  
 se hoc principale naturæ consilium, ut faceret homi-  
 nes morbis obnoxios. Nunquam enim hoc conuenisse  
 naturæ authori, parentiq; rerum omnium bonarū.  
 Sed cum multa inquit, atq; magna gigneret, p̄re-  
 retq; aptissima & utilissima, alia quoq; simul adgna-  
 ta sunt incommoda ijs ipsis, quæ faciebat, coheren-  
 tia. Ea; non per naturam, sed per sequelas quas-  
 dam necessarias facta dicit: quod ipse appellat  
 κατὰ παρακολούθησιν. Sicut inquit, cum corpora ho-  
 minum natura fingeret, ratio subtilior, & utilitas  
 ipsa operis postulauit: ut tenuissimis, minutisq; ossi-  
 culis caput compingeret. Sed hanc utilitatem rei ma-  
 ioris, alia quædam incommoditas extrinsecus conse-  
 cuta est: ut fieret caput tenuiter munitum, & ictibus  
 offensionibusq; paruis fragile, proinde morbi quoq;  
 & ægrotudines partæ sunt: dum salus paritur. Sic  
 hercle inquit, dum uirtus hominibus per consilium  
 naturæ gignitur: uitia itidem per affinitatem contra-  
 riam nata sunt.

Quo itidem modo, & uim, necessitatemq; fati con-  
 stituerit, & esse tamen in nobis consilij, iudicijq; no-  
 stri arbitrium confirmauerit.

Caput

II.

fatum,



**F**atum, quod græci πεπωμένον, uel ε-  
 μαρμένον uocant, ad hanc ferme senten-  
 tiam Chrysippus stoicæ princeps philoso-  
 phiæ definit. fatum est inquit, sempiterna quædam,  
 et indeclinabilis series rerum, & catæna uoluens se-  
 metipsa sese, & implicans per æternos consequentiæ  
 ordines, ex quibus apta, connexa q̄; est. Ipsa autem  
 uerba Chrysippi, quantum ualui, memoria adscri-  
 psi, ut sicuti meum istud interpretamentum uidebitur  
 esse obscurius: ad ipsius uerba animaduertat. In li-  
 bro enim περι προνοίας quarto ε μαρμένον, se dicit  
 φυσικὴν οὐνταξίαν τῶν ὄλων ἐξ αὐτῶν τῶν ἑτέρων τοῖς  
 ἑτέροις ἐπακολουθῶντων καὶ μετὰ πολὺ μὲν ἢ ἀπαρ-  
 βεῖται ὅσῃς τῆς τοιοῦτης συμπλοκῆς. Aliarum au-  
 tem opinionum, disciplinarumq̄; authores huic defi-  
 nitioni ita obstrepunt: si Chrysippus inquit fato  
 putat omnia moueri, & regi, nec declinari, trāscen-  
 diq̄; posse agmina fati, & uolumina, peccata quoq̄; ho-  
 minum, & delicta non sustentanda, neq̄; inducen-  
 da sunt ipsis, uoluntatibusq̄; eorum, sed necessitati  
 cuidam, & instantiæ, quæ oritur ex fato, omniū quæ  
 sit rerum domina, & arbitra, per quam necesse sit  
 fieri, quicquid futurum est. Et propterea nocentium  
 pœnas legibus iniq̄; constitutas, si homines ad malefi-  
 cia non sponte ueniunt: sed fato trahuntur. Contra  
 ea Chrysippus tenuiter multa, & argute disserit: sed  
 omnium ferè, quæ super ea re scripsit, sententia hu-  
 iusmodi est. Quanquam ita sit inquit, ut ratione  
 quadam necessaria, principali, & coacta, atq̄; conne-  
 xa sine fato omnia, ingenia tamen ipsa mentium no-

strarum perinde sunt fato obnoxia, ut proprietas eorum est ipsa qualitas. Nam si sunt per naturam primitus salubriter, utiliterq; facta, omnem illam vim, quæ de fato extrinsecus ingruit: inoffensus, tractabilisq; transmittunt. Sin uero sunt aspera, & inscita, & rudia, nullisq; artium bonarum adminiculis fulta: & etiam si paruo siue nullo fatalis incommodi conflictu urgantur: sua tamen leuitate, & uoluntario impetu in assidua delicta, & errores ruunt. Idq; ipsum ut ea ratione fiat: naturalis illa, & necessaria rerum consequentia efficit: quæ fatum uocatur. Est. n. genere ipso quasi fatale, & consequens, ut mala ingenia peccatis, & erroribus non uacent. Huius deinde rei exemplo non hercle nimis aliene, neq; illepide utitur. Sicut inquit, lapidem cylindrum si per spatia terræ prona, atq; derupta iacias: causam quidem ei, et initium præcipitantiæ feceris: mox tamen ille præceps uoluitur: non quia tu id iam facis: sed quoniam ita sese modus eius, & formæ uolubilitas habet: sic ordo & ratio & necessitas fati, genera ipsa & principia causarum mouet. Impetus uero consiliorum, mentiumq; nostrarum, actionesq; ipsas, uoluntas cuiusq; propria, & animorum ingenia moderantur. Infert deinde uerba hæc ijs, quæ dixit congruentia. *Διὸ ὑπὸ τῶν πυθαγορῶν οὕτως εἴρηται.*

*γνώσῃ δ' ἀνθρώπος ἀυθαίρετα πῦμαθ' ἐλεύτας  
ὡς τῶν βλαβῶν ἐκείσοις παρ' αὐτοῖς γινομένων, καὶ καθ'  
ὄρμην αὐτῶν ἀμαρτανόντων τὲ καὶ βλαπτομένων, καὶ  
κατὰ τὴν αὐτῶν διάνοιαν καὶ πρόθεσιν. Propterea ne-  
gat oportere ferri audiriq; homines aut nequam, aut  
ignauos, &*

ignavos, & nocentes, & audaces, qui, cum in culpa  
& in maleficio reuicti sunt: perfugiunt ad fati neces-  
sitate[m], tanquam in aliquod fani asylum, et quæ pes-  
sime fecerunt: ea non suæ temeritati, sed fato esse at-  
tribuenda dicunt. Primus autem Homerus sapientis-  
simus & antiquissimus poetarum dixit in hisce uer-  
sibus.

ὦ πόποι· ὄϊον δ' ἔνυ θεοῦς βροτοὶ ἀτιθέωται.

ἐξ ὑμῶν γὰρ φασὶ κακ' ἔμμεναι, οἷδ' καὶ αὐτοὶ  
σφῆσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπερμόρον, ἄλλ' ἔχουσιν.

Itaq; M. Cic. in libro, quem de fato conscripsit, cum  
questionem istam diceret obscurissimam esse, & im-  
plicatissimam, Chrysippum quoq; philosophum non  
expedisse se in ea refert his uerbis. Chrysippus  
æstuans, laboransq; quonam pacto explicet, & fato  
omnia fieri, & esse aliquid in nobis, intricatur hoc  
modo.

Historia sumptæ ex libris Tiberonis de serpente  
inuisitatae longitudinis. Cap. III.

Vbero in historijs scriptum reliquit, bello  
primo punico Attilium Regulum C O S. in  
Africa castris apud Bagradam flumen po-  
sitis, prælium grande, atq; acre fecisse aduersus unū  
serpentem in illis locis stabulantem inuisitatae imma-  
nitatis. Eumq; magna totius exercitus consuetudine  
balistis, atque catapultis diu oppugnatum. Eiusq;  
interfecti longum corium pedes centum & XX. Ro-  
mam misisse.

Quid idē Tubero in historijs de Attilio Regulo a Carthaginiensibus capto literis mandauerit. Quid etiam Tuditanus super eodem Regulo scripserit.

Caput

IIII.

Quod satis celebre de Attilio Regulo, id muperrime legimus scriptum in Tuditani libris Regulum captum ad ea, quæ in senatu Romæ dixit suadens ne captui cum Carthaginiensibus permittarentur: id quoq; addidisse. Venenum sibi Carthaginienses dedisse, non presentaneum, sed eiusmodi, quod mortem in diem proferret: eo consilio, ut uiueret quidem tantisper, quoad fieret permutatio. Post autem grassante sensim ueneno cor tabesceret. Eundem Regulum Tubero in historijs rediisse Carthaginem, nouisq; exemplorum modis excruciatum a Pœnis dicit. In atras inquit, & profundas tenebras eum claudebant: ac diu post, ubi erat uisus sol ardentissimus: repente educebant: & aduersus ictus solis oppositum continebant. Atq; intendere in cœlum oculos cogebant. Palpebras quoq; eius, ne conuiuere posset: sursum, ac deorsum diductas insuebant. Tuditanus autem somno diu prohibitum, atq; ita uita priuatum refert. Idq; ubi Romæ cognitum est: nobilissimos Pœnorum captiuos liberis Reguli a senatu deditos, & ab ijs in armario muricibus præfixo destitutos, eademq; insomnia cruciatos in terisse.

Quod Alphenus iuriconsultus in uerbis ueteribus interpretandis, errauit.

Cap. V.

alphenus

Alphenus iureconsultus, Ser. Sulpitij disci-  
pulus, rerumq; antiquarum non incurio-  
sus in libro digestorum. XXX. §. IIII.

Conlectancorum autem secundo in fœdere inquit.

Quod inter Po. Ro. & Carthaginienses factum, &  
scriptum inuenitur, ut Carthaginienses quot quot an-  
nis Po. Ro. darent certum pondus argenti puri puti-  
quæsitumq; est quid esset argentum purum putum.  
respondi ego inquit, esse purum putum ualde purum,  
sicut nouum nouitium dicimus, & proprium propi-  
tium augere, atq; intendere uolentes noui, & proprii  
significationem. Hoc ubi legimus, mirabamur ean-  
dem affinitatem uisam esse Alpheni puri & puti,  
quæ sit noui, & nouitij. Nam si esset, puritium tum  
sanè uideretur dici, quasi nouitium id etiam mirum  
fuit: quod nouitium per augendi figuram dictum  
existimauit, cū sit nouitium non qd magis nouum sit:  
sed quod a nouo dictum, inclinatumq; sit. Iis ergo as-  
sentimus, qui putum esse dicunt a putando dictum,  
& ob eam causam prima syllaba breui pronuntiant,  
non longa, uti existimasse Alphenus uidetur, qui a  
puro id esse factum scripsit. Putare autem ueteres di-  
xerunt, uacantia ex quaq; re, ac non necessaria, aut  
etiam obstantia, & aliena auferre, & ex cadere, &  
quod esset utile, ac sine uitio uideretur: relinquere.  
Sic nanq; arbores, & uites, & sic etiam rationes di-  
ctæ putari. Verbum quoq; ipsum puto, quod declaran-  
de sententiæ nostræ causa dicimus, non signat profe-  
cto aliud, quã id agere nos in re dubia, obscuraq; ut  
decisis, amputatisq; falsis opinionibus, quod uideatur

esse uerum, & integrum, & incorruptum retinenda-  
 mus. Argentum ergo in carthaginensi foedere pu-  
 tum dictum esse quasi exputatum, excoctumq; ,  
 omniq; aliena materia carens, omnibusq; ex eo uitijs  
 detractis, emaculatum, et candefactum. Scriptum est  
 autem purum putum non in carthaginensi solum  
 foedere, sed cum in multis alijs ueterum libris, tum  
 etiam in Q. quoq; Ennij tragœdia, quæ inscribitur  
 Alexâder, et in Satyra M. Varronis, quæ iscripta est,  
 διασπαστες οἱ χερσες.

Temere, inepteq; reprehensum esse a Iulio Hi-  
 gino Virgilium, quod præpetes Dædali pennas di-  
 xit: atq; ibi quid sint aues præpetes. Et quid illæ  
 sint aues, quas Nigidius inferas appellauit.

## Cap. VI.

- » Aedalus (ut fama est) fugiēs minoia regna,
- » d Præpetibus pennis ausus se credere caelo,
- » Insuetum per inter gelidas enauit ad arctos.

In his Virgilij uersibus reprehendit Higinus præpe-  
 tibus pennis, quasi improprie, & inscite dictum. Nã  
 præpetes inquit, aues ab auguribus appellantur, quæ  
 aut opportune præuolant: aut idoneas sedes capiunt.  
 Non apte igitur usum uerbo augurali existimauit in  
 Dædali uolatu nihil ad augurum disciplinam per-  
 tinente. Sed Higinus nimis hercle ineptus est: cum  
 quid præpetes esse se scire ratus est, Virgilium au-  
 tem, & Trimatium doctum uirum ignorasse: qui  
 in secundo iliadis uictoriam uolucrem præpetem ap-  
 pellauit in hoc uersu.

- » Dum dat uincenti præpes uictoria palmam.
- » Cur autem non Q. quoq; Ennium reprehendit? qui

in annalibus, non ut Virgilius, pennas Dædali præpetes, sed longe diuersius inquit. Quid

Brundisum pulchro præinctum præpete portu?  
Et si uim potius, naturamq; uerbi considerasset: neq;  
id solum, quod augures dicerent, inspexisset: ueniam  
prorsus poëta daret similitudine, ac translatione uerborum  
non significatione utentibus. Nam quoniam non ipsæ tantum  
aues, quæ prosperius præuolant: sed etiã loci, quos capiunt:  
q; idonei, felicesq; sunt: præpetes appellantur: Itarco  
Dædali pennas præpetes dixit, quoniã ex locis, in quibus  
piculum metuebat: in loca tutiora puenerat. Locos porro  
præpetes et augures appellat. Et Ennius in annalium primo dixit.

præpetibus hilares sese, pulchrisq; locis dant.

Auib; autem præpetibus contrarias auers inferas appellari  
Nigidius Figulus in libro primo augurij præuati ita dicit.  
Discrepat dextra sinistra, præpes inferæ. Ex quo est coniectare  
præpetes appellatas, quæ altius, sublimiusq; uolitent: cū  
diffirre a præpetibus Nigidius inferas dixerit. Adolescens ego  
Romæ, tū cum etiã ad grammaticos itarẽ: audiui Appollinarẽ  
Sulpium, quem in primis sectabar, cum de iure augurio  
quæreretur: et mentio præpetum auium facta esset: e L. claro  
præfecto urbis dicere præpetes sibi uideri esse alites, quas  
Homerus ταυπέρυγας appellauerit. Quoniã istas potissimum  
augures spectarent: quæ in gentibus alis patulæ, atq;  
porrectæ præuolarẽt. Atq; ibi hos Homeri uersus dixit.

τῶν δ' οἰωνοῖσι ταυπέρυγας κελαιεῖς  
πεῖθεσθαι, τῶν ἔτι μετατρέπομαι οὐδ' ἀκρίζω.

De Acta Larentia, & Caia Tarratia, deq; origine sacerdotij fratrum Arualium. Cap. VII.

Actæ Larentiæ, & Caiæ Tarratiæ, siue illa suffetia est, nomina in antiq; annalibus celebra sunt. Earum alteræ post mortem, Tarratiæ autem uiuæ amplissimi honores a Po. Ro. habiti, & Tarratiam quidem uirginem Vestæ fuisse lex horatia testis est: quæ super ea ad populum lata, qua lege ei plurimi honores fiunt. Inter quos ius quoq; testimoniij dicendi tribuitur. Testabilisq; una omnium foeminarum ut sit, datur. Id uerbum est ipsius legis Horatiæ. Contrarium est in XII. tabulis scriptum. Improbus, intestabilisq; esto. Præterea si quadraginta annos nata sacerdotio abire, ac nubere uoluisset: ius ei potestatisq; ex augurandi, atq; nubendi facta est, munificentia, & beneficiij gratia, qd̄ campum Tiberinum, siue Martium Po. Ro. condonasset. Sed Acta Larentia corpus in uulgus dabat: pecuniamq; emeruerat ex eo quæstu uberem. ea testamento, ut in Antiatis historia scriptum est: Romulum regem, ut quidam alij tradiderunt, Po. Ro. bonis suis hæredem fecit. Ob id meritum a flamine quirinali sacrificium ei publice fit, & dies e nomine eius in fastos additus. Sed Sabinus Massurius in primo memorabilium secutus quosdam historie scriptores, Actam Larentiam Romuli nutricem fuisse dicit. Ea inquit, mulier ex XII. filijs maribus unum morte amisit. In illius locum Romulus Accæ Larentiæ sese filium dedit. Seq; & ceteros eius filios fratres aruales ap=



pellauit. Ex eo tempore collegium mansit fratrum  
arualium numero. XII. cuius sacerdotij insigne est  
spicea corona, & albæ infulæ.

De Alexandro, & de P. Scipione memoratu di-  
gna. Caput VIII.

Ppion græcus homo, qui πολυίσωρ est ap-  
pellatus, facili atq; alacri facundia fuit.

Is, cum de Alexandri Regis laudibus scri-  
beret, uicti inquit, hostis uxorem facie inclyta mulie-  
rem uetuit in conspectum suum deduci: ut eam ne ocu-  
lis suis quidem contingeret. Lepida igitur questio ag-  
tari potest, utrum uideri continentiolem parsit. P. ne  
Africanum superiorem, qui Carthagine ampla ci-  
uitate in Hispania expugnata, uirginem tempesti-  
uam, forma egregia, nobilis uiri hispani filiam ca-  
ptam, perductamq; ad se patri inuolatam reddidit:  
an regem Alexandrum, qui Darij regis uxorem, eā-  
dem eiusdemq; sororem prælio magno captam, quam  
esse audiebat exuperanti forma, uidere noluit: per-  
ductiq; ad sese prohibuit. Sed hanc utranq; declama-  
tiumculam super Alexandro, & Scipione celebra-  
uerint, quibus abunde & ingenij, & otij, & uerborū  
est. Nos satis habebimus, quod ex historia est, id di-  
cere. Scipionem istum, uero'ne an falso, incertum: fa-  
ma tamen, cum esset adolescēs, haud syncera fuisse, et  
propemodum constitisse hosceuersus a Cn. Neuiō poë-  
ta in eum scriptos esse.

Etiā qui res magnas manu sæpe gessit gloriose.

» Cuius facta uina nunc uigent, qui apud gentes solus  
 » Præstat, eum suus pater cum pallio uno ab amicis  
 » abduxit.

His ego uersibus credo adductum Valerium Antia-  
 tem aduersus cæteros omnes scriptores de Scipionis mo-  
 ribus sensisse: Et eam puellam captiuam non reddi-  
 tam patri scripsisse: contra quam nos supra dixi-  
 mus, sed retentam a Scipione, atq; in delitijs, amori-  
 busq; ab eo usurpatam.

Locus exemptus ex annalibus L. Pisonis historiae,  
 Et orationis lepidissimæ. Caput IX.

» q. Vod res uidebatur memoratu digna, quam  
 » fecisse Cn. Flauium Annij filium, ædi-  
 » lem curulem L. Piso in. III. annali scri-  
 » psit. Ea; res perquam pure, Et uenuste narrata a  
 » Pisonis: locum istum totum ex Pisonis annali compo-  
 » suimus. Cn. inquit, Flauius patre libertino natus  
 » scriptum faciebat. Isq; in eo tempore ædili curuli ap-  
 » parebat, quo tempore ædiles subrogantur. Eumq; pri-  
 » mæ tribus ædilem curulem renuntiauerunt. At ædi-  
 » lis, qui comitia habebat, negat accipere. Neq; sibi pla-  
 » cere, qui scriptum faceret: eum ædilem fieri. Cn. Flauius  
 » Annij filius dicitur tabulas posuisse, scriptu sese ab-  
 » dicasse. Isq; ædilis curulis factus est. Idem Cn. Flauius  
 » Annij filius dicitur ad collegam uenisse uisere ægro-  
 » tum, Et in conclauis postquam introiuit adolescens:  
 » ibi complures nobiles sedebant. Ii contemnentes eum,  
 » assurgere ei nemo uoluit. Cn. Flauius Annij filius

20 *ædilis id arrisit. Sellam curulem iussit sibi afferri.*  
 20 *Eam in limine apposuit, nequis illorum exire pos-*  
 20 *set. Vtq; ij omnes inuiti uiderent sese in sella curuli*  
 20 *sedentem.*

*Historia super Euclide Socratico, cuius exemplo*  
*Taurus philosophus adhortari adolescentes suos so-*  
*litus, ad philosophiam gnauiter sectandam.*

## Caput

## X.

p *Philosophus Taurus uir memoria nostra in*  
*disciplina platonica celebratus, cum alijs bo-*  
*nis multis, salubribusq; exemplis hortaba-*  
*tur ad philosophiam capescendam: tum uel maxime*  
*ista re animos iuuenum expergebat, Euclidem quã*  
*dicebat socraticum factitauisse. Decreto inquit, suo*  
*Athenienses cauerant: ut qui Megaris ciuis esset, si intus*  
*lisse Athenas pedem prehensus esset: ut ea res ei ho-*  
*mini capitalis esset. Tanto Athenienses inquit, odio fla-*  
*grabant finitimorum hominum Megarensium. Tum*  
*Euclides, qui indidẽ Megaris erat: q̄q; etiã ante id de-*  
*cretum & esse Athenis, & audire Socratem consue-*  
*uerat: postquam id decretum sanxerunt: sub noctem*  
*prius quã aduersperasceret, tunica longa muliebri in-*  
*ductus, & pallio uersicolore amictus, & caput, et ora*  
*uelatus, e' domo sua Megaris Athenas ad Socratẽ cõ-*  
*meabat: ut uel noctis aliquo tempore consiliorum, ser-*  
*monumq; eius fieret particeps. Rursusq; sub lu-*  
*cem millia passuum paulo amplius uiginti eadem ue-*  
*ste illa tectus redibat. At nunc inquit, uidere est phi-*  
*losophos ultro currere, ut doceant, ad fores iuuenum*  
*diuitum: eosq; ibi sedere, atq; operiri propè ad me-*

ridiem, donec discipuli nocturnum omne uinum edormant.

Verba ex oratione Q. Metelli Numidici, quae libuit meminisse ad officium grauitatis, dignitatisq; uitae decentia. Caput XI.

Um inquinatissimis hominibus non esse conuicio decertandum, neq; in male dictis aduersus impudentes, et improbos uelitandum, quia tantisper similis, et compar eorum fias: dum paria, et consimilia dicas, atq; audias, non minus ex oratione Q. Metelli Numidici sapientis uiri cognosci potest: qua ex libris, et disciplinis philosophorum. Verba haec sunt Metelli aduersus Caium Ma-  
 lium tri. ple. a quo apud populum in concione lace-  
 » tus, iactatusq; fuerat dictis petulantibus. Nunc, qd  
 » ad illum attinet quirites, quoniam se amplio-  
 » tat esse, si se mihi inimicum distitauerit: quem ego ma-  
 » hi neq; amicum recipio: neq; inimicum respicio: in eu-  
 » ego non sum plura dicturus. Nam eum indignissi-  
 » mum arbitror, cui a uiris bonis bene dicatur. Tum  
 » ne idoneum quidem, cui a probis male dicatur. Nam  
 » si in eo tempore huiuscemodi hominum nomini-  
 » nes, in quo punire non possis, maiore honore, quam  
 » contumelia afficias.

Quod neq; testamentum sicuti Seruius Sulpitius existimauit, neq; sacellum sicuti Trebatius, duplicia uerba sunt, sed a testatione productum alterum, alterum a sacro diminutum. Caput XII.

Seruius

Eruius Sulpitius Iureconsultus uir ætatis  
 sue doctissimus, in libro de testamentis se-  
 cundo, qua ratione adductus testamentum  
 uerbum esse duplex scripserit: non reperio. Nam cõ-  
 positum esse dixit à mentis contestatione. Quid igr-  
 tur calciamentum? quid paludamentum? quid pa-  
 uimentum? quid uestimentum? quid alia mille per  
 huiusmodi formam producta? Etiam'ne ista omnia  
 composita dicemus? Obrepisse autem uidetur Seruio,  
 uel siquis, alius est, qui id prior dixit: falsa quædã sed nõ  
 abhorrens, neq; inconcinna, quasi mentis quædam in  
 hoc uocabulo significatio. sicut hercle C. quoq; Tre-  
 batio eadem concinnitas obrepit. Nam in libro de re-  
 ligionibus secundo. Sacellum est inquit, locus par-  
 tus deo sacratus cum ara. Deinde addit uerba hæc,  
 Sacellum ex duobus uerbis arbitror compositum, sa-  
 cri, & cællæ, quasi sacra cællæ. Hoc quidem scri-  
 psit Trebatius. Sed quis ignorat sacellum & simplex  
 uerbum esse, & non ex sacro, & cællæ compositum,  
 sed ex sacro diminutum?

De quæstiuinculis apud Taurum philosophum in  
 conuiuio agitatis, quæ symposiacæ uocantur.

Caput

XIII.

f Aëtitatum, obseruatumq; hoc Athenis est  
 ab ijs, qui erant philosopho Tauro iunctio-  
 res, cum domum suam nos uocaret: ne, o-  
 mmino (ut dicitur) immunes, & asymboli uenire-  
 mus: coniectabamus ad coenulam non cupedias cibo-  
 rum, sed argutias quæstionum. Vnusquisq; igitur no-

strum commentus, paratusq; ibat, quod quæreret. Eratq; initium loquendi, eundiq; finis. Quærebantur autem nec graua, nec uerenda, sed *ἰνὸν μὲν ματα* quedam lepida, & minuta, & florentem uino animum læsentia. Quale hoc ferme est subtilitatis ludicræ quod dicam. Quæsitum est quando moriens moreretur? cum iam in morte esset, an tum etiam, cum in uita foret. Et quando surgens surgeret, cum iam staret? an tum etiã cum sederet? Et qui artem disceret, quando artifex fieret, cum iam esset, an tum cum etiam non esset. Vtrum enim horũ dicas, absurde, atq; ridicule dixeris, multoq; absurdus uidebitur: si aut utrunq; esse dicas, aut neutrum. Sed ea omnia, cum captiones esse quidam futiles, & inanes dicerent: Nolite inquit Taurus, hæc, quasi nugarum aliquem ludum aspernari. Grauiissimi philosophorum, super hac re serio quæsiuerunt. Et alij moriendi uerbum, atq; momentum, manente adhuc uita dici, atq; fieri putauerunt. Alij nihil in eo tempore uitæ reliquerunt. Totumq; illud, quod mori dicitur, morti uindicauerunt. Item de cæteris similibus in diuersa tempora, & in contrarias sententias discesserunt. Sed Plato inqt noster, neq; uitæ id tẽpus, neq; morti dedit. Idemq; in omni consimilium rerum disceptatione fecit. Vidit quippe utrunq; esse pugnant, neq; posse ex duobus contrarijs, altero manente, alterum constitui. Quæstionemq; fieri per diuersorum inter se finium, mortis & uitæ coherentiam, & iccirco peperit ipse, expressitq; aliud quoddam nouum in confinio tempus: quod uerbis proprijs, atq; integris

gr̄is τὴν ἐξάρνης φύσιν appellauit. Id̄q; ipsum ita  
 uti dico, inquit, in libro, cui παρμενίδης titulus est,  
 scriptum ab eo reperietis τὸ γὰρ ἐξάρνης τοιοῦτόν τι  
 ἔοικε σημαίνον. ὡς ἐξ ἐκείνου μεταβάλλον ἢ ἕτερον.  
 Talia apud Taurum symbola, & alia, quæ erant se-  
 cundarum mensurarum, ut ipse dicere solitus erat, πρᾶ-  
 κτήματα.

Puniendis peccatis tres esse rationes à philosophis  
 attributas. Et quamobrem Plato duarum ex ijs me-  
 minerit. Cap. XIII.

Vniendis peccatis tres esse debere cau-  
 sas existimatum est. Vna est, quæ ὑ-  
 βρισία, uel νόλασις, uel παραλυσίς di-  
 citur, cum poena adhibetur castigandi, atq; emendan-  
 di gratia, ut ijs, qui fortuito deliquit, attentior fiat,  
 correctiorq;. Altera est: quam ij, qui uocabula ista  
 curiosius diuiserunt, τιμορίαν appellant. Ea causa  
 animaduertendi est, cum dignitas, authoritasq; eius,  
 in quem est peccatum, tuenda est, ne prætermissam  
 animaduersio contemptum eius pariat, & honorem  
 leuet. Idcircoq; id ei uocabulum à conseruatione ho-  
 noris factum putant. Tertia ratio uindictæ est, quæ  
 παράδειγμα à grecis nominatur, cum punitio pro-  
 pter exemplum necessaria, ut cæteri à similibus pecca-  
 tis, quæ prohiberi publicitus interest: metu cognitæ  
 pœnæ deterreantur. Idcirco ueteres quoq; nostri exem-  
 pla, pro maximis, grauissimisq; pœnis dicebant.

Quando igitur aut spes magna est, ut is qui peccauit ci-

tra pœnã, ipse sese ultro corrigat: aut spes contra nul-  
la est emendari eũ posse, et corrigi, aut iacturam di-  
gnitatis, in quã peccatum est, metui non necessum est:  
aut non id peccatum est, cuius exemplo necessario me-  
tu sancendum sit: tum quicquid ita delictum est, non  
sanẽ dignum esse imponendæ pœnæ studium uisum  
est. Has tres ulciscendi rationes & philosophi alij  
plurifariam, & noster Taurus in primo commenta-  
riorum, quos in Gorgiam Platonis composuit, scriptas  
reliquit. Plato autem ipse uerbis apertis duas solas  
esse puniendi causas dicit. Vnam, quam primo in lo-  
co propter corrigendum, alteram, quam in tertio pro-  
pter exempli metum posuimus. Verba sunt hæc Pla-  
tonis in Gorgia. προσήκει δὲ παντὶ, τῷ μὲν τιμοῦρου  
μὲν ὑπ' ἄλλου ὀρθῶς τιμωρῶμεν βελτίων γίνεσθαι.  
καὶ ὀνίξασθαι. ἢ παράδειγμα ἄλλοις γίνεσθαι ἵνα ἄλλοι οἱ  
ὄρῶντες πάχοντα φοβούμενοι βελτίους γίνωνται.

In hisce uerbis facile intelligas τιμωρίαν Platonem  
dixisse, non, ut suprascripsi quosdam dicere: sed ita  
ut promissue dici solet, pro omni punitione. An ne au-  
tem quasi omnino paruum, et contemptu dignam præ-  
terierit pœnæ sumendæ causam propter tuendam læ-  
si hominis auctoritatem: an magis quasi ei, quam dice-  
bat, rei non necessariam prætermiserit: cum de pœ-  
nis non in uita, neq; inter homines, sed post uitæ tem-  
pus capiendis scriberet: ego in medium relinquo.

De uerbo quiesco, an e litera corripit, an produci de-  
beat.

Caput

XV.



amicus noster homo multi studij, atq; in bonarum disciplinarum opere frequens, uerbum quiescit, usitate e litera correpta dixit. Alter item amicus, homo in doctrinis, quasi in prestigijs mirificus, communiumq; uocum respuens nimis, & fastidians barbare eum dixisse opinatus est: quoniam producere debuisset, non corripere. Nam quiescit ita oportere dici praedixit, ut calescit, nitescit, stupescit, atq; alia huiusmodi multa. id etiam addebat, quod quies e producto non breui diceretur. noster autem, qua est omnium rerum, uerecunda mediocritate, ne si Helij quidem Cincij, & Satyri dicendum ita censuissent: obsecuturum se fuisse ait contra perpetuam latinae linguae consuetudinem. Neq; se tam insigniter locuturum, absona ut inauditaq; diceret. Literas autem super hac re fecit inter exercitia quaedam ludicra. Et quiesco non esse his simile, quae supra posui, nec a quiete dictum, sed ab eo quietem. Graecaeq; uocis ἤσχομαι ἢ ἡσυχία ἢ ἡσυχία ἢ ἡσυχία ionice a uerbo ἤσχω, & modum & originem uerbum illud habere demonstrauit. Rationibusq; haud sane frigidis docuit quiesco e litera longa dici non conuenire, ut diceret eiusmodi quispiam, qui tumultuarijs, & modicis linguae exercitationibus ad famam se facundiae permiserat, neq; orationis latinae modos, usurpationes uel ulla didicerat.

Notum uerbum deprecari a poeta Catullo inusitate quidem, sed apte positum, & proprie, deq; ratione eius uerbi, exemplisq; ueterum scriptorum.

Caput

XVI.

n 3

A. GEL.

*U*m in Lycio forte uespera ambularemus,  
*e* uir quidam ludo ibi nobis & uoluptati fu-  
 it. nam cum esset uerbum deprecor doctius-  
 cule positum in Catulli carmine, quia id ignorabat:  
 frigidissimos uersus esse dicebat: omnium quidem  
 meo iudicio uenustissimos: quos subscripsit.

- » Lesbia mi dicit semper male: nec tacet unquam
- » De me: dispeream, me nisi Lesbia amat.
- » Cui ego quasi eadem totidem mox deprecor illi
- » Assidue: uerum dispeream nisi amo.

Deprecor hoc in loco uir bonus ita dictum esse putat,  
 ut plerunq; a' uulgo dicitur: quod significat ualde pre-  
 cor, & oro, & supplico. In quo de præpositio ad au-  
 gendum, & cumulandum ualet. Quod si ita esset, fri-  
 gidi sane uersus forent. Nunc enim contra omnino est.  
 Nam de præpositio, quoniam est anceps in uno, eo-  
 demq; uerbo diuersitatem significationis capit. Sic  
 enim deprecor a' Catullo dictum est, quasi detestor,  
 uel excror, uel depello, uel abominor. Contra autem

- » ualet, cū Cicero pro P. Sylla ita dicit. Quam multo-
- » rum hic uitam a' sylla deprecatus est. Item in dis-
- » suatione legis agrariæ. Siquid deliquero, nullæ sunt
- » imagines, quæ me a' uobis deprecentur. Sed neq; so-
- » lus Catullus ita isto uerbo usus est. Pleni adeo sunt li-
- » bri ueterum similis in hoc uerbo significationis. Ex
- » quibus unum & alterum, quæ suppetierant, appo-
- » sui. Q. Ennius in Erechtheo non longe secus dixit,
- » quam Catullus.

- » Quibus nunc inquit erumna mea libertatem paro?
- » Quibus seruitutem mea miseria deprecor?

Significat

Significat abigo, & amolior, uel prece adhibita, uel quo alio modo. Item Ennius in Cresphonte.

» Ego cum meae uitae parcam, letum inimico deprecor.  
 » Cic. in lib. VI. de rep. ita scripsit. Quod quidem  
 » eo fuit maius, quia cum in causa pari collegae essent:  
 » non modo inuidia pari non erant: sed et Claudij inui-  
 » diam Gracchi charitas deprecabatur. Hic quoque  
 » item non est ualde precabatur, sed quasi propulsabat,  
 » & defensabat inuidiam. Quod graeci propinqua si-  
 » gnificatione παρατρέμασι dicunt. Item pro A. Li-  
 » cinio similiter Cicero uerbo isto utitur. Quid inquit  
 » huic homini facias? Nonne concedas interdum, ut ex  
 » cusatione summæ stultitiæ, summæ improbitatis odi-  
 » um deprecetur? item in Verrè actionis secundæ pro  
 » cœmio. Nunc uero quid faciat Hortensius? auaritiæ ne  
 » crimina frugalitatis laude deprecetur? an hominem  
 » flagrantissimum, libidinosissimum, nequissimumque de-  
 » fendat? Sic igitur Catullus eadem se facere dicit,  
 » querens ueniam, quod & male diceret ei palam, re-  
 » spueretque, & recusaret, detestareturque assidue, & ta-  
 » men eam penitus deperiret:

Quis omnium primus libros publice præbuerit le-  
 gendos. Quātusque numerus fuerit Athenis ante cla-  
 des persicæ librorum in bibliothecis publicorum.

Caput XVII.

Libros Athenis disciplinarum liberalium  
 publice ad legendum præbendos primus  
 posuisse dicitur Pisistratus tyrannus. De-  
 inceps studiosius, accuratiusque ipsi Athenienses auxe-  
 runt. Sed omnem illam postea librorum copiam

Xerxes Athenarum potitus, urbe ipsa præter arcem incensa abstulit: asportauitq; in Persas. Hos porro libros uniuersos multis post tempestatibus Seleucus rex, qui Nicanor appellatus est: referendos Athenas curauit. Ingens postea numerus librorum in Aegypto à Ptolemæis regibus uel conquisitus, uel confectus est, ad millia ferme uoluminum septingenta. Sed ea omnia bello priore alexandrino, dum diripitur ea ciuitas, non sponte, neq; opera consulta, sed à militibus forte auxiliarijs incensa sunt.

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM  
COMMENTARII. LIBER SEPTIMVS.

Admiranda quedam ex annalibus sumpta de  
P. Africano superiore. Caput I.

q. Vod de Olympiade Philippi regis uxore, Alexandri matre in historia græca scriptum est, idē de P. Scipionis quoq; matre, qui prior Africanus appellatus est: memoriæ datum est. Nam & Caius Opius, & Iulius Higinus, aliq; qui de uita, et rebus Africani scripserunt: matrem eius diu sterilem existimatam tradunt. P. quoq; Scipionem, cum quo nupta erat, liberos desperauisse. Postea in cubiculo, atq; in lecto mulieris, cum absente marito cubans sola obdormisset: uisum repente iuxta eam cubare ingentem anguem.

quem. Eumq; ijs, qui uiderant, territis, & clamantibus elapsum inueniri non quisse. Id ipsum P. Scipionem ad aruspices retulisse. Eos sacrificio facto respondisse, fore ut liberi gignerentur. Neq; multis diebus postea quam ille angus in lecto uisus est: mulierem concepisse, concepti foetus signa, atq; sensum pati. Exinde mense decimo peperisse. Natumq; esse hunc P. Scipionem Africanum, qui Annibalem, & Carthaginienses in Africa bello punico secundo uicit. Sed & eum impendio magis ex rebus gestis, quam ex illo ostento, uirum esse uirtutis diuinæ creditum est. Id etiam dicere haud piget: quod ijsdem illi, quos supra nominavi, literis mandauerint. Scipionem hunc Africanum solitauisse noctis extremo, prius quam dilucularet in capitolium uentitare, ac iuhere aperiri cellam Iouis, atq; ibi solum diu demorari quasi consultantem de Re. p. cum Ioue, Aedituosq; eius templi saepe esse demiratos, quod solum id temporis in Capitolium ingredientem canes semper in alios saeuientes, neq; latrarent eum, neq; incurrent. Has vulgè de Scipione opiniones confirmare, atq; approbare uidebantur dicta, factaq; eius pleraq; admiranda. Ex quibus est unum huiusmodi. Assidebat, oppugnabatq; oppidum in Hispania situ, moenibusq; ac defensoribus ualidum, & munitum, re etiam cibaria copiosum. Nullaq; eius potundi spes erat. Et quodam die ius in castris sedens dicebat. atq; ex eo loco id oppidum procul uidebatur. Tum e militibus, qui in iure apud eum stabant, interrogauit quispiam ex more in quem diem, locumq; uadimonium promitti iuberet. Et Sci-

pio manum ad ipsam oppidi, quod obsideatur, ar-  
cem protendens, perendie inquit, sese sistant illo in lo-  
co, atq; ita factum. Die tertio in quem vadari iusse-  
rat, oppidum captum est. Eodem die in arce eius op-  
pidi ius dixit.

De Cesellij vindicis pudendo errore, quem offen-  
dimus in libris eius, quos inscripsit lectionum anti-  
quarum. Caput II.

Urpe erratum offendimus in illis cele-  
bratissimis commentarijs lectionum anti-  
quarum Cesellij vindicis, hominis hercle  
pleraq; haud indiligentis: quod erratum multos fu-  
git, q̄q; multa in Cesellio reprehendendo etiam per ca-  
lumnias rimarentur. Scripsit autem Cesellius Q. En-  
nium in XIII libro annalium cor dixisse mascu-  
lino genere. uerba Cesellij subiecta sunt. Masculino  
» genere cor, ut multa alia, enuntiauit Ennius. Nam in  
» XIII annali quem cor dixit. adscripsit deinde  
» uersus Ennij duos.  
» Annibal audaci dum pectore dehortatur,  
» Ne bellum faciam, quem credidit esse meum cor?  
Antiochus est, qui hoc dixit Asiae rex. Is admiratur,  
et permouetur q̄ Annibal Carthaginensis bellum  
se facere Po. Ro. uolentem dehortetur. Hos autem uer-  
sus Cesellius sic accipit. Tanquam si Antiochus sic di-  
cat. Annibal me, ne bellum geram, dehortatur: quod  
cum facit, æquale cor putat habere me ei, q̄ stultum  
esse me credit, cum id mihi persuadere uult. hoc Ce-

*sellius quidem. sed aliud longe Ennius. Nam tres uer-*  
*sus sunt non duo ad hanc Ennij sententiam pertin-*  
*tes. Ex quibus tertium uersum Cefellius non respexit.*

- » *Annibal audaci dum pectore dehortatur,*
- » *Ne bellum faciam, quem credidit esse meum cor?*
- » *Suasorem summum, & studiosum robore belli.*

*Horū uersū sensus, atq; ordo sic, opinor, est. Annibal*  
*ille audentissimus, atq; fortissimus, quē ego credidi, hoc*  
*est enim cor meū credidit perinde, atq; diceret, quem*  
*ego stultus homo credidi fore summum suasorem ad*  
*bellandum, is me dehortatur, dissuadetq; ne bellum*  
*faciam. Cefellius autem forte παρὸς μὲν τὸν παρὰ ἡ*  
*uerborum captus quem cor dictum putauit, & quem*  
*accentu acuto legit, quasi ad cor referatur, nō ad An-*  
*nibalem. Sed non fugit me, si aliquis sit tam incon-*  
*ditus sic posse defendi cor Cefellij masculinum, ut ui-*  
*deatur tertius uersus separatim, atq; diuisim legen-*  
*dus, perinde quasi de præcis, interruptisq; uerbis*  
*exclamet Antiochus, suasorem summum. sed non di-*  
*gnum est eis, qui hoc dixerint, responderi.*

*Quid tullius Tiro Ciceronis libertus repreh-*  
*derit in M. Catonis oratione, quam pro Rhodiensi-*  
*bus in senatu dixit, & quid ad ea, quæ repreh-*  
*derat, responderimus. Cap. III.*

*Iuuitas Rhodiensis & insulæ opportunitate,*  
*& operum nobilitate, & nauigandi soler-*  
*tia, naualibusq; uictorijs celebrata est. ea*  
*Rhodiensis ciuitas, cum amica, atq; sociâ Populi Ro-*

foret, Persa tunc Philippi filio Macedonum rege, cum quo bellum Po. Ro. fuit, amico usa est. Connixi q; sunt Rhodienses legationibus Romam saepe missis, id bellum inter eos componere. sed ubi ista pacificatio perpetrari nequiuit: uerba a plerisq; Rhodiensibus in concionibus eorum ad populum facta sunt: ut si pax non fieret, Rhodienses regem aduersus Po. Ro. adiutarent. sed nullum super ea re publicum decretum factum est. at ubi Perses uictus, captusq; est, Rhodienses pertinere ob ea, quae compluribus in coetibus populi acta, dicta q; erant: Legatosq; Romam miserunt, qui temeritatem quorundam popularium suorum deprecarentur: & fidem, consiliumq; publicum expurgarent. Legati postquam Romam uenerunt, & in senatum intromissi sunt, uerbisq; suppliciter pro causa sua factis securi accesserunt: sententi e rogari coeptae: cumq; partim senatorum de Rhodiensibus quererentur: maleq; eos animatos fuisse dicerent: bellumq; eos illis faciendum censerent: Tum M. Cato exurgit, & optimos, fidissimosq; socios, quorum opibus diripiendis, possidendisq; non pauci ex summatis uiris intenti, infensi q; erant: defensum, conseruatumq; pgit, orationemq; inclytam dicit. Quae & seorsum fertur. Inscripta q; est pro Rhodiensibus, et in quinto Originum libro scripta est. Tiro autem Tullius M. Ciceronis libertus, sane quidem fuit ingenio homo eleganti, & haudquaquam rerum, literarumq; ueterum indoctus. Eoq; ab ineunte aetate liberaliter instituto adminiculatore, et quasi administratore in studijs literarum Cicero usus est. Sed profecto plus ausus est,



quā ut tolerari, i. noscīq; possit. nanq; epistolam con-  
scripsit ad Q. Axiū familiarem patroni sui confi-  
denter, & nimis callide. In qua sibi met usus est ora-  
tionem istam pro Rhodiensibus acri subtiliq; ingenio,  
et iudicio percensuisse. Ex ea epistola libitum forte no-  
bis est reprehensiones eius quasdam attingere, maio-  
re scilicet uenia reprehensuri Tironem, quā tum ille  
reprehenderit Catonem. Culpauit autem primū hoc,  
quod Cato inerudite, & ἀναρωτός, ut ipse ait prin-  
cipio nimis insolenti, nimisq; acri, et obiurgatorio usus  
sit: cum uereri sese ostendit, ne patres, gaudio, atq;  
lætitiā rerum gestarum prospere de statu mentis suæ  
deturbati non satis conspicerent: neq; ad recte intelli-  
gendum, consulendumq; essent idonei. In principijs  
autem inquit, patroni, qui pro reus dicunt: conciliare  
sibi, & complacere iudices debent. Sensusq; eorum ex  
pectatione causæ suspensos, rigentesq; honorificis, ue-  
recundisq; sententijs commulcere. Non iniurijs, atq;  
imperiosis comminationibus confricare. Ipsum deinde  
principiū apposuit: cuius uerba hæc sunt. Scio so-  
lere plerisq; hominibus, rebus secundis, atq; prolixis,  
atq; prosperis, animum excellentem, atq; superbiam,  
atq; ferocitatem aulescere, atq; crescere. quod nunc mi-  
hi magnæ curæ est: quod hæc res tam secunde proces-  
serit, nequid in consulendo aduersi eueniat: quod no-  
stras secundas res confricet. Ne ue hæc lætitiā nimis  
luxuriose eueniat. Aduersæ res se domant, & docent  
quid opus sit factō. Secundæ res lætitiā transuersum  
trudere solent a recte consulendo, atq; intelligendo.  
Quo maiore opere, dico, suadeoq; uti hæc res ali-

A. GEL.

» quot dies proferatur: dum ex tanto gaudio in potesta-  
 » tem nostram redeamus. Quæ deinde Cato iuxta di-  
 » cit: ea inquit, confessionem faciunt, non defensionem,  
 » neq; propulsationem, translationem uel criminis ha-  
 » bent: sed cum pluribus alijs communicationem, quod  
 » scilicet nihil ad purgandum est. Atq; etiam inquit,  
 » insuper profitetur Rhodienses, qui accusabantur, qd  
 » aduersus Po. Ro. regi magis cupuerint, fauerintq;  
 » Id eos cupisse, atq; fauisse utilitatis suæ gratia: ne Ro.  
 » Perse quoq; rege uicto, ad superbiam, ferociamq;, &  
 » immodicum modum insolescerent. Ea; ipsa uerba  
 » ponit ita ut infra scriptum est. Atq; ego quidem arbi-  
 » tror Rhodienses noluisse nos ita depugnare, uti depu-  
 » gnatum est. Neq; regem Persen uicisse, non Rhodienses  
 » id modo uoluere, sed multos populos, ac multas natio-  
 » nes idem uoluisse arbitror. Atq; haud scio an partim  
 » eorum fuerint: qui non nostræ contumeliæ causa id  
 » uoluerunt euenire: sed enim metuere, si nemo esset ho-  
 » mo, quem uereremur: quicquid liberet, faceremus: ne  
 » sub solo imperio nostro in seruitute nostra essent: li-  
 » bertatis suæ causa in ea sententia fuisse arbitror. Atq;  
 » Rhodienses tamen Persen publice nunquam adiue-  
 » re. Cogitate quanto nos nostri natui cautius facimus.  
 » Nam unusquisq; nostrum, si quis aduersus rem suã  
 » quid fieri arbitratur: summa ui contra nititur, ne ad-  
 » uersus eam fiat, quod illi tamen perpeffi. Sed quod ad  
 » principium reprehensum attinet, scire oportuit Tiro-  
 » nem, defensos esse Rhodienses à Catone, sed ut à Se-  
 » natore, & consulari, & censorio uiro: quod quidem  
 » optimum esse publicum existimabat, suadente: non

ut à patrono solet, causam pro reis dicente. Alia nãq; principia conducunt reos apud iudices defendenti, & clementiam, misericordiamq; undiq; indaganti. Alia cū senatus de Re. p. consulitur uiro authoritate præstanti sententijs quorundam iniquissimis permoto, & pro utilitatibus publicis, ac pro salute sociorum grauius, ac libere indignanti simul, ac dolenti. Quippe recte, & utiliter in disciplinis rhetorum præcipitur iudices de capite alieno, deq; causa ad sese non pertinenti cognituros, ex qua præter officium iudicandi, nihil ad eos simul periculi uel emolumenti redundaturum est: conciliandos esse, ac propiciandos laudabiliter, ac placabiliter, & leniter existimationi salutiq; eius, qui apud eos accusatus est. At cum dignitas, & fides, & utilitas omniū communis agitur: ob eamq; rem aut suadendum quid, ut fiat, aut fieri iã cepto differendum est: tum qui se in eiusmodi principijs occupat: ut beneuolos, benignosq; sibi auditores paret, otiosam operam, in non necessarijs uerbis sumit. Iandudum enim negotia periculaq; ipsa rerum cõmunia, consilijs eos capiendis conciliant, et ipsi potius sibi exposcunt consultoris beneuolentiã. Sed quod ait confessum Catonem noluisse Rhodienses ita depugnare, uti depugnatum est: neq; regem Persen à Po. Ro. uinci: atq; id eum dixisse non Rhodienses modo, sed multas quoq; alias nationes uoluisse: sed id nihil ad purgandum, extenuandum ue crimen ualere: iam hoc primum Tiro improbe mentitur. Verba ponit Catonis, et alijs tamen eum uerbis calumniatur. Non enim Cato confitetur Rhodienses noluisse uictoriam esse Po.

Ro. sed sese arbitrari dixit, id eos uoluisse: quod erat proculdubio suæ opinionis professio: non Rhodiensium culpæ confessio. In quare, ut meum quidem iudicium est: non culpa tantum uacat: sed dignus quoque laude, admirationeque est: et cum ingenue, & religiose dicere uisus est contra Rhodienses quod sentiebat: et parta sibi ueritatis fide, ipsum illud tamen, quod contrarium putabatur: flexit, & transtulit: ut eos iccirco uel maxime æquū esset acceptiores, charioresque fieri Po. Ro. quod cum & utiles essent, & uellent regi esse factum, nihil tamen adiunandi eius gratia fecerint. Postea uerba hæc ex eadem oratione ponit.

- » Ea nunc derepente tanta nos beneficia uitro citroque
- » tantam amicitiam relinquimus? Quod illos dicimus
- » uoluisse facere, id nos priores facere occupabimus?

Hoc inquit, enthymema nequam, & uitiosum est. responderi enim potuit, occupabimus certe. Nam si non occupauerimus: opprimemur, incidendumque erit in insidias, a quibus ante nos non cauerimus. Recte inquit, hoc uitio dat Lucilius poetæ Euripidi: quod cum Polyphontes rex propterea se interfecisse fratrem diceret: quod ipse ante consilium de nece eius cepisset. Aerope fratris uxor hisce eum uerbis eluserit  
 εἰ γὰρ σε ἴμελλεν, ὡς οὐ φῆς κτείνεν πρός. χρὴ καὶ σὲ μέλλεν, ὡς χρόνος παρῆν δῆθεν. At hoc enim inquit, planè stultitiæ plenum est eo consilio, atque ea finè facere nolle aliquid: uti nunquam id facias, quod uelis. Sed uidelicet Tiro animum non aduertit non esse in omnibus rebus cauendis eandem causam, neque humane uitæ negotia, & actiones, & officia, uel occupandi,

pandi, uel differendi, uel etiam ulciscendi, uel cauendi, similia esse pugnae gladiatoriae. Nam gladiatori composito ad pugnandum pugnae haec proposita fors est: aut occidere, si occupauerit: aut occumbere, si cesserit. hominum autem uita non tam iniquis, neque tam indomitis necessitatibus circumscripta est: ut ita prior iniuriam facere debeas: quam nisi feceris: pati possis. Quod tantum aberat à Po. Ro. mansuetudine occupare: ut saepe iam in sese factas iniurias ulcisci neglexerit: post deinde usum esse Catonem dicit in eadem oratione argumentis parum honestis, et nimis audacibus. Ac non uiri eius, qualis fuit: sed uafri, ac fallaciosi, et quasi graecorum sophistarum solertijs. Nam cum obijceretur inquit, Rhodiensibus, quod bellum Po. Ro. facere uoluissent, negauit pene. Sed ignosca poposcit, quia id non fecissent: et si maxime uoluissent. induxisseque eum dicit, quam dialectici ἐταρωτήν appellant, rem admodum insidiosam, et sophisticam, neque ad ueritates magis, quam ad captiones repertam, cum conatus sit exemplis decipientibus colligere, confirmareque neminem, qui male facere uoluit: plecti aequum esse, nisi quod factum uoluit, etiam fecerit. uerba autem ex ea oratione M. Catonis haec sunt. Qui acerrime aduersus eos dicit, ita dicit, honestes uoluisse fieri: et quis est tandem nostrorum, qui quae ad sese attineat, aequum censeat quenquam poenas dare ob eam rem, quod arguatur male facere uoluisse? Nemo opinor. Nam ego, quod ad me attinet, nolim. Deinde paulo infra dicit. Quid nunc, et quae tandem lex est tam acerba, quae dicat, si quis illud facere

» uoluerit: mille numis dimidium familie multa esto.  
 » Siquis plus quingenta iugera habere uoluerit: tanta  
 » poena esto. Siquis maiorem pecudum numerum ha-  
 » bere uoluerit: tantum damni esto. Atqui nos omnia  
 » plura habere uolumus, & id nobis impune est. Postea  
 » ita dicit. sed si honorem non æquum est habere  
 » ob eam rem: quod bene facere uoluisse quis dicit, neq;  
 » fecit tamen: Rhodiensibus tale erit: non quod male fe-  
 » cerunt: sed quia uoluisse dicuntur. His argumentis Ti-  
 » ro Tullius M. Catonem contendere, & conficere dicit,  
 Rhodiensibus quoq; impune esse debere, quod hostes  
 quidem Po. Ro. esse uoluisent: & qui maxime non  
 fuissent. Dissimulari autem non posse ait, quin pa-  
 ria, & consimilia non sint, plus quingenta iugera ha-  
 bere uelle, quod plebiscito colonis prohibitum fuit: &  
 bellum iniustum, atq; impium Po. Ro. facere uelle.  
 neq; item inficiari posse, quin alia causa in præmio  
 » sit: alia in poenis. nam beneficia inquit, promissa op-  
 » periri oportet: neq; ante remunerari, quam facta sint.  
 » Iniurias autem imminentes præcauisse, iustum est ma-  
 » gis, quam expectauisse. Summa enim professio stul-  
 » titie inquit est non ire obuiam sceleribus cogitatis: sed  
 » manere, oppeririq; , ut cum admissa & perpetrata  
 » fuerint: tum deniq; ubi, quæ facta sunt, infecta fie-  
 » ri non possunt: puniantur. hæc Tiro in Catonem,  
 non minus frigide sanè, quam inaniter. Sed enim Ca-  
 to non nudam: nec solitariam, nec improtectam hanc  
 ἰταρωρὴν facit, sed multis eam modis præfulcit: mul-  
 tisq; alijs argumentis conuelat. & quia non Rhodien-  
 sibus magis: quam Reip. consulebat: nihil sibi dictu,  
 factuq;

factuq; in ea re turpe duxit: quin omnium sententiarum uia seruatum ire socios niteretur. Ac primum ea non in callide conquisiuit: quæ non iure naturæ, aut iure gentium fieri prohibentur: sed iure legum rei alicuius medendæ, aut temporis causa iussarum, sicut est de numero pecoris, & de dominio agri præfinito, aut eiusmodi aliquo. in quibus rebus quod prohibitum fieri per leges quidem non licet, uelle id tamen facere, si liceat, inhonestum non est. Atq; eas res cõtulit seorsum, miscuitq; cum eo quod, neq; facere, neq; uelle per se honestum est. tum deinde ne disparilitas collationis euidentis fieret: pluribus id propugnaculis defensat. Neq; tenues istas, & enucleatas uoluntatum in rebus illicitis reprehensiones, qualia in philosophorum otio disputantur: magnificat: sed id solum ex summa opè nititur: ut causa Rhodiensium, quorum amicitiam retineri ex Re profuit: aut æqua iudicaretur: aut quidem certe ignoscenda. Atq; interim, neq; fecisse Rhodienses bellum, neq; facere uoluisse dicit. Interim autem facta sola censenda dicit: atq; in iudicium uocanda: sed uoluntates nudas, inanesq; neq; legibus, neq; pœnis fieri obnoxias. Interdum autem quasi deliquisse eos concedat: ignosci postulat: & ignoscentias utiles esse rebus humanis docet: ac nisi ignoscant, metus in Re p. rerum nouarum monet: sed enim contra si ignoscatur, conseruatum iri ostendit Po. Ro. magnitudinem: superbic quoq; crimen, quod tunc præter cætera in senatu Rhodiensibus obiectum erat: mirifica, & prope diuina responsionis figura elusit & eluit. Verba adeo ipsa ponemus Catonis, quoniam Tiro ea prætermisit.

» Rhodienses superbos esse aiunt, id obiectantes, quod  
 » mihi e' liberis meis minime dici uelim: sint sane' super  
 » bi. Quid id ad nos attinet? id ne irascimini, si quis su  
 » perbius est quam nos? Nihil prorsus hac compella-  
 » tione dici potest neq; grauius, neq; munitius aduer-  
 » sus homines superbissimos facta: qui superbiam in se  
 » se amarent: in alijs reprehenderent. Præterea ani-  
 » maduertere est in tota ista Catonis oratione, omnia di-  
 » sciplinarum rhetoricarum arma, atq; subsidia mota  
 » esse. sed non perinde, ut in decursibus ludicris, aut  
 » simulachris præliorum uoluptarijs fieri uidemus.  
 » Non inquam distincte nimis, ac compta, atq; modula-  
 » te res acta est: sed quasi in ancipiti certamine cū spar-  
 » sa acies est: multisq; locis Marte uario pugnatur, sic in  
 » ista tum causa Cato, cum superbia illa Rhodiensiu' fa-  
 » mosissima multorum odio, atq; inuidia flagraret: o-  
 » mnibus promiscue tuendi, atq; propugnandi modis  
 » usus est: Et nunc ut optime meritos commendat nunc  
 » tanquam si innocentes: purgat, Et ne bona, diuitieq;  
 » eorum expetantur: obiurgat. nunc etiam quasi sit er-  
 » ratum, deprecatur. nunc ut necessarios reip. ostentat.  
 » nunc clementiæ, nunc mansuetudinis maiorum, nunc  
 » utilitatis publicæ commonefacit: eaq; omnia distin-  
 » ctius, numerosiusq;, ac comptius fortasse dici potue-  
 » rint: fortius, atq; uiuidius potuisse dici non uidentur.  
 » Inique igitur Tiro Tullius, qui qd ex omnibus facul-  
 » tatibus tam opulentæ orationis aptis inter sese, Et co-  
 » herentibus paruum quippiam, nudumq; sumpsit:  
 » quod obrectaret, tanquam non dignum M. Catone  
 » fuerit, quod delictorum non perpetratorum uolun-  
 » tates,



tates, non censuerit puniendas. Commodius autē, cre-  
 Etiusq; de his meis uerbis, quibus Tul. Tironi respon-  
 di, modo aestimabit, iudiciūq; faciet, qui & oratio-  
 nem ipsam Catonis totam acceperit in manus: & epi-  
 stolam Tironis ad Axium scriptam requirere, & le-  
 gere curauerit. Ita enim nos syncerius, exploratiusq;  
 uel corrigere poterit, uel probare.

Cuiusmodi seruos, & quam ob causam Caelius  
 Sabinus iuris ciuilis author pileatos uenundari soliti-  
 tos scripserit: & quæ mancipia sub corona more ma-  
 iorum uenerint. Atq; id ipsum sub corona quid sit.

Caput

IIII.

**P**ileatos seruos uenum solitos ire, quorū no-  
 mine uenditor nihil præstaret: Caelius Sa-  
 binus iuris peritus scriptū reliquit. cuius rei  
 causam esse ait: quod cuiusmodi conditionis mancipia  
 insignia esse in uendundo deberent: ut emptores er-  
 rare, & capi non possent. neq; lex uendundi oppe-  
 rienda esset, sed oculis iā perciperent, quodnam esset  
 mancipiorum genus. sicuti inquit, antiquitus mancipia  
 iure belli capta coronis induta ueniebant: & ita  
 dicebantur sub coronis uenire. Namq; ut ea corona si-  
 gnum erat captiuorum uenaliū ita Pileus imposi-  
 tus demonstrabat eiusmodi seruos uenundari: quo-  
 rum nomine emptori uenditor nihil præstaret. Est au-  
 tem alia rationis huius opinio: cur dici solitum sit, ca-  
 ptiuos sub corona uenundari: quod milites custodiæ  
 causa, captiuorum uenaliū greges circumstarent:  
 eaq; circumstatio militum corona appellata sit. Sed id

magis uerum esse, quod supra dixi. Cato quoque in libro, quem composuit de re militari, docet. Verba sunt  
 » hæc Catonis. Vt populus sua opera potius ob rem bene  
 » gestam coronatus supplicatum eat, quam re male  
 » gesta coronatus ueneat.

Historia de Polo histrione memoratu digna.

Caput

V.

h Istrio in terra græcia fuit fama celebri qui gestus, et uocis claritudine, et uenustate cæteris antestabat. nomen fuisse aiunt Polum, tragoedias poetarum nobilium scite, atque assuerate actitauit. Is polus unice amatum filium morte amisit. eum luctum quoniam satis uisus est eluxisse: redijt ad quæstum artis. in eo tempore Athenis Electræ Sophoclis acturus: gestare urnam, quasi cum Orestis ossibus debebat. ita compositum fabulæ argumentum est: ut ueluti fratris reliquias ferens, Electræ comploret, commisereturque interitum eius: qui per uim extinctus existimatur. Igitur Polus lugubri habitu Electræ indutus ossa, atque urnam e sepulchro tulit filij: et quasi Orestis amplexus oppleuit omnia, non simulachris, neque imitamentis, sed luctu atque lamentis ueris et spirantibus. itaque cum agi fabula uideretur: dolor actitatus est.

Quid de quorundam sensuum naturali defectu Aristoteles scripserit.

Caput

VI.

ex quinque

**X** quinque sensibus, quos animantibus natura tribuit, visu, auditu, gustu, tactu, odoratu, quos greci αἰσθήσεις, ὄψιν, ἀκοήν, γῆυσιν, ἄφῆν, ὄσφρησιν appellant, quaedam animalium alio carent: Et aut cæca natura gignuntur, aut inorta, inauritaue. nullum autem gigni animal Aristoteles dicit: quod aut gustus sensu careat, aut tactus: uerba ex libro eius, quem περὶ μνήμης composuit: hæc sunt, τὴν δὲ ἀφῆν, καὶ τὴν γῆυσιν πάντα ἔχει, πλὴν ἐπὶ τῶν ἀτελεῶν ζώων.

An affatim quasi admodum prima acuta pronuntiandum sit: Et quaedam itidem non incuriose tractata super aliarum uocum accentibus.

## Caput VII.

Nnianus poeta præter ingenij amœnitates, literarum quoque ueterum et rationum in literis oppido quæ pitus fuit: et sermocinabatur mira quadam, et scita suauitate. is affatim ut admodum prima acuta, non media pronuntiabat. Atque ita ueteres locutos censebat: itaque se audiente Probum grammaticum hos uersus in Plauti cistellaria legisse dicit.

» Potin' es tu homo facinus facere sirenum?

» Aliorum est affatim qui faciant.

» Sane ego me uolo fortem perhiberi uirum.

Causamque esse huic accentui dicebat: quod affatim non essent duæ partes orationis: sed utraq; pars in unam uocem coaluisset. sicuti in eo quoque, quod ex aduersum dicimus, secundam syllabam debere acui existimabat: quoniam una non duæ essent orationis partes. Atque ita oportere apud Terentium legi dicebat in his uersibus.

- » In quo hæc discebat ludo ex aduersum ton-
- » Tonstrina erat quædam. Addebat etiam quod ad prouerbium tum ferme acueretur, cum significaret ἐπιτασιον, quam intentionem nos dicimus, sicuti adfabre, & admodum, & adprobe dicuntur. Cætera quidem satis commode Annianus: sed hæc particula ad, semper cum intentionem significaret, acui putauit: non id perpetuum uidetur. Nam & adpotus cui dicimus, & adprimus, et adprime intentio in his uerbis demonstratur: neque tamen, ad, particula satis commode accentu acuto pronuntiatur. adprobus tamen, quod significat ualde probus, non inficias eo quod prima syllaba acui debeat. Cælius in comædia, quæ inscribitur triumphus, uocabulo isto utitur.
- » Hierocles hospes est mihi adolescens adprobus. Num igitur in istis uocibus, quas nos non acui diximus: ea causa est, quod syllaba insequitur natura longior: quæ non ferme patitur acui priorem: in uocibus syllabarum plurium quam duarum. Adprimus autem longe primum L. Lilius in odyssea dicit in hoc uersu.
- » Ibi denique uir summus adprimus Patroclus. Idem Lilius in odyssea præmodum dicit quasi admodum. (dum. Quod significat supra modum, dictumque est quasi prætermodum: in quo scilicet prima syllaba acui debuit.

Res ultra fidem tradita super amatore delphino, & puero amato.

Caput

VIII.

delphinus

Elphinos uenerios esse, & amastios non modo historiae ueteres, sed recentes quoque memoriae declarant. Nam & sub Caesarib. in pu-  
 teolano mari, ut Appion scriptum reliquit, & aliquot seculis ante apud Naupactum, ut Theophrastus tradidit: amatores flagrantissimi delphinorum cogniti, compertiq; sunt. Neq; ij amauerunt, quod sunt ipsi genus, sed pueros forma liberali, in nauiculis forte, aut in uadis litorum conspectos miris, & humanis modis arserunt. uerba subscripsi ἀπ' ἰωνος eruditi uiri ex Aegyptiacorum libro quinto quibus delphini amantis, & pueri non abhorrentis consuetudines, lusus, gestationes, aurigationes refert: eaq; omnia sese ipsum, multosq; alios uidisse dicit.

καὶ αὐτὸς δ' ἔν εἶδεν περὶ Δικαιαρχίαν Δελφίνα ἰρῶν-  
 τα παιδὸς, καὶ πρὸς παιδικὴν ἐπιθήμενον φωνήν. ἀ-  
 τὰρ οὖν καὶ προσνηχόμενος ὁ ἰχθύς, ἀνεδέχετο σὸν  
 παῖδα ἐπὶ τῶν νῶτων. καὶ τὰς ἀκείβας περιελλῶν ἵ-  
 τα μὴ τὸν ποθεύμενον χρωτὰ ἀμύξει καὶ ἱπιπιδόν πε-  
 ριβεβηκότα μέχρι διακοσίων ἀνῆγε παδίῳν. ἐξέχετο  
 δ' ἄρα ἠρώμη. καὶ πᾶσα ἡ ἰταλία θεάσασθαι ἰχθύν νη-  
 χόμενον ὑπὸ ἔρωτος. Ad hæc adiicit rem non minus  
 mirandam. Postea inquit, idem ille puer delphino  
 amœnus morbo affectus obiit suum diem. At ille a-  
 mans, ubi sæpe ad litus solitum annauit: & puer,  
 qui in primo uado aduentum eius opperiri consue-  
 uerat: nusquam fuit: desyderio tabuit, exanimatusq;  
 est: et in litore iacens inuentus ab ijs, qui rem cogno-  
 uerant: in sui pueri sepulchro humatus est.

Peposci, memordi, pepugz, spepondi, & oace curri, plerosq; ueterum dixisse, non uti postea receptum est dicere, per o aut per u literam in prima syllaba positam, sed per e. atq; ideo græcæ rationis exemplo dixisse. Præterea notatum, quod uiri non indocti, neq; ignobiles à uerbo descendo non descendi, sed descendidi dixerunt. Cap. IX.

Oposci, momordi, pupugz, cucurri probabiliter dici uidentur. Atq; ita nunc omnes ferme doctiores huiusmodi uerbis utuntur. sed Q. Ennius in satyris memorderit dixit per e literam, non momorderit.

- » Meum inquit non est: atsi me canis memorderit.
  - » Item Laberius in gallis, de integro patrimonio
  - » Meo centum millia nummum memordi.
  - » Item idem Laberius in coloratore. Itaq; leui
  - » Pruna percoctus, simul sub dentes mulieris.
  - » Veni, bis ter memordit. - Item P. Nigidius de animalibus libro secundo.
  - » Ut serpens si memordit, gallina deligitur, & opponitur.
  - » Item Plautus in aulularia. - Ut admemordi
  - » Hominem - Sed idem Plautus in trigeminis, non præmordisse, neq; præmomordisse dixit, sed præmorsisse.
  - » Ni fugissem inquit, medium credo præmorsisset. Item Accius in conciliatrice,
  - » Ursum se memordisse autumat.
- Peposci quoq; non poposci Valerius Antias libro animalium XLV scriptum reliquit. Deniq; Licinius

- » trib. pl. perduellionem ei diem dixit, & comitijs diem  
 » à Q. Martio prætoris peposcit. Pepugero æque Aacius  
 » in ædilitia dicit.  
 » Sed si pepugero, metuet. Helium quoque Tubero-  
 » ronem libro ad C. Oppium scripto occurrat dixisse  
 » se Probus annotavit: & hæc eius uerba apposuit. Si  
 » generalis species occurrat. Idem probus Valerium  
 » Antiatem libro historiarum XII sponderat  
 » scripsisse annotavit: uerbaque eius hæc apposuit. Tib.  
 » Gracchus, qui quæstor C. Mancino in Hispania fue-  
 » rat: & ceteri, qui pacem sponderant. Ratio autem  
 » istarum dictionum hæc esse uideri potest. quoniam greci  
 » in quadam specie præteriti temporis, quæ παρακείμενον  
 » appellant, secundam uerbi literam in, e, plerumque uertunt.  
 » γράφω γέγραφα, ποίω πεποίηκα, λαλώ λελάληκα, κρού-  
 » τω κέκρούτηκα, λούω λέλουκα. sic ergo mordeo me-  
 » moridi, posco peposci, tendo tetendi, tango tetigi, pun-  
 » go pepugui, spondeo sponderi, curro cecurri, tollo tetu-  
 » li facti. sic M. T. & C. Cæsar mordeo, memordi, pun-  
 » go, pepugui, spondeo, sponderi, dixerunt. Præterea in-  
 » ueniri à uerbo scindo simili ratione non sciderat. sed  
 » sciderat dictum esse. L. Aacius in sotadicorum libro  
 » primo sciderat dicit. uerba eius hæc sunt.  
 » Non ergo aquila ita, ut hi prædicant,  
 » Sciderat pectus. Ennius quoque & Valerius  
 » Antias in libro historiarum LXXV. uerba hæc  
 » scripsit. Deinde funere locato ad forum descendit.  
 » Laberius quoque in Catulario ita scripsit.  
 » Ego mirabar quomodo mammæ mihi descendide-  
 » rant.

Usucapio & copulate & recto uocabuli casu dicitur, ita pignoris capio coniuncte, & eadem uocabuli forma dictum est. Caput X.

**T** hæc usucapio dicitur copulato uocabulo a, litera in eo tractim pronuntiata, ita pignoris capio iunctæ sunt partes, & productæ dicebantur. uerba Catonis sunt ex primo epistolarum questionum. Pignoris capio ob æs militare, quod æs a Tribuno ærario miles accipere debebat uocabulum seorsum fit: per quod satis dilucet hanc capionem posse dici, quasi hanc captionem, & in usu & in pignore.

Neque leuitatem, neque nequitiam ea significatione esse, qua in uulgi sermonibus dicuntur.

## Caput XI.

**L**euitatem plerumque nunc pro inconstantia, & mutabilitate dici audio, & nequitiam pro solertia, astutiâque. sed ueterum hominum, qui proprie, atque integre locuti sunt: leues dixerunt, quos uulgo nunc uiles, & nullo honore dignos dicimus. & leuitatem appellauerunt perinde quasi lenitatem. Et neque hominem nihili, neque rei, neque frugis bonæ, quod genus græci fere ἀσωτον, ἢ ἀνόλαστον, ἢ ἀχρεῖον, ἢ ἀχρηστον, ἢ κακώτροπον, ἢ μιαιφόν dicunt. Qui exempla horum uerborum requirit: ne in libris nimis remotis querat, inueniet ea in M. Tullij secunda antonianarum. nam cum genus quoddam sordidissimum uitæ, atque uictus M. Antonij idem demonstraturus esset: quod in caupona



delitesceret: quod ad uesperum perpotaret: quod ore  
inuoluto iter faceret: ne cognosceretur: hæc, & alia e-  
» iusmodi cum in eum dicturus esset. Videte inquit, ho-  
» minis leuitatem, tanquam prorsus ista dedecora hoc  
iuitio in homine notarentur. At postea cum in eundem  
Antonium probra quædam alia ludibriosa, & tur-  
» pia ingessisset: ad extremum hoc addidit. O' homi-  
» nem nequam, nihil enim magis proprie possum dice-  
re. Sed ex eo loco M. Tullij uerba compluscula libuit  
» ponere. At uidete leuitatem hominis: cū ora diei de-  
» cima ferè ad saxa rubra uenisset: delituit in quadam  
» cataponula, atq; ibi se oculens perpotauit ad uespe-  
» rum. Inde cisio celeriter ad urbem aduectus, domum  
» uenit ore inuoluto. Ianitor rogat, quis tu? A. Marco  
» tabellarius. confestim ad eam, cuius causa uenerat, de-  
» ducitur. Eiq; epistolam tradi: quam illa cum legeret  
» flens. (erat enim scripta amatorie.) Caput autem li-  
» terarum hoc erat, sibi cum illa mima posthac nihil  
» futurū, omnem se amorem abiecisse illius, atq; in hanc  
» transfudisse. Cum mulier fleret uberius: homo mise-  
» ricors ferre non potuit. Caput aperuit, in collum in-  
» uasit. O' hominem nequam, nihil enim magis pro-  
» prie possum dicere. Ergo ut te catamitum, nec opina-  
» to, cum ostendisses, præter spem mulier aspiceret. Icir-  
» co urbem terrore nocturno, Italiam multorum die-  
» rum metu perturbasti? Consimiliter Q. quoq;  
Claudius in primo annalium, nequitiam appella-  
uit luxum uitæ prodigum, effusumq; in hisce uerbis.  
» Persuadenti cuidam adolescenti Lucano, qui appri-  
» me summo genere gnatus erat: sed luxuria, & nequi-

tia pecuniam magnam consumpserat. M. Varro in li-  
 bris de lingua latina. Ut ex non, & uolo inquit, no-  
 lo fit, sic ex ne, & quicquam media extrita syllaba  
 compositum est nequam. P. Africanus pro se contra  
 Tib. A. Sellium de multa ad populum. Omnia mala  
 probra flagitia, quae homines faciunt, in duabus re-  
 bus sunt, malitia, atque nequitia: utrum defendis, ma-  
 litiam an nequitiam? an utrumque simul? Si nequi-  
 tiam defendere uis: licet. Sed tu in uno scorto maiorem  
 pecuniam absumpsisti, quam quanti omne instrumen-  
 tum fundi Sabini incensum dedicauisti. Si hoc ita est,  
 qui spondet mille nummum? Sed tu plus tertia parte pe-  
 cuniae paternae perdidisti, atque absumpsisti in flagi-  
 tijs. Si hoc ita est, qui spondet mille nummum? non uis  
 nequitiam? Age malitiam saltem defende. tu uerbis  
 conceptis coniurasti sciens, sciente animo tuo. Si hoc  
 ita est, qui spondet mille nummum?

De tunicis χερσιδωτοῖς, quod earum usum P. Afri-  
 canus Sul. Gallo obiecit. Caput XII.

Tunicis uti uirum prolixis ultra brachia,  
 & usque in primores manus, ac prope in di-  
 gitos Romae, atque omni in Latia indecorum  
 fuit. Eas tunicas graeco uocabulo nostri χερσιδωτοῖς  
 appellauerunt. Foeminaeque solis uestem longe lateque  
 diffusam indecere existimauerunt, ad ulnas, cruraque  
 aduersus oculos protegenda. Viri autem Ro. primo qui-  
 dem sine tunicis, toga sola amicti fuerunt. Postea sub-  
 strictas, & breues tunicas citra humerum desinentes

habebant. quod genus graeci dicunt *ἑσπιδας*.

Hac antiquitate inductus P. Africanus Pauli filius, uir omnibus bonis artibus, atq; omni uirtute praeditus P. Sul. Gallo hoī delicato inter pleraq; alia, quae obiectabat: id quoq; probro dedit: quod tunicis uteretur manus totas operientibus. uerba sunt haec Scipionis. Nam qui quotidie unguentatus aduersum speculum ornetur: cuius supercilia raduntur: qui barba uulsa, foeminibusq; subuulsis ambulet: qui in conuiujs adolescentulus cum amatore, cum chirodota tunica inferior acubuerit: qui non modo uinosus, sed uirosus quoq; sit: eum ne quisquam dubitet, quin idem fecerit, quod cinædi facere solent. Virgilius quoq; tunicas huiusmodi quasi foemineas, ac probrosas criminatur.

Et tunicae inqt, manicatae, & habent redimicula mitrae. Quae quoq; Ennius Carthaginensium tunicatam iuuentutem non uidetur sine probro dixisse.

Quem classicum dicat M. Cato, quem infra classem.

Caput

XIII.

Classicus dicebantur non omnes, qui in classibus erant: sed primae tantum classis homines, qui C. C. XXV. millia aëris amplius uel censi erant. Infra classem autem appellabantur, secundae classis, ceterarumq; omnium classium, qui minore summa aëris, quam supra dixi, censebantur. Hoc eo strictum notauimus, quoniam in M. Catonis oratione, qua uoconiam legem suasit: quaeri solet, quid sit classicus, quid infra classem.

De tribus dicendi generibus, ac de tribus philosophis, qui ab Atheniensibus ad Senatum Romam legati sunt.

In carmine, & in soluta oratione genera dicendi probabilia sunt tria: quæ græci χαραντήρας uocant, nominaq; eis fecerunt apponi ἀδρόν, ἰχνόν, μέσον. Nosq; quem primum posuimus, uberem uocamus: secundum, gracilem: tertium, mediocre. Uberi dignitas, atq; amplitudo est. Gracili uenustas, & subtilitas. Medius in confinio est utriusq; modi particeps. His singulis orationis uirtutibus uitia agnata sunt, pari numero quæ earum modum, & habitum simulachris falsis ementiuntur. sic plerūq; sufflati, atq; tumidi fallunt pro uerberibus: squalentes, & ieiuni dicti pro gracilibus: incerti, & ambigui pro mediocribus. Vera autem, & propria huiusmodi formarum exempla in latina lingua M. Varro esse dicit, ubertatis Pacuuium: gracilitatis Lucilium: mediocritatis Terentium. Sed ea ipsa genera dicendi iam antiquitus tradita ab Homero sunt tria in tribus. Magnificū in Ulysse & uerber est: subtile in Menelao, & cohibitum mistum, moderatumq; in Nestore. Animaduersa eadem tripartita uarietas est in tribus philosophis, quos Athenienses Romam ad Senatū Po. Q. Ro. legauerant: impetratum uti multam remitterent: quam fecerant propter Oropi uastationem. ea multa fuerat talentūm fere quingentum. erant isti philosophi. Carneades ex academia, Diogenes stoicus, Critolaus peripateticus, & in  
 senatum

Senatum quidem introducti interprete usi sunt Cæcilio senatore. sed ante ipsi seorsum quoque quisque ostentandi gratia magno conuentu hominum disertauerunt. tum admirationi fuisse aiunt Rutilius, et Polybius philosophorum trium sui cuiusque generis facundiam. Violenta inquit, et rapida Carneades dicebat. Scita et teretia Critolaus. Modesta Diogenes, et sobria. unumquodque autem genus, ut diximus cum castè pudicèque ornatur, fit illustrius cum fueratur, atque prælinitur, fit præstigosum.

Quã seuerè moribus maiorum in fures uindictatum sit: et quid scripsit Mutius Scaeuola super eo, quod seruatum, datum, commodatumue esset.

Caput

XV.

I Abeo in libro de duodecim tabulis secundo acria, et seuera iudicia de furtis habitata esse apud ueteres scripsit. Idque Brutum solitum dicere, furti dånatum esse: qui iumentum aliorum duxerat, quàm quo utendum acceperat. Item qui longius produxerat, quàm quem in locum petierat. Itaque Quintus Scaeuola in librorum, quos de iure civili composuit. XVI. uerba hæc posuit. Quod cui seruandum datum est: si id usus est: siue quod utendum acceperit: ad aliam rem, atque accepit: usus est: furti se obligauit.

Locus exscriptus est satyra M. Varronis, quæ *περὶ ἐδεσμάτων* inscripta est de peregrinis ciborum generibus, et appositi uersus Euripidis, quibus delicatorem hominum luxuriantem gulam confuta-

uit.

Caput

XVI.

Arro in satyra, quàm περί ἰδιομάτων  
 u cibis peregrinis, & lauticijs inscripsit, lepi-  
 de admodum, & scite factis uersibus coena-  
 rum, ciborumq; , exquisitas delicias comprehendit.  
 nam pleraq; id genus, quæ helluones isti terra, &  
 mari conquirunt: exposuit: conclusitq; in numeros  
 senarios, & ipsos quidem uersus, cui otium erit, in  
 libro quo dixi, positos legat. Genera autem, nomi-  
 naq; edulium, & domicilia ciborū omnibus alijs præ-  
 stantia, quæ profunda ingluuias uestigauit: quæ Var-  
 ro opprobrians executus est: hæc sunt ferme quantum  
 nobis memoriæ est. Pannus e' Samo. Phrygia attage-  
 na. Grues mellicæ. Hædus ex Ambracia. Pelamis  
 chalcedonia. Murena Tartesia. Aselli pessinuntij. O-  
 strea tarentia. Pectunculus chius. Helops Rhodius.  
 Scari cilices. Nuces thasiæ. Palma ægyptia. Glans ibe-  
 rica. Hanc autem peragrantis gulæ, & in succos in-  
 suetos inquirentis industriam, atq; has undiq; uorsum  
 indagines. cupediarum maiore detestatione dignas cen-  
 sebinus, si uersus Euripidis recordemur: quibus ute-  
 bantur sæpissime Chrystippus philosophus tanquam  
 edendi irritationes quasdam repertas esse, non per  
 usum uitæ necessarium, sed per luxum animi, paratæ  
 atq; facilia fastidientis per improbam satietatis lascî-  
 uiam. uersus Euripidis ad scribendos putauit

ἐπεὶ τί δὲ βροτοῖσι πλὴν δεῖν μόνον  
 διμῆτερος ἀκτῆς, πώματος, θ' ὕδροχόου  
 ἄτινα παρέστι καὶ πέφυχ' ἢ μᾶς πρέφει  
 ὧν οὐκ ἀπαρκεῖ πλησμονὴ τροφῆς δέ τοι

ἄλλων

ἄλλων ἰδεῶν μηχανὰς θηρώμεθα.

Sermo habitus cum grammatico insolentiarum, & imperitiarum pleno, de significatione uocabuli, quod est obnoxius, de quo eius uocis origine. Cap. XVII.

Ercunctabar Romæ quempiam grammaticum primæ in docendo celebritatis, non hercle experiundi, uel tentandi gratia, sed discendi magis studio & cupidine, quid significaret obnoxius, quæque eius uocabuli origo, ac ratio esset. Atque ille aspicit me, illudens leuitatem questionis, paruitatemque obscuram inquit, sanè rem queris, multaque prorsus uigilia indagandam. Quis adeo tam lingue latinæ ignarus est: qui nesciat eum dici obnoxium, cui quid ab eo, cui esse obnoxius dicitur, incommodari & noceri potest, ei, qui habeat aliquem noxæ, idest culpæ suæ consciū. Quin potius inquit, hæc mittis nugalia, & affers ea, quæ digna queri, tractarique sint. Tum uero ego permotus, agendum iam oblique, ut cum homine stulto existimaui: & cætera inquam uir doctissime, & grauiora, remotioraque, si discere, & scire debuero: quando mihi usus uenerit: tum queram ex te, atque discam. Sed enim quia dixi sepe obnoxius, & quid dicerem, nesciui: didici ex te, & scire nunc cœpi: quod non ego omnium solus, ut tibi sum uisus, ignorauit: sed ut res est Plautus homo lingue, atque elegantie in uerbis latinæ princeps, quid esset obnoxius, nesciuit. uersus enim est in sticho illius ita scriptus.

• Nunc ego hercle perij planè, non obnoxie.

Quod minime congruit, cum ista, quam me docuisti, significatione. composuit enim Plautus tanquam duo inter se contraria, plane & obnoxie, quod a tua significatione longe abest. At ille grammaticus satis ridicule, quasi obnoxius, & obnoxie, non declinatione sola, sed re, atq; sententia differrent: ego inquit, dixi quid esset obnoxius, non quid obnoxie. At tunc ego admiratus insolentis hominis inscitiam, mittamus inquit, sicuti uis, quod Plautus obnoxie dixit: sed si id nimis esse remotum putas: atq; illud quoq; præter mittamus: quod Sallustius in Catilina scribit. Minari etiã ferro, ni sibi obnoxia foret. Et quod uidetur uobis peruulgatius esse, id me doce. uersus enim Virgilij sunt notissimi.

- » Nam neq; tunc astris acies obtusa uideri,
- » Nec fratris radijs, obnoxia surgere luna.

Quod tu ais, culpæ suæ conscium. alio quoq; loco Virg. uerbo isto utitur, a tua sententia diuerse his

- » Iuuat arua uidere (uersibus)
- » Non rastris hominum, non illi obnoxia curæ.

Cura enim prodesse aruis solet, non nocere: quod tu de obnoxio dixisti. Iam uero illud etiam Q. Ennii quo pacto congruere tecum potest? quod scribit in Phœnice in hisce uersibus. (titer)

- » Sed uirum uera uirtute uiuere animatum adiecit for-
- » Eumq; innoxium uocare. aduersus aduersarios,
- » Ea libertas est, qui pectus purum, & firmum gestitat.
- » Alieres obnoxie nocte in obscura latent.

At ille oscitans, & hallucinanti similis, nunc inquit, mihi operæ non est: cum otium crit, reuises ad me, atq; disces,



atq; discas, quid in uerbo isto & Virgilius, & Sallu-  
stius, & Plautus, & Ennius senserint. Et nebuloso qui-  
dem ille, ubi hoc dixit, digressus est. Siquis autem uo-  
let non originem solam uerbi istius, sed significatio-  
nem quoq; eius, uarietatemq; recensere: ut hoc etiam  
Plautinum spectet: adscripsi uersus ex asinaria.

- Maximas optimitas, & gaudio effertissimas
- Suis heris ille mecum una pariet, gnatoq; & patri,
- Devota ut aetate ambo ambobus nobis sint obnoxij
- Nostro deuincti beneficio.

Qua uero ille grammaticus finitione usus est: ea ui-  
detur in uerbo tam multiplici, unam tantummodo u-  
surpationem eius notasse: quae quidem congruit cum  
significatu, quo Caecilius usus est in Chryso in his  
uersibus.

- Quamquam ego mercede hic conductus tua aduenio:
  - Ne tibi me esse ob eam rem obnoxium reare.
- Audibis male, si male dicis mihi.

De obseruata, custodiaq; apud Romanos iuris iu-  
randi sanctimonia, atq; inibi de decem captiuis, quos  
Annibal Romam deiurio ab ijs accepto legauit.

Caput XVIII.

Us iurandum apud Romanos inuiolate, san-  
cteq; habitum, seruatumq; est. id & mori-  
bus, legibusq; multis ostenditur, & hoc,  
quod dicemus, ei rei non tenuae argumentum esse po-  
test. Praelio cannensi Annibal Carthaginensium im-  
perator, ex captiuis nostris electos decem Romam mi-  
sit: madauitq; eis, pactusq; est, ut si Po. Ro. uideretur,

permutatio fieret captiuorum: & pro ijs, quos alteri  
 plures acciperent, darent argenti pondo libram scili-  
 cet & selibram. hos prius quam proficiscerentur: iu-  
 re iurando ad egit redituros eos esse in castra puni-  
 ca: si Romani captiuos non permutarent. ueniunt Ro-  
 mam decem captiui. mandatum poeni imperatoris in  
 senatu exponunt. permutatio senatui non placita. pa-  
 rentes, cognati, affinesq; captiuorum amplexi eos,  
 postliminio in patriam redisse dicebant: statumq; eo-  
 rum integrum, incolumemq; esse. ac ne ad hostes redi-  
 re uellent: orabant. Tum octo ex ijs postliminium iu-  
 stum non esse sibi responderunt. quoniam de iurio uin-  
 cti forent, statimq; uti iurati erant: ad Annibalem pro-  
 fecti sunt. duo reliqui Romae manserunt: solutosq; esse  
 sese, ac liberatos religione dicebant: quoniam cum  
 egressi castra hostium fuissent: commentitio consilio  
 regressi eodem die, tanquam si ob aliquam fortuitam  
 causam issent: itaq; iure iurando satisfacto, rursum in-  
 iurati abissent. Hec eorum fraudulenta calliditas  
 tam esse turpis aestimata est: ut contempti uulgo, discer-  
 ptiq; sint. CENS. q; eos postea omnium notarum &  
 damnis, & ignominijs affecerunt: quoniam qd se fa-  
 cturos dictauerant: non fecissent. Cornelius autem  
 nepos in libro exemplorum v. id quoq; literis manda-  
 uit. multis in senatu placuisse, ut ij, qui redire nollent:  
 datis custodibus ad Annibalem deducerentur. Sed ea  
 sententia numero plurium, quibus id non uideretur: su-  
 peratam. eos tamen, qui ad Annibalem non redissent:  
 usque adeo intestabiles, inuisosq; fuisse, ut taedium ui-  
 tae coeperint, necemq; sibi consciuerint.

Historia ex annalibus de Tiberio Sempronio Graccho sumpta, patre Gracchorum trib. pleb. atque inibi tribunitia pleb. decreta cum ipsis uerbis relata.

## Caput XIX.

Ulcrum, atq; liberale, atq; magnanimum factum Tib. Sempronij Gracchi, in exemplis repositum est. Id exemplum huiuscemodi est. L. Scipioni Asiatico Scipionis Africani superioris fratri, cui M. Minutius Augurinus, TRIB. PL. multam irrogauit, eumq; ob eam causam praedes poscebat: Scipio Africanus, fratris nomine, ad collegium tribunorum prouocabat: petebatq; ut uirum consularem, triumphalemq; a collegae ui defenderent. octo tribuni cognita causa, decreuerunt. eius decreti uerba, quae posui, ex annalium monumentis exscripta sunt. Quod P. Scipio Africanus postulauit pro L. Scipione Asiatico fratre: cum contra leges, contraq; morem maiorum trib. pl. hominibus acatis per uim inauspicato sententiam de eo tulerit: multamq; uulgo exemplo irrogauerit: praedesq; eum ob eam rem dare cogat: aut si non det: in uincula duci iubeat: ut eum a collegae ui prohibeamus: Et quod contra, collega postulauit, ne sibi intercedamus: quo minus suapte potestate uti liceat: de ea re nostrum sententia omnium data est. si L. Cornelius Scipio Asiaticus, collegae arbitrati praedes dabit: collegae ne eum in uincula ducat: intercedemus. si eius arbitrati praedes non dabit: quo minus collega sua potestate utatur: non intercedemus. Post hoc decretum cu Augurinus trib. pl.

A. GEL.

L. Scipionem prædes non dantem prehendi: & in  
 carcerem duci iussisset: tum Tiberius Sempronius  
 Gracchus tri-ple. pater Tiberij, atq; C. Gracchorū,  
 cum P. Scipioni Africano inimicus grauis, ob plerasq;  
 in Rep. dissensiones esset: iurauit palam in amici-  
 tiam inq; gratiam se cum P. Africano non redisse:  
 atq; ita decretum ex tabula recitauit. eius decreti uer-  
 ba hæc sunt. Cum L. Cornelius Scipio Asiaticus tri-  
 umphans hostium duces in carcerem coniectauit:  
 alienum uidetur esse a dignitate Reip. in eum lo-  
 cum imperatorem Po. Ro. duci: in quem locum ab  
 eo coniecti sunt duces hostium. itaq; L. Cornelium  
 Scipionem Asiaticum a collegæ ui prohibeo. Vale-  
 rius autem Antias contra hanc decretorum memo-  
 riam, contraq; authoritates ueterum annalium post  
 Africani mortem, intercessionem istam, pro Scipione  
 Asiatico factam esse a Tiberio Graccho dixit: neq;  
 multam irrogatam Scipioni, sed damnatum eum pe-  
 culatus ob antiochenam pecuniam: quia prædes non  
 daret, in carcerem duci coeptum, atq; ita interceden-  
 te Graccho exemptum.

Quod Virgilius a Nolanis, ob aquã sibi non per-  
 missam sustulit e uersu suo, Nola, & posuit ora,  
 atq; ibi quædam alia de consonantia literarum iucun-  
 da.

Caput

XX.

Criptum in quodã commentario reperi uer-  
 sus istos a Virgilio ita primum esse recita-  
 tos, atq; editos.

- Talem diues arat Capua, & uicina uesuo
- Nola iugo. Postea Virg. petisse a Nolanis aquam, uti  
 duceret

duceret in propinquum rus. Nolanos beneficium peti-  
tium non fecisse. poetam offensum nomen urbis eo-  
rum quasi ex hominum memoria, sic ex carmine suo  
derasisse, oraq; pro Nola mutasse, atq; ita reliquisse.

» -Et uicina ueseno Ora iugo-

Ea res uera ne, an falsa sit, non laboro. quin tamen  
melius, suauiusq; ad aures sit, quã Nola, ora: dubiũ  
id non est. nam uocalis in priorẽ uersu extrema ea-  
demq; in sequenti prima, canoro simul, atq; iucundo  
hiatu tractum sonat. est adeo inuenire apud nobiles  
poetas huiusmodi suauitatis multa, quæ appareant  
nouata esse, non fortuita: sed præter cæteros omnes  
apud Homerum plurima, uno quippe in loco tales tan-  
quam hiatus, & sonitus in assiduus uocibus pluri-  
bus facit.

ἢ δ' ἐτέρη θέρεϊ προρεῖ εἰνῆα χαλαρῆν

ἢ χιόνι ψυχρῆ ἔξ ὕδατος κρυσαλλῶ,

Atq; item alio loco.

λάαν ἄνω ὠθεῖν ἔσμε ποτὶ ἄφρον.

Catullus quoq; elegantissimus poetarum in hisce uer-

» Minister uetuli puer falerni, (sibus.

» Ingere mi calices amariores:

» Ut lex posthumæ iubet magistræ

» Ebriosa acina ebriosioris. Cum ebrioso dicere

posset, & quod erat usitatus, acinum in neuvo ge-  
nere appellare, amans tamen hiatus illius homerici  
suauitatem ebriosa dixit propter consequentis literæ  
concentum. qui ebrios autem Catullum dixisse pu-  
tant, aut ebriosos (nam id quoq; temere scriptum in-  
uenitur) in libros scilicet de corruptis exemplaribus  
factos inciderunt.

Quoad uiuet, & quoad morietur, cur idipsum temporis  
significent? cum ex duobus sint facta contrarijs.

## Caput XXI.

Quoad uiuet cum dicitur, item quoad morietur, uidentur quidem duæ res dici contrarie: sed idem, atq; unum tempus utraque uerba demonstrant. Item cum dicitur quoad senatus habebitur, & quoad senatus dimittetur: tamen si haberi, atq; dimitti contraria sunt: unum atq; idipsum tamen utroq; in uerbo ostenditur. tempora enim duo cū inter se opposita sunt: atq; ita coherentia, ut alterius finis, cum alterius initio misceatur: non refert utrum per extremitatem prioris, an per initium sequentis, locus ipse confinis demonstratur.

Quod censores equum adimere soliti sint equitibus corpulentis, & præpinguibus: quæsitumq; utrum ea res cum ignominia, an inuoluntariè dignitate equitum facta sit.

## Cap. XXII.

Imis pingui homini & corpulento CENSUS equum adimere solitos, scilicet minus idoneum ratos esse, cum tantū corporis pondere ad faciendum equitis munus, non enim pœna id fuit, ut quidam existimant: sed munus sine ignominia remittebatur. Tamen Cato in oratione, quam de sacrificio commisso scripsit: obijcit hanc rem criminofus, uti magis uideri possit cum ignominia fuisse. quod si ita accipias: id profecto existimandum est: non omnino inculpatum, neq; indesidem uisum esse: cuius corpus in tam immodicum modum luxuriasset, exuberassetq;

A. Gellij Noctium atticarum liber Octavus  
 hac etate non reperitur. Sed ex uetustis-  
 simo exemplari hæc capita ex-  
 cerpta sunt.

Hæsterna noctu recte an cū uitio dicatur, et que nã  
 sup istis uerbis grāmatica traditio sit. Itemq; q̄ decem  
 uiri in XII tabulis nox pro noctu dixerūt. Cap. I.

Quæ mihi X uerba dederit Phauorinus, quæ usur-  
 pentur quidem à græcis, sed sunt adulterina & bar-  
 bara: quæ item à me totidem accepit: quæ ex medio cõ-  
 muniq; usu latine loquentiũ minime latina sunt: neq;  
 in ueterum libris reperiuntur. Cap. II.

Quem in modum & quã seuerè increpauerit  
 audientibus nobis Peregrinus philosophus adolescen-  
 tem Romanum ex equesiri familia stantem segnem  
 apud se & assidue oscitantem. Cap. III.

Quod herodotus scriptor histori e memoratissimus  
 parum uere dixerit unam, solamq; pinum arboris  
 omnium causam, nunq̄ denuo ex hisdem radicibus  
 pullulare: & q̄ itẽ de aqua pluuia i, & niuere non  
 satis exploratam pro comperta posuerit. Cap. IIII.

Quid illud sit, quod Virgilius Cœlum stare pulue-  
 re, & q̄ Lucretius sentibus stare dixit. Cap. V.

Cum post offensumculas in gratiam redeatur, ex  
 postulationes fieri mutuas minime utile esse, superq;  
 ea re & sermo Tauri expositus: & uerba Theophras-  
 ti libro sumpta, & q̄ M. Cicero de amore amicitie  
 senserit cum ipsius uerbis aditum. Cap. VI.

Ex Aristotelis libro, qui inscriptus est,

A. GEL.

cognita accepta; de natura memoria, & habitu, atq;  
inibi alia quedam exuberantia, aut interitu eius le-  
cta audita.

Cap. VII.

Quid mihi usu uenerit interpretari, & quasi af-  
fingere uolenti iocos quosdam Platonicos latina ora-  
tione.

Cap. VIII.

Quod Theophrastus philosophus omnium suæ eta-  
tis doctissimus uerba pauca ad populum Athenien-  
sem facturis, deturbata uerecundia obtinerit: quodq;  
idem hoc Demostheni apud Philippum regem uerba  
facienti euenerit.

Cap. IX.

Qualis mihi fuerit in oppido eleusino discepta-  
tio cum grammatico quodam prestigioso tempora uer-  
borum, & puerilia meditamenta ignorante. Remo-  
tarum autem questionum nebulas, & formidines ad  
capiendos imperitorum animos ostentanti. & quæ fe-  
stue responderit Xantippe uxori Socrates petenti ut  
per Dionysia largiore sumptu coenaret.

Cap. X.

Quid significet in ueterum libris scriptum pleriq; oes;  
& quod ea uerba accepta a grecis uidentur.

Ca. XI.

Quæpiones quod homines aфри dicunt non esse uer-  
bum poenicum, sed græcum.

Cap. XII.

Lepidissima Altercatio Phauorini philoso. aduer-  
sus quendam intempestuum de ambiguitate uerborum  
differentem, atq; inibi uerba quedam ex Nennio poeta,  
& Cneo Gallo non usitate collocata, atq; ibidem a P.  
Nigidio origines uocabulorum explorata.

Ca. XIII.

Quibus modis ignominiatus, tractatusq; sit a C.  
Cesare Laberius poeta, atq; inibi appositi uersus su-  
per eadem re eiusdem Laberij.

Cap. XIII.



Quamobrem Q. Claudius Quadrigarius in un-  
 deuigesimo annali scripserit rectioresq; certioresq;  
 ictus fieri si sursum quid mittas, quam si deorsum.

Caput

I.

Claudius in undevicesimo annali,  
 cum oppidū a Metello procons. op-  
 pugnavi, contra ab oppidanis de su-  
 per e' muris propugnari describe-  
 ret, ita scripsit. Sagittarius cū fun-

Q.

ditore utrinq; summo studio spargunt fortissime. sed  
 sagittam, atq; lapidem deorsum an sursum mittas  
 hoc interest. Nam neutrum potest deorsum uersum re-  
 cte mitti: sed sursum utrunq; optime. quare milites Me-  
 telli sauciabantur multo minus, et quod maxime o-  
 pus erat: a pinnis hostes defendebant facillime. Per-  
 contabar ego Antonium Iulianum rhetorem, cur hoc  
 ita usu ueniret: qđ Quadrigarius dixisset, ut conti-  
 gui magis, directioresq; ictus fiant, si uel lapidem,  
 uel sagittam sursum uersus iacias, quā deorsum, cum  
 procliuior, faciliorq; iactus sit ex supernis in infi-  
 ma, quā ex infimis in superna. Tum Iulianus com-  
 probato genere quæstionis, quod de sagitta inquit, et  
 lapide dixit, hoc de omni fere' missili telo dici potest.  
 Faciliior autem iactus est (sicuti dixisti) si de super iac-

A. GEL:

icias, siquid iacere tantum uelis, non ferire. sed cum  
 modus, & impetus iactus temperandus, dirigen-  
 dusq; est: tum si in prona iacias, moderatio, atq; ra-  
 tio mittentis, precipitantia ipsa, & pondere caden-  
 tis teli corrumpitur at si in editiora mittas: & ad per-  
 cutiendum superne aliquid, manum, & oculos con-  
 limes, quo' modus a te datus fuerit: eo telum ibit:  
 quod ieceris. ad hanc ferme' sententiam Iulianus  
 super istis Q. Claudij uerbis nobiscum sermocina-  
 tus est. Quod autem ait idem Q. Claudius a pin-  
 nis hostes defendebant facillime: animaduertendum  
 est usum esse eum uerbo defendebant non ex uulga-  
 ri consuetudine: sed admodum proprie, & latine:  
 nam defendere, & offendere inter sese aduersa sunt:  
 quorum alterum significat ἐμφοδῶν ἵκεν.  
 Alterum ἐμφοδῶν ποιεῖσθαι. quod hoc in alio loco a  
 Q. Claudio dicitur.

Quibus uerbis notarit Herodes Atticus falso quē  
 piam cultu, amictuq; nomen, habitumq; philosophiæ  
 mentientem. Caput II.

D Herodem Atticum consularem uirum,  
 ingenioq; amoeno, & græca facundia cele-  
 brem, adiit nobis presentibus palliatus quis-  
 piam, & crinitus, barbaq; prope' ad pubem usq; por-  
 recta: ac petit æs sibi dari eis ἀπρους emendos sci-  
 licet. tum Herodes interrogat quisnam esset: atq; ille  
 uultu, sonituq; uocis obiurgatorio philosophum se-  
 se esse dicit: & mirari quoq; addit, cur querendum  
 putasset quod uideret. Video inquit Herodes, bar-

lam, & pallium, philosophum non dum uideo.  
Quæso autem te cum bona uenia dicas mihi, qui-  
bus nos uti posse argumentis existimas: ut esse te phi-  
losophum noscitemus? Interibi aliquot ex ijs, qui  
cum Herode erant: erraticum esse hominem dice-  
re, & nullius rei Incolamq; esse sordentium ganea-  
rum, ac nisi accipiat, quod petit: conuitio turpi soli-  
tum incessere. Atq; ibi Herodes, demus inquit, huic  
aliquid æris, cuiusmodi est, tanquam homines, non  
tanquam homini: & iussit dari pretium panis  
XXX. dierum. Tum nos aspiciens, qui eum secta-  
bamur, Musonius inquit, æriscanti cuiq; iam id ge-  
nus, & philosophum se ostentanti, dari iussit mille  
nummum. & cum pleriq; dicerent nebulonem esse ho-  
minem malum, & malitosum, & nulla re bona di-  
gnum: tum Musonium subridentem dixisse aiunt,  
ἀξίος οὐκ ἔστιν ἀπυρίου. sed hoc potius inquit, dolo-  
ri mihi, & ægritudini est: quod istiusmodi anima-  
lia spurca, atq; probra nomen usurpent sanctissimū,  
& philosophi appellantur. Maiores autem mei A-  
thenienses nomina iuuenum fortissimorum Harmo-  
dij, & Aristogitonis, qui libertatis recuperandæ gra-  
tia Hippiam tyrannum interficere adorsi erant:  
ne unquam seruis indere liceret: decreto publico san-  
xerunt: quoniam nefas ducerent nomina libertati pa-  
triæ deuota seruili contagio pollui. cur ergo nos pa-  
timur nomen philosophiæ illustrissimum in homi-  
nibus deterrimis exsordescere? Simili autem inquit,  
exemplo ex contraria specie, antiquos Romanorum  
audio prænomina patriciorum quorundam male de

A. GEL.

Rep. meritorum, & ob eam causam capite damnatorum censuisse, necui eiusdem gentis patritio inde-  
rentur, ut uocabula quoq; eorum defamata, atq; de-  
morta cum ipsis uiderentur.

Epistola Philippi regis, ad Aristotelem philoso-  
phum, super Alexandro recens nato. Cap. III.

Philippus Amyntæ filius, terræ Macedoniae  
P rex, cuius uirtute, industriaq; Macedones lo-  
cupletissimo imperio aucti gentium, natio-  
numq; multarum potiri cœperant: & cuius uim atq;  
arma toti Græciæ cauendam, metuendamq; inclytæ  
illæ Demosthenis orationes, concionesq; notificant. Is  
Philippus, cum omni ferè tempore negotijs belli, ui-  
ctorijsq; affectus, exeratusq; esset: à liberali tamen  
musa, & à studijs humanitatis nunquam absuit. quin  
lepide comiterq; pleraq; & faceret, & diceret. ferun-  
tur adeo libri epistolarum eius, munditiæ, & uenu-  
statis, & prudentiæ plenarum, uelut sunt illæ literæ,  
quibus Aristoteli philosopho natum esse sibi Alexan-  
dram nuntiauit. Ea epistola, quoniam curæ, diigen-  
tiæq; in liberorum disciplinas hortamentum est: ex-  
scribenda uisa est ad commonendos parentum ani-  
mos. Exponenda igitur est ad hanc fermè sententiã.  
Philippus Aristoteli salutem dicit. Filium mihi ge-  
nitum scito, quod equidem dijs habeo gratiam: non  
proinde quia natus est, quàm pro eo, quod eum na-  
sci contigit temporibus uitæ tuæ. Spero enim fore,  
ut educatus, eruditusq; abs te, dignus existat & no-  
bis, &

bis, & rerum istarum successione. Ipsius autem Philippi uerba hæc sunt. φίλιππος ἀριστέλει χεῖρην. ἴσθι μοι γεγονότα ὑδὸν. πολλὴν ἔν τῶις θεοῖς χάριν ἔχω ἔχ ὑδὸς ἐπὶ τῆ νουήσει τῆ παιδὸς ὡς ἐπὶ τῶ κατὰ πύσιν ἡλιυῖαν αὐτὸν γεγονέναι. ἐλπίζω γὰρ αὐτὸν ὑπὸ σοῦ προφύντα καὶ παιδαυθέντα ἀξιῶν ἔσεθαι καὶ ἡμῶν καὶ τῆς τῶν πραγμάτων διαδοχῆς.

De barbararum gentium prodigiosis miraculis, deq; diris & exitiosis fascinationibus, atq; inibi de foeminis repente uersis in mares.

Caput

IIII.

Um e' Græcia in Italiam rediremus, & Brundisium iremus: egressiq; e' nauis in terram, in portu illo incerto spatiaremur: quæ Ennius remotiore paulum, sed admodum scito uocabulo præpetem appellauit: fascēs librorum uenaliū expositos uidimus. atq; ego statim auide pergo ad libros. erant autem isti omnes libri græci miraculorum, fabularumq; pleni. res inuiditæ, incredulæ, scriptores ueteres non parue authoritatis. Aristeas proconnesius, & Isigonius Nicæensis, & Ctesias, & Onescritus, & Polystephanus, & Hezestias. Ipsa autem uolumna ex diutino situ squalebant: & habitu, aspectuq; tetro erant. accessi tamen, percunctatusq; pretium sum: & adductus mira, atq; insperata utilitate, libros plurimos ære paucō emo. eosq; omnes duabus proximis noctibus cursim trāseo. atq; in legendo carpsi exinde quedam, & notauī mira-

## A. GEL.

bilia, & scriptoribus ferè nostris intentata. eaq; his  
 commentarijs aspersi, ut qui eos lectitabit, is ne ru-  
 dis omnino, & àνύκοος in istiusmodi rerum au-  
 ditionibus reperiatur. erant igitur in illis libris scri-  
 pta huiusmodi. Scythas illos penitissimos, qui sub  
 ipsis septentrionibus ætatem agunt: corporibus homi-  
 num uesci, eiusq; uictus alimento uitam ducere: &  
 ἀνθρώπων σάρκας nominari. Item esse homines sub ea-  
 dem regione cœli unum oculum habentes in fron-  
 tis medio, qui appellantur Arimasspi: qua facie fuis-  
 se κύνωντας poetæ ferunt. Alios item esse homi-  
 nes apud eandem cœli plagam singularis uelocitatis,  
 uestigia pedum habentes retro porrecta, non ut cæ-  
 terorum hominum prospectantia. Præterea tradi-  
 tum esse, memoratumq; in ultima quadam terra, quæ  
 Albania dicitur, gigni homines, qui in pueritia ca-  
 nescunt: & plus cernant oculis per noctem quàm  
 inter diem. Item esse compertum, & creditum Sau-  
 romatas, qui ultra Borystenem fluium longe co-  
 lunt: cibum capere semper diebus tertijs, medio abste-  
 nere. Id etiã in iisdem libris scriptum offendimus: quòd  
 postea quoq; in libro Plynij secundi naturalis histo-  
 riæ septimo legi, esse quasdam in terra Africa fami-  
 lias hominum uoce, atque lingua affascinantium,  
 qui si impensius forte laudauerint pulchras arbo-  
 res: segetes letiores: infantes amœniores: egregios  
 equos: pecudes pastu, atque cultu opimas, emori-  
 antur repente hæc omnia, nulli aliæ causæ obnoxia:  
 oculis quoq; exitialem fascinationem fieri, in iisdem  
 libris scriptum est. traditurq; esse homines in Illy-  
 rijs,

rijs, qui interimant uidendo: quos diutius irati uiderint: eosq; ipsos, mares fœminasq;, qui uisu tam nocenti sunt, pupillas in singulis oculis binas habere. Item esse in montibus terræ Indiæ homines caninis capitibus & latratibus: eosq; uesci auium & ferarum uenatibus. Atque item esse alia apud ultimas orientis terras miracula. Homines, qui Monomeri appellantur: singulis cruribus saltuatim currentes, uinacissimæ pernicitatis. Quosdã etiam esse nullis ceruicibus, oculos in humeris habentes. Iam uero hoc egreditur omnem modum admirationis, quod ijdem illi scriptores gentem esse aiunt apud extrema Indiæ corporibus hirtis, & auium ritu plumantibus, nullo cibatu uescentem, sed spiritu florum naribus hausto uictitantem. Pygmaeos quoq; haud longe ab ijs nasci, quorum qui longissimi sunt, non longiores esse quàm pedes duos, & quadrantem. Hæc atq; alia istiusmodi plura legimus. Sed cum ea scriberemus, tenuit nos non idoneæ scripturæ tedium, nihil ad ornandum, iuuandumq; usum uitæ pertinentis. Libitum tamen est in loco hoc miraculorum notare id etiam quod Plynus Secundus uir in temporibus ætatis suæ ingenij, dignitatisq; gratia, authoritate magna præditus, non audisse, neque legisse, sed scire sese, atq; uidisse in libro naturalis historie VII. scripsit. uerba igitur hæc, quæ infra posui: ipsius sunt, ex eo libro sumpta, quæ profecto faciunt, ut neque respuenda, neque ridenda sit notissima illa ueterum poetarum de Cæude & Ceneo cantilena. Ex fœminis inquit, mutari in mares

A. GEL.

» non est fabulosum. Inuenimus in annalibus Q. Lucii  
 » nio Crasso C. Cassio longino COSS. puerum fa-  
 » ctum ex uirgine, sub parentibus, iussuq; aruspicum  
 » deportatum in insulam desertam. Licinius Mutianus  
 » prodidit uisum esse a se Argis Arescontem, cui no-  
 » men Arescuse fuisset, nupsisse etiam, mox barbam,  
 » & uirilitatem prouenisse, uxoremq; duxisse. Eius-  
 » dem sortis, & Smyrnæ puerum a se uisum. ipse in  
 » Africa uidi mutatum in mare die nuptiarum L.  
 » Cositium ciuem Tysdritanum uiuebatq; cum prode-  
 » rem hæc. Idem Plinius eodem in libro uerba hæc scri-  
 » psit. Gignuntur homines utriusq; sexus, quos herma-  
 » phroditos uocamus, olim androgynos uocatos, & in  
 » prodigijs habitos, nunc uero in delitijs.

Diuerse nobilium philosophorum sententiæ de  
 genere, ac natura uoluptatis: uerbaq; Hieroclis phi-  
 losophi, quibus decreta Epicuri insectatus est.

Caput

V.

E uoluptate ueteres philosophi diuersas sen-  
 d tentias tenuerunt. atq; Epicurus uolupta-  
 tem summum bonum esse ponit: eam tamen  
 ita definit, *σαρπὸς αὐταρτὸς κατὰ φύσιν*. Antisthe-  
 nes Socraticus summum malum dicit: eius nanq; hoc  
 uerbum est. *μαρτὴν μᾶλλον, ἢ ἡδονήν*. Speusippus  
 uetusq; omnis Academia, uoluptatem, & dolorem,  
 duo mala esse dicunt opposita inter sese. bonum au-  
 tem esse, quod utriusq; mediū foret. Zeno censuit uo-  
 luptatem esse indifferens, idest neutrum, neq; bo-  
 num, neq; malum, quod ipse græco uocabulo ἀδιά-

φορον



popor appellauit. Critclaus peripateticus, & ma-  
lum esse uoluptatem ait, & multa alia mala parere  
ex sese iniurias, desidias, obliuiones, ignauias. Plato  
ante hos omnes ita uarie, & multiformiter de uolu-  
ptate differuit: ut cunctæ istæ sententiæ, quas supra po-  
sui: uideantur ex sermonum eius fontibus profuxis-  
se. nam perinde unaquaq; utitur, ut & ipsius uolu-  
ptatis natura fert: quæ est multiplex, & causarum,  
quas tractat, rerumq; quas efficere uult, ratio desy-  
derat. Taurus autem noster, quoties facta mentio Epi-  
curi esset, in ore, atq; in lingua habebat uerba hæc  
Hieroclis stoici uiri sancti & grauis. ἡδονὴς τέλος  
τὸ πρῶν δόγμα. ἀπίσω πορεύειν ἢ δὲ τὸ πρῶν δόγμα.

Verbū quod est ago, frequentatiuum in prima  
syllaba, quoniam sit modo pronuntiandum.

## Caput

## VI.

Beo, quod est ago, & ego, uerba sunt, quæ  
appellat grammatici frequentatiua, acti-  
to, & actitau. hæc quosdam non sanè in-  
doctos uiros audio ita pronuntiare, ut pri-  
mam in his literam corripiant: rationemq; dicunt,  
quoniam in uerbo principali, quod est ago, prima li-  
tera breuiter pronuntiatur. Cur igitur ab eo, quod est  
edo, & ungo, in quibus uerbis prima litera breui-  
ter dicitur esto, & unctito, quæ sunt eorum frequen-  
tatiua, prima litera longa pronuntius? & contra di-  
ctito, ab eo uerbo, quod est dico correpte dicimus? num  
ergo potius actito, & actitau producenda sunt, quo-  
niam frequentatiua ferme omnia eodem modo in pri-

A. GEL.

ma syllaba dicuntur, quo participia praeiteri temporis, ex ijs uerbis, unde ea profecta sunt: in eadem syllaba pronuntiantur: sicut lego, lectus, lectito facit, ungo, unctus, unctito, scribo, scriptus, scriptito, moneo, monitus, monito, pendeo, pensus, pensito, edo esus esito. dico autem dictus dictito facit. gero gestus gestito, ueho uectus uectito, rapio raptus raptito, capio captus captito, facio factus factito. sic igitur actito producite in prima syllaba pronuntiandum, quoniam ex eo fit, quod est ago, & actus.

De conuersione foliorum in arbore olea brumali, & solstitiali die, deq; fidibus id temporis ictu alieno sonantibus. Cap. VII.

¶ Vlgo & scriptum, & creditum est, folia olearum arborum brumali, & solstitiali die conuerti: & quae pars eorum fuerat inferior atq; occultior, eam supra fieri, atq; exponi ad oculos, & ad solem, quod nobis quoq; semel atq; iterum experiri uolentibus ita esse propemodum uisum est. Sed de fidibus rarius dictu, & mirabilius est. quam rem & alij docti uiri, & Suetonius etiam tranquillus in libro ludicrae historiae primo, satis compertum esse, satisq; super ea re constare affirmat neruias in fidibus brumali die alias digitis pelli, alias sonare.

Necessum esse qui multa habeat, multis indigere, deq; ea re Phauorini philosophi cum breuitate elegantia sententia. Caput VIII.

Verum

Etum est profecto, quod obseruato rerum  
 usu sapientes uiri dixerunt, multis egere, qui  
 multa habeat. magnamq; indigentiam na-  
 sci, non ex inopia magna, sed ex magna copia. mul-  
 ta enim desiderari ad multa, quae habeas tuenda.  
 Quisquis igitur multa habens cauere, atque prospici-  
 cere uelit, ne quid egeat, ne uic quid desit: iactura opus  
 esse, non questu, & minus habendum esse, ut minus  
 desit. hanc sententiam memini à Phauorino inter in-  
 gentes hominū clamores detonata, incisamq; uer-  
 bis his paucissimis. τὸν γὰρ μυρίων καὶ πεντακισχίλι-  
 ῶν χλαμύδων δειόμενον οὐκ ἔσι μὴ πλεόνων δεῖσθαι,  
 οἷς γὰρ ἔχω προσδεόμενος ἀρελῶν ὧν ἔχω, ὄρουμα  
 οἷς ἔχω.

Quis modus sit uerba uertendi in graecis senten-  
 tiis. deq; ijs Homeri uersibus, quos Virgilius uertisse  
 se aut bene apteq; aut improspere existimatus est.

## Caput

## IX.

Vando ex poematis graecis uertendae mu-  
 tandaeq; sunt insignes sententiae: non sem-  
 per aiunt enitendum, ut omnia omnino uer-  
 ba in eum, in quem dicta sunt, modum, uertamus.  
 perdunt enim gratiam. pleraq; si quasi uita & re-  
 cusantia uolentius transferantur. Scite igitur & con-  
 siderate Virgilius, cum aut Homeri, aut Hesiodi,  
 aut Apolloniū, aut Parthenū, aut Callimachi, aut Theo-  
 criti, aut quorundam aliorum locos effingeret: par-  
 tem reliquit: alia expressit. sicut nuperrime apud  
 mensam, cum legerentur utraque simul bucolica

Theocriti, & Virgilij, animaduertimus reliquisse Virgilium, quod graecum quidem mire quam suauē est. uerti autem neq; debuit, neq; potuit. sed enim quod substituit pro eo, quod omiserat, non abest quin iucundius, lepidiusq; sit.

βάλλε καὶ μάλλοισι τὸν αἰπόλον ἃ κλεαρῖσσε  
τὰς αἴγας περιλῶντα καὶ ἄδύτι ποπυλίασδε.  
τίτυρε μὲν τὸ καλὸν περιλαμῖνε βόσκει τὰς αἴγας  
καὶ ποτὶ τὰν κρέαν ἄγε τίτυρε, καὶ τὸν ἐνόρχαν,  
τὸν λιβυκὸν κνάκωνα φυλάσσει, μὴ τυκορυφῆ.

Quo enim pacto diceret, τὸ καλὸν περιλαμῖνε. uerba hercle non translata, sed cuiusdam natiuae dulcedinis. hoc igitur reliquit, & cetera uertit, non infestiuiter, nisi quod caprum dixit, quem Theocritus ἐνόρχαν appellauit. authore enim M. Varro ne is demum latine caper dicitur, qui ex castratus est.

Tityre dum redeo, breuis est uia, pasce capellas.  
Et potum pastas age Tityre, & interagendum  
Occursare capro, cornu ferit ille, caueto.

Et quoniam de transferendis sententijs loquor: memini audisse me ex Valerij Probi discipulis, docti hominis, & in intelligendis, pensitandisq; ueteribus scriptis bene callidi, solitum eum dicere, nihil quicquam tam improspere Virgilium ex Homero uertisse, quam uersus hos amoenissimos, quos de Nausicaa Homerus fecit.

οἷη ἄρτεμις εἶσι κατ' ἕρεος ἰοχίαιρα.  
ἢ κατατινούρεται περιμήνετον, ἢ ἐρύμανθον.  
τερπομένῃ κἄπροισι καὶ ὠνεῖαις ἐλάφοισι

τῆ δὲ

τῆ δὲ θ' ἄμα νύμφαι κῆραι διὸς ἀγίῳχοιο  
 ἀργόνομαί κέχουσι, γένηθε δὲ τε φρένα λιτῶ.  
 πασάων δ' ὑπὲρ ἠγεμόρη ἔχθ, ἠδὲ μέτωπα.  
 ῥεῖα δ' ἀρίγνωτι πέλεται. καλλὰ δὲ τε πᾶσαι.  
 ὡς ἢ γ' ἀμφιπόλοισι μετέπρεπε παρθένος ἀδμῆς.

*Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi  
 Exercet Diana choros, quam millæ secutæ*

*Hinc, atq; hinc glomerantur Oreades. illa pharetrā  
 Fert humero, gradienſq; deas supereminet omnes.  
 Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.*

*Talis erat Dido, talem se læta ferebat*

*Per medios, instans operi, regnisq; futuris.*

Primum omnium diuersum esse dicebat Probus, quod apud Homerum quidem uirgo Nausicaa ludibunda inter familiares puellas in locis solis recte, atq; commode confertur cum Diana uenante in iugis montium inter agrestes deas. Nequaquam autem conueniens Virgilium fecisse: quoniam Dido in urbe media ingrediens inter tyrios principes cultu, atq; incessu serio instans operi, sicut ipse ait, regnisq; futuris, nihil eius similitudinis capere possit: quæ lusbis, atq; uenatibus Dianæ cōgruat. tum postea quod Homerus studia, atq; oblectamenta in uenando Dianæ honeste apteq; dicit. Virgilius autem, cum de uenatu deæ nihil dixisset pharetram tamen facit eam ferre in humero, tanquam si onus, & sarcinam. atq; illud impense Probum esse demiratum in Virgilio dicebant: quod Homericæ quidem λιτῶ gaudium gaudeat genuinum, & intimum, atq; in ipso penetrali cordis, & animæ uigens. siquidem non aliud est,

A. GEL.

ἄνθε δὲ τε φρένα λιτῶ. Ipse autem imitari hoc uolens, gaudia fecerit pigra, & leuia, & cunctantia, & quasi in summo pectore supernantia. nescire enim sese quid significaret aliud pertentant. præter ista omnia, florem ipsius totius loci Virgilium uideri omisisse, quod hunc Homeri uersum exigue secutus sit: *ῥεῖα δ' ἀρινώτη πέλεται καὶ δὲ τε πάσαι.*

Quando nulla maior, cumulatiorq; pulchritudinis laus dici potuerit: quàm quod una inter omnes pulchras excelleret: una facile ex omnibus nosceretur.

Quod Anneus Cornutus uersus Virgilij, quibus Veneris & Vulcani concubitum pudice, operteq; dixit, reprehensione insulsa, & odiosa inquinauit.

Caput X.

Nnidanus poeta, & pleriq; cum eo eiusdem a muse uiri summis, assiduisq; laudibus hos Virgilij uersus ferebant: quibus Vulcanum & uenerem iunctos, mistosq; iure coniugi, rem lege naturæ operiendam uerecunda quadã translatione uerborum, cum ostenderet, demonstraretq; » protexit. sic enim scripsit. Ea uerba locutus » Optatos dedit amplexus: placidumq; petiuit » Coniugis infusus gremio per membra soporem. Minus autem difficile esse arbitrabantur, ad istiusmodi reticenda uerbis uti uno, atque altero, breui, tenuiq; ea signo demonstrantibus, sicuti Homerus dixerit,

-παρθενικὴν ζώνην, καὶ λείψοιο θεομόν.

καὶ ἔργα φιλοπόσια.

ἦν μὲν ἂρ' ἰν' ἑβόταισι κατὰ νόμον ἐν λέξειαι,

Tot uero & tam evidentibus, ac tam non prætextatis, sed puris, honestisq; uerbis uenerandum illud concubij pudici secretum neminem quenq; alium dixisse. Sed Anneus Corneutus homo sane pleraq; alia non indoctus, neq; imprudens in secundo tamen librorum, quos de figuris sententiarum composuit: egregiam totius istius uerecundie laudem insulsa nimis & odiosa scrutatione uiolauit. nam cum genus hoc figuræ probasset, & satis circumspecte factos esse uersus dixisset: membra tamen inquit paulo incautius nominauit.

De Valerio Coruino, & unde Coruini sit cognomen.  
Caput XI.

E maximo Valerio, qui Coruinus appellatus est, ob auxilium, propugnationemq; Corui allitis: haud quisquam est nobilium scriptorum, qui secus dixerit. ea res prorsus admiranda sic profecto est in libris annalibus memorata. adolescens tali genere editus L. Furio. Cl. Appio COSS. tri-militaris. atq; in eo tempore copie gallorum ingentes agrum pontium insederant: instructabanturq; acies a consulibus de ui, ac multitudine hostium satagentibus. dux interea gallorum uasta, & ardua proceritate, armisq; auro præfulgentibus gratia dimicandi ingrediens, & manu telum recipiens incedebat. perque contemptum,

Et superbiam circumspectans, despiciensq; omnia uenire iubet, Et congregari, si quis pugnare secum ex omni Romano exercitu auderet. Tum Valerius tribunus, cæteris inter metum, pudoremq; ambiguus, impetrato prius a COSS. ut in Gallum tam immaniter arrogantem, pugnare sese permetterent: progreditur, intrepide, modesteq; obuiam, Et congregantur, Et consistunt, Et conferebantur iam manus, atq; ibi uis quædam diuina fit. Coruus repente impromissus aduolat: Et super galeam tribuni insistit: atq; in aduersarij os, atq; oculos pugnare incipit. insibibat, obturbat, unguibus manum laniabat, Et prospectum alias arcebat. atq; ubi satis scouerat: reuolabat in galeam tribuni, sic tribunus spectante utroq; exercitu, Et sua uirtute nixus, Et opera alitis propugnantis, ducem hostium ferocissimum uicit, interfecitq;: atq; ob hanc causam cognomen habuit Coruinus. id factum est annis. CCCC. Et .V. post Romam conditam. Statuam Coruino isti diuus Augustus in foro suo statuendam curauit. in eius statuæ capite Corui simulachrum est, rei pugnaeq; quam diximus, monumentum.

De uerbis, quæ in utranq; partem significatione recipiunt, Et aduersa dicuntur. Cap. XII.

I formidolosus dici potest, Et qui formidat, Et qui formidatur: ut inuidiosus, Et qui inuidet: Et cui inuidetur: ut suspiciosus, qui suspicatur, Et qui suspectus est: ut



ambitiosus, & qui ambit, & qui ambitur: ut item  
 gratiosus, & qui adhibet gratias, & qui admittit:  
 ut laboriosus, & qui laborat, & qui labori est: ut  
 pleraq; alia huiusmodi in utranq; partem dicun-  
 tur: ita infestus ancipiti quoq; significatione est. nam  
 & is infestus appellatur: qui malum infert cuiquam:  
 & contra, cui aliunde impendet malum: is quoq;  
 infestus dicitur. Sed quod prius posui profecto exem-  
 plis non indiget. sic adeo multi loquuntur, ut infe-  
 stum dicant inimicum, atq; aduersum. Alterum au-  
 tem illud ignorabilius, obscuriusq; est. Quis enim  
 e medio facile dixerit infestum esse, cui alter infe-  
 stus est? Sed & ueteres pleriq; ita dixerunt, & M.  
 Tullius in oratione, quam pro Cn. Plancio dixit: uoca-  
 » bulo hoc sic usus est. Dolebam inquit, iudices, & a-  
 » cerbe ferebam, si huius salus ob eam ipsam causam  
 » esset infestior: quod is meam salutem, atq; uitam, sua  
 » beneuolentia praesidio, custodiaq; texisset. Nos igitur  
 de origine, & ratione uerbi quaerebamus, atq; ita in  
 Nigidianis commentarijs inuenimus scriptum: infe-  
 stum a festinando dictum. Nam qui instat inquit,  
 alicui, eumq; properans urget. opprimereq; eum stu-  
 det: festinatq;: aut contra de alicuius periculo, & e-  
 xitio festinatur: is uterq; infestus dicitur, ab instantia,  
 atq; imminetia fraudis, quam uel facturus cuiquam,  
 uel passurus est. Nequis autem de suspicioso, quod su-  
 pra posuimus, & de formidoloso, in eam partem,  
 quae minus usitata est: exemplum requirat: inueniet  
 de suspicioso apud M. Catonem de re floraria ita scri-  
 » ptum. Sed nisi qui palam corpore pecuniam quere-

A. GELI

- » *ret: aut se lenoni locauisset: & si famulosus, & sus-*
- » *piciosus fuisset: uim in corpus liberum, non æquum*
- » *consuere afferri. Suspiciosum enim hoc in loco suspe-*
- » *ctum significat, non suspicantem. Formidolosum au-*
- » *tem qui formidatur. Sallustius in Catilina ita dicit.*
- » *Igitur talibus uiris non labor insolitus, non locus ul-*
- » *lus asper, aut arduus erat. non armatus hostis for-*
- » *midolosus. Item C. Calvus in poematis laboriosus*
- » *dicit, non ut uulgo dicitur, qui laborat, sed in quo*
- » *laboratur.*
- » *Durum (inquit) rus fugis, sed laboriosum.*
- » *Eadem ratione Laberius quoq; in sororibus.*
- » *Acastor inquit, multum somniculosum.*
- » *Et Cinna in poematis.*
- » *Somniculosam, ut pœnus aspidem psillus.*
- » *Metus quoq; & iniuria, atq; alia quedam id genus,*
- » *sicutroq; uersum dici possunt. Nam metus hostium re-*
- » *cte dicitur, & cum timent hostes, & cum timentur.*
- » *Itaq; Sallustius in historia prima, Metum Pompeij di-*
- » *xit, non quo Pompeius metueret, quod est usitatus:*
- » *sed quod metueretur. uerba hæc Sallustij sunt. In bel-*
- » *lum excitabat metus Pompeij uictoris Hiempsalem in*
- » *regnum resituentis. Item alio in loco postquam re-*
- » *moto metu punico, simultates exercere uacuum fuit.*
- » *Iniurias itidem dicimus, tam illorum qui patiuntur,*
- » *quàm qui faciunt. quarum dictionum exempla sunt*
- » *facilia inuentu. illud etiam dictum à virgilio ean-*
- » *dem habet formam communicatæ ultro, & citro si-*
- » *gnificationis.*
- » *Et uulnere inquit, tardus vlyssi*

Cum diceret *uulnus*, non quod accepisset *Vlysses*, sed quod dedisset. *Nescius* quoque dicitur tam is, qui nescitur, quam qui nescit. sed super eo, qui nescit: frequens huius uocabuli usus est: infrequens autem de eo est, quod nescitur. *Ignarus* æque utroque uersum dicitur, non tantum qui ignorat, sed qui ignoratur. *Plautus in rudente.*

*Quæ incolis nescius nescias pessimus.* *Sallustius.*

More humane cupidinis ignara uisendi. *Virgilius.*

Ignarum laurens habet ora *Numanta.*

Verba ex historia *Claudij Quadrigarij*, quibus *Manlij torquati* nobilis adolescentis, et hostis *Galli* prouocatoris pugnam depinxit. *Cap. XIII.*

*Mãlius* summo loco natus, adprimeque nobilis fuit. ei *Manlio* cognomentum factum *Torquato*. causam cognomenti fuisse accepimus, torquis ex auro induuias, quam ex hoste, quæ occiderat, detractam induit. sed quid hostis, et quid genus, et quam formidandæ uasitatis, et quantum insolens prouocator, et cuiusmodi fuerit pugna, decertatum. *Q.* *Claudius* primo annalium purissime, atque illustrissime, simpliciisque, et incompta orationis antiquæ suauitate descripsit. quem locum ex eo libro *Phauorinus* philosophus cum legeret non minoribus quati adficiisque animum suum motibus, pulsibusque dicebat: quam si ipse coram depugnantes eos spectaret. Verba *Q.* *Claudij*, quibus pugna ista

A. GEL.

depicta est: adscripsi. Cum interim Gallus quidam nudus præter scutum, & gladios duo, torque, atq; armillis decoratus processit. qui & uiribus, & magnitudine, & adolescentia, simulq; uirtute cæteris antestabat. Is maxime prælio comoto, atq; utrisq; summo studio pugnantibus, manu significare coepit, utriq; ut quiescerent pugnare. pugnae facta pausa est. extemplo silentio facto cū uoce maxima conclamat, siq; secum depugnare uellet: uti prodiret. Nemo audebat propter magnitudinem, atq; immanitatem facies. deinde Gallus irridere coepit: atq; linguam exerta re. id subito perditum est cuidam T. Manlio summo genere nato tantum flagitium ciuitati accidere: è tanto exercitu neminem prodire. Is, ut dico, processit: neq; passus est uirtutem Romanam à Gallo turpiter spoliari. scuto pedestri, & gladio hispanico cinctus cōtra Gallum constitit. metu magno ea congressio in ipso ponte, utroq; exercitu inspectante facta est. ita ut ante dixi, constiterunt. Gallus sua disciplina, scuto proiecto cantabundus: Manlius animo magis quàm arte confusus, scutum scuto percussit: atq; statum Galli cōturbauit. dum se Gallus iterum eodem pacto constituere studet: Manlius iterum scuto scutum percutit: atq; de loco hominem iterum deiecit. eo pacto ei, sub gallicum gladiū successit: atq; hispanico pectus hausit. dein continuo humerum dextrum eodem concussu incidit. neq; recessit usquam donec subuertit: ne gallus impetum icti haberet. ubi eū euertit: caput præcidit. torque detraxit. eamq; sanguinolentam sibi in collū imponit. quo ex facto ipse, posteriq; eius Torquati

quati sunt cognominati ab hoc T. Mālio, cuius hanc pugnam Quadrigarius descripsit: imperia & aspera, & immitia, Manliana dicta sunt. quoniā postea bello aduersum Latinos, cum esset Cos. filium suum securi percussit: qui speculatum ab eo missus, ne pugnaret, interdicto, hostem à quo prouocatus fuerat, occidit.

Quod idem Quadrigarius, huius facies, patrio casu probe, & latine dixit, & quedam alia apposita de similibus uocabulorum declinationibus.

## Caput XIII.

¶ Quod autem superscriptum est in Q. Claudij uerbis, propter magnitudinem, atq; immanitatem facies, id nos aliquot ueteribus libris inspectis explorauimus, atq; ita esse, ut scriptum est: comperimus. Sic enim pleraq; aetas ueterum declinauit hæc facies, huius facies. quod nunc propter rationem grammaticam faciei dicitur. Corruptos autem quosdam libros reperi in quibus faciei scriptum est, illo, quod ante scriptum erat: obliterato. meminimus etiam in Tiburti bibliotheca inuenire nos in eodem Claudij libro scriptum utrunq; facies, & faciū. sed facies in ordine scriptum fuit, & contra per, i, geminum faciū, neq; id abesse à quadam consuetudine prisca existimauimus. Nam & ab eo, quod est hic dies tam huius dij, & ab eo quod est, hæc famas tam huius famij dixerunt Q. Ennius in sextodecimo annualis dies scripsit, pro dici in hoc uersu.

¶ Postrema longinqua dies confecerit aetas.

Ciceronē quoq; adfirmat Cefellius in oratione, quam

A. GEL.

- pro P. Sestio fecit, dies scripsisse, pro diei, quod ego im-  
 pensa opera conquisitis ueteribus libris plusculus, ita  
 ut Cesellius ait, scriptum inueni. Verba sunt hæc M.  
 » Tullij. Equites uero duros illius dies poenas. Quo  
 circa factum hercle est, ut facile ijs credam, qui scri-  
 pserunt, idiographum librum Virgilij sese inspexis-  
 se, in quo ita scriptum est.
- » *Libra dies somniq; pares ubi fecerit horas.*  
 Idest *Libra diei somniq;*. Sed sicut hoc in loco dies a  
 Virgilio scriptum uidetur: ita in illo uersu non du-  
 bium est: quin dij scripserit, pro diei, Munera læti-  
 tiamq; dij. Quod imperitiores dei legunt ab insolentia  
 scilicet uocis istius abhorrentes. Sic autem dies dij  
 a ueteribus declinatum est: ut famas famij, pernicias  
 pernicij, progenies progenij, luxuries luxurij, acies  
 acij. M. enim Cato in oratione, quam de bello Cartha  
 » gniensi cõposuit: ita scripsit. Pueri, atq; mulieres ex  
 » trudebantur famij causa. Lucilius in. XII. Rugosum  
 » atq; famij plenum. Sisenna in historiaram, lib. VI.  
 » Romanos inferendæ pernicij causa uenisse. Pacuuius  
 in Paulo.
- » *Pater supreme nostræ progenij patris.*  
 Cn. Matius in Iliadis. XXI.
- » *Altera pars acij uitasset fluminis undas.*  
 Idem Martius in tertio decimo.
- » *An maneat specij simulachrum, in morte silentium.*  
 » C. Gracchus de legibus promulgatis. Ea luxurij cau-  
 » sa, aiunt institui. Et ibidem infra ita scriptum est. Nõ  
 » est ea luxuries, quæ necessario parentur uitæ causa.  
 Propter quod apparet, eum ab eo, quod est luxuries,  
 luxurij

luxuriū patrio casu dixisse. M. quoque Tullius in oratione qua Sex. Roscium defendit, perniciū scriptum reliquit. Verba hæc sunt. Quorum nihil perniciū causa diuino consilio, sed ui ipsa & magnitudine rerum factum putamus. Aut facies ergo in casu patrio, aut faciū Quadrigarium scripsisse existimandum est. facie autem in nullo ueteri libro scriptum repperi. In casu autem dandi, qui purissime locuti sunt, non faciei, uti dicitur nunc, sed facie dixerunt. Lucilius in satyris.

Et primum inquit, facie honestas accedit.

Idem Lucilius in lib. VII.

Qui te diligit, ætati faciēq; tue se,

Fautorem ostendat, fore amicum polliceatur.

Sunt autem non pauci, qui utrobique faciū legant. Sed C. Caesar in libro de Analogia II huius die, & huius specie dicendum putat. Ego quoq; in Iugurtha Sallustij summæ fidei, & reuerendæ uetustatis libro, die casu patrio scriptum inueni. Verba hæc ita erant. Vix decima parte die reliqua. Non enim puto argutiolam istam recipiendam, ut die dictum quasi ex die existimemus.

De genere controuersie, quod græce ἀζοπος  
appellatur. Caput XV.

Um Antonio Iuliano rhetore per feriarum tempus æstiuarum, decedere ex urbis æstu uolentes, Neapolim concesseramus. Atq; ibi erat adolescens tunc quispia ex ditioribus,

cum utriusq; linguae magistris meditans, & exercēs,  
 ad causas Romae orandas eloquentiae latinae faculta-  
 tem. atq; is rogat Iulianum uti sese audiat declaman-  
 tem. It auditū Iulianus. inuis quoq; nos cum eo simul.  
 introit adolescens: & praefatur adrogantius, & elati-  
 us, quam aetati eius decebat: ac deinde iubet expo-  
 ni controuersias. Aderat nobiscum ibi Iuliani secta-  
 tor, iuuenis promptus, & proficiens, & offendens iā  
 in eo, quod ille apud Iuliani aures in praecipiti sta-  
 re, & subitaria dictione periculum sui facere aude-  
 bat. Exponit igitur tentamenti gratia controuersiam  
 parum consistentem, quod genus graeci ἀπορον  
 uocant. latine autem id, non nimis incommode inex-  
 plicabile dici potest. Ea controuersia fuit huiuscemo-  
 di. De reo septem iudices cognoscant, eaq; sententia  
 sit rata, quam plures ex eo numero dixerint. Cum  
 septem iudices cognouissent: duo censuerunt reum  
 exilio multandum: duo alij pecunia, tres reliqui ca-  
 pite puniendum. petitur ad supplicium ex sententia  
 trium iudicium, & contradicit. Hac ille audita, nec  
 considerata, neq; alijs, ut proponeretur, expectatis:  
 incipit statim mira celeritate, in eandem hanc contro-  
 uersiam principia nescio quae dicere: & inuolucra  
 sensuum, uerborūq; uolumina, uocumq; turbas fun-  
 dere: & caeteris omnibus ex cohorte eius, qui audi-  
 re eum soliti erant: clamore magno exultantibus:  
 Iuliano autem male, ac misere rubente, & sudante.  
 Sed ubi deblatteratis uersuum multis millibus, fi-  
 nem aliquando fecit: egressiq; inde sumus, amici, fa-  
 miliaresq; eius Iulianum profecuti, quidnam existi-  
 maret,



mare, percunctati sunt. atque ibi Iulianus festiuissime. Nolite querere inquit, quid sentiam. adolescens hic sine controuersia disertus est.

Quod Plinium secundum hominem non indotum fugerit, latueritque uitium argumenti, quod *ἀρτίσπερον* graeci dicunt. Caput XVI.

**P**lynium secundum existimatus est esse aetatis suae doctissimus. Is libros reliquit, quos studiosorum inscripsit, haud mediis fidius usquequaque aspernandos. In ijs libris multa uarie ad oblectandas eruditorum hominum aures ponit. refert etiam plerasque sententias, quas in declinandis controuersijs lepide, arguteque dictas putat. sicuti hanc quoque sententiam ponit ex huiusmodi controuersia. Vir fortis praemio, quod optauerit, donetur. Qui fortiter fecerat, petijt alterius uxorem in matrimonium, et accepit. Is deinde, cui ea uxor fuerat: fortiter fecit, repeti eandem. contra dicitur. Eleganter inquit, et probabiliter ex parte posterioris uiri fortis, uxorem sibi reddi postulantis hoc dictum est, si placet lex, redde. si non placet, redde. Fugit autem Plinium, sententiolam istam, quam putauit esse argutissimam, uitio non carere, quod graece *ἀρτίσπερον* dicitur. Et est uitium insidiosum, et sub falsa laudis specie latens. nihil enim minus conuerti ex contrario id ipsum aduersus eundem potest. Atque ita a priore illo uiro forti dici, si placet lex, non reddo. si non placet, non reddo.

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICA  
RVM COMMENTARII. LI-  
BER DECIMVS.

*Tertium'ne consul, an tertio dici oporteat, & quo  
nammodo Cn. Pompeius cum in theatro, quod erat  
dedicaturus, honores suos inscriberet, questionem  
incipitem istius uerbi de consilio Ciceronis uitauerit.*

Caput I.

*f* Amiliari meo cuipiam literas Athe-  
nis Romam misi. in ijs scriptum fu-  
it, me illi iam tertium scripsisse. Is  
ad me rescripsit, petiuitq; , ut ratio-  
nem dicerem, cur tertium, ac non ter-  
tio scripsissem. Id etiam adscripsit,  
ut eadem, quid super illo quoque mihi uideretur: face-  
rem, se certio<sup>r</sup>em tertium'ne COS. & quartum, an  
tertio, & quarto dicendum esset: cum Romæ doctum  
uirum dicere audisset tertio, & quarto COS. non  
tertium quartumq;. Idq; in principio libri Caelium  
scripsisse, & Q. Claud. in libro undeuicesimo. C.  
Marium creatum septimo COS. dixisse. Ad hæc  
ego rescripsi nihil amplius, quàm uerba M. Varro-  
nis hominis, opinor, quàm fuit Claudius cum Caelio,  
doctioris. quibus uerbis utrumq;, de quo ad me scri-  
pserat: decideretur. nam & Varro satis aperte quid  
dici oporteret, edocuit: & ego aduersus eum, qui do-  
ctus

Etus esse dicebatur: litem meam facere absens nolui. uerba M. Varronis ex libro disciplinarum quinto haec sunt. Aliud est, quarto praetorem fieri, & quartum, quod quarto locum ad significat, ac tres ante factos. quartum tempus ad significat, & ter ante factum. Igitur Ennius recte conscripsit.

» Quintus pater quartum fit consul.

» Et Pompeius timide quod in theatro ne adscriberet consul tertium, aut tertio extremas literas non conscripsit. Quod de Pompeio Varro breuiter & subobscure dixit: Tiro Tullius Ciceronis libertus in epistola quadam enarratius scripsit ad hunc ferme modum. Cum Pompeius inquit ad eam Victoriae didicaturus foret: cuius gradus uice theatri essent: nomenque eius & honores inscriberentur: quæri coeptum est, utrum consul tertio inscribendum esset, an tertium. eam rem Pompeius exquisitissime retulit ad doctissimos ciuitatis. Cumque dissentiretur: & pars tertio, alij tertium scribendum contenderent: rogauit inquit, Ciceronem Pompeius, ut quod ei rectius uideretur: scribi iuberet. Tum Ciceronem iudicare de uiris doctis ueritum esse: ne quorum opinionem improbasset: ipsos uideretur improbasse. Persuasit igitur Pompeio, ut neque tertium, neque tertio scriberetur: sed ad secundum usque. T. fierent literae. tert. ut uerbo non perscripto res quidem demonstraretur: sed dictio tamen ambigua uerbi lateret. Id autem quod & Varro & Tiro dixerunt, in eodem nunc Theatro non est ita scriptum. Nam cum multis annis postea scena, quæ prociderat:

refecta esset: numerus tertij consulatus non uti in-  
 tio prioribus literis tertij. sed tribus tantum lineolis  
 III. incisus significatus est. In M. autem Catonis quat-  
 ta origine ita perscriptum est, Carthaginenses sex-  
 tum de foedere decessere. Id uerbum significat,  
 quinquies ante eos fecisse contra foedus, & tum sex-  
 tum. Graeci quoq; in significandis huiusmodi re-  
 rum numeris τριτον καὶ τέταρτον dicunt:  
 quod congruit cum eo, quod latine dicitur tertium  
 quartumq;.

Quid Aristoteles de numero puerperij memoriae  
 mandauerit. Caput II.

Aristoteles philosophus memoriae tradidit,  
 a mulierē in Aegypto uno partu quinq; pue-  
 ros enixam eumq; esse finem dixit multi-  
 iuge hominum partitionis: neq; plures unquam si-  
 mul genitos compertum. hunc autem esse numerum,  
 ait rarissimum. Sed & diuo Augusto imperante, qui  
 temporum eius historiam scripserunt: ancillam Cae-  
 sari Augusti in agro Laurenti peperisse quinq; pue-  
 ros dicunt: eosq; pauculos dies uixisse: matrem quoq;  
 eorum non multo postquam peperit, mortuam, moni-  
 mentumq; ei factum iussu Augusti in uia Laurenti-  
 na inq; eo scriptum esse numerum puerperij eius,  
 de quo diximus.

Locorum quorundam illustrium collatio, con-  
 tentioq; facta, ex orationibus C. Gracchi & M.  
 Catonis.

Ortis, ac uehemens orator existimatur esse  
 f C. Gracchus. nemo id negat. sed quod non  
 nullis uidetur, seuerior, acrior, ampliorq;  
 esse M. Tullio, ferri id qui potest? Legebamus adeo nu-  
 per orationem Gracchi de legibus promulgatis: in  
 qua M. Marium, & quosdam ex municipijs Italicis  
 honestos uiros uirgis per iniuriam caesos a' magistra-  
 tibus Po. Ro. quanta maxime inuidia potest, conqueri-  
 tur. Verba haec sunt, quae super ea re fecit. Nuper  
 Theanum Sidicinum consul uenit. uxorem dixit in  
 balneis uirilibus lauari uelle. Quaestori Sidicano a'  
 M. Mario datum est negotium: uti balneis exigeren-  
 tur, qui lauabantur. uxor renuntiat uiro parum ci-  
 to sibi balneas traditas esse, & parum lautas fuisse.  
 Icarco Palus desitutus est in foro: eoq; adductus suae  
 ciuitatis nobilissimus homo M. Marius. uestimenta de-  
 tracta sunt. uirgis caesus est. Caleni, ubi id audie-  
 runt: edixerunt, nequis in balneis lauasse uellet: cum  
 magistratus Romanus ibi esset. Ferentini ob eandem  
 causam praetor noster quaestores arripi iussit. Alter  
 se de muro deiecit. Alter prehensus: & uirgis caesus  
 est. In ta' atroci re, ac tam misera, atq; moesta, iniu-  
 riae publicae contestatione, ecquid est, quod aut am-  
 pliter, insigniterq;, aut lachrymose, atq; miseranter,  
 aut multa, copiosaq; inuidia grauiq;, & penetrabili  
 querimonia dixerit? breuitas sane, & uenustas, &  
 mundicies orationis est: qualis haberi ferme in comae-  
 diarum festiuitatibus solet. Item Gracchus alio in

A. GEL.

» loco ita dicit. Quanta libido, quantaq; intemperan-  
 » tia sit hominum adolescentium, unum exemplum  
 » vobis ostendam. His annis paucis ex Asia missus est,  
 » qui per id tempus magistratum non ceperat, homo  
 » adolescens pro legato. Is in lectica ferebatur. ei obui-  
 » am bubulcus de plebe uenusina aduenit: & per iocū  
 » cum ignoraret, qui ferretur: rogauit num mortuum  
 » ferrent? ubi id audiuit lecticam iussit deponi. stuppis,  
 » quibus lectica deligata erat: usque adeo uerberari ius-  
 » sit, dum animam efflauit. Hæc quidē oratio super-  
 » tam uiolento, atq; crudeli facinore nihil profecto abest  
 » à quotidianis sermonibus: at cū in simili causa apud  
 » M. Tul. ciues Romani innocentes uiri contra ius, con-  
 » traq; leges uirgis cæduntur: aut supplicio extremo  
 » necantur: quæ ibi tūc miseratio? quæ cōploratio? quæ  
 » totius rei sub oculos subiectio? quod, & quale inuidiæ,  
 » atq; acerbitatis fretum efferuescit? Animum hercle  
 » meum, cum illa M. Ciceronis lego: imago quedam, &  
 » sonus uerborum, & uocum, & eiulationum circum-  
 » plectitur: uelut sunt ista, quæ de C. Verre dicit: quæ  
 » nos, ut in præsens potuimus, quantum memoria sup-  
 » peditabat: adscripsimus. Ipse inflammatus scelere,  
 » & furore in forum uenit. ardebant oculi. toto ex ore  
 » crudelitas emanabat. expectabant omnes, quo tan-  
 » dem progressurus, aut quidnam acturus esset. cum  
 » repente hominem proripi, atq; in foro medio nuda-  
 » ri, ac deligari, & uirgas expediri iubet. Iam hæc  
 » medius fidius sola uerba nudari, ac deligari, & uir-  
 » gas expediri iubet, tanti metus, horrorisq; sunt: ut  
 » non narrari quæ gesta sunt: sed rem geri prorsus ui-

deas. Gracchus autem noster, non querentis, neq; im-  
 » plorantis, sed nuntiantis uice, palus inquit, in foro  
 » destitutus est. uestimenta detracta sunt. uirgis cæsus  
 » est. Sed enim M. Cicero præclare, cum diutina re-  
 » præsentatione, non cæsus est, sed cædebatur inquit,  
 » uirgis in medio foro Messanæ ciuis Romanus. Cum  
 » interea nullus gemitus, nulla uox illius miseri inter  
 » dolorem, crepitumq; plagarum audiebatur, nisi hæc,  
 » ciuis Romanus sum. hac commemoratione ciuitatis om-  
 » nia uerbera depulsurum, cruciatumq; à corpore  
 » deiecturum arbitrabatur. complorationem deinde  
 » tam acerbæ rei, & odium in Verrè, detestationemq;  
 » apud ciues Romanos incense, atq; acriter, atq; inflam-  
 » manter facit: cum hæc dicit. O nomen dulcè liberta-  
 » tis. O ius eximium nostræ ciuitatis. O lex portia, le-  
 » gesq; sempronie. O grauiter desyderata, & aliquan-  
 » do reddita plebi Romanæ tribunitia potestas. huic-  
 » ne tandem hæc omnia reciderunt: ut ciuis Romanus  
 » in prouincia Po. Ro. in oppido fœderatorum, ab eo  
 » qui beneficio Po. Ro. fasces ac securis haberet: deliga-  
 » tus in foro uirgis cæderetur? quid cum ignes, arden-  
 » tesq; laminæ, cæteri q; cruciatus admouebantur? Si te  
 » acerba illius imploratio, & uox miserabilis non le-  
 » niebat, ne ciuium quidem Romanorum, qui tum ade-  
 » rant: fletu, gemituq; maximo commouebare? Hæc  
 » M. Tul. atrociter, grauiter, copiose, apteq; miseratus  
 » est. Sed si quis est tam agresti aure, ac tam hispada,  
 » quem lux ista, & amœnitas orationis, uerborumq;  
 » modificatio parum delectat: amat autem priora id-  
 » circo, quod incompta, & breuia, & non operosa,

sed natua quadam suauitate sunt: quodq; in ijs um-  
 bra, & color quasi opacæ uetustatis est, is siquid iu-  
 dicij habet: cōsideret in causa pari M. Catonis homi-  
 nis antiquioris orationem. Ad cuius uim, & copiam  
 Gracchus nec aspirauit. intelliget (opinor) Catonem  
 contentum eloquentia ætatis suæ non fuisse: & id iã  
 tum facere uoluisse, quod Cicero postea perfecit. in eo  
 nanq; libro, qui de falsis pugnis inscriptus est: ita de  
 » Q. Thermo conquestus est. Dixit a' X uiris parum  
 » sibi bene cibaria curata esse. iussit uestimenta detra-  
 » hi, atq; flagro cædi. decem uiros Brutiani uerberaue-  
 » re. uidere multi mortales. Quis hanc contumeliam?  
 » quis hoc imperium? quis hanc seruitutem ferre po-  
 » test? nemo hoc Rex ausus est facere. ea'ne fieri bonis,  
 » bono genere natis, boni consulis? Vbi societas? ubi  
 » fides maiorum, insignitas iniurias, plagas, uerbe-  
 » ra, uibices, eos dolores, atq; carnificinas per dedecus,  
 » atq; maximam contumeliam, inspectantibus popula-  
 » ribus suis, atq; multis mortalibus te facere ausum es-  
 » se? sed quantum luctum, quantumq; gemitum, quid  
 » lachrymarum, quantumq; fletuum factum audiui?  
 » serui iniurias nimis ægre ferunt. quid illos bono ge-  
 » nere natos, magna uirtute præditos opinamini animi  
 » habuisse, atq; habituros dum uiuent? Quod Cato di-  
 » xit, Brutiani uerberaue, nequi fortasse de Brutia-  
 » nis requirat: id significat. Cum Annibal pœnus cum  
 » exercitu in Italia esset: & aliquot pugnas populus  
 » Ro. aduersas pugnauiisset: primi totius Italiæ Brutij  
 » ad Annibalem descuerunt. id Romani ægre passi,  
 » postquam Annibal Italia decessit: superatq; pœni



sunt: Brutios ignominiae causa non milites scribebant: nec pro socijs habebant: sed magistratibus in provin-  
cias euntibus parere, & praeministrare seruorum vi-  
cem iusserunt. Itaq; ij sequebantur magistratus, tan-  
quam in scenis fabulis, qui dicebantur lorarij. &  
quos erant iussi, vinciebant, aut uerberabant. Quod  
autem ex brutis erant, appellati sunt Brutiani.

Quod P. Nigidius argutissime docuit nomina non  
positina esse, sed naturalia. Caput IIII.

n Omina uerbaq; non posita fortuito, sed qua-  
dam ui, & ratione naturae facta esse P. Ni-  
gidius in grammaticis commentarijs docet.  
rem sane in philosophiae disertationibus celebrem.  
queri enim solitum apud philosophos  $\varphi\upsilon\sigma\epsilon\iota\ \tau\grave{\alpha}\ \delta\upsilon\sigma\mu\alpha\tau\alpha\ \eta\ \beta\iota\omicron\sigma\epsilon\iota$ . in eam rem multa argumenta dicit,  
cur uideri possint uerba esse naturalia magis quam  
arbitraria. ex quibus hoc uisum est lepidum, & fe-  
stiuum. Vos inquit, cum dicimus, motu quodam oris  
conueniente cum ipsius uerbi demonstratione utimur:  
& labias sensim primores emouemus: ac spiritum,  
atq; animam porro uersum, & ad eos, quibus cum  
sermocinamur, intendimus. at contra cum dicimus  
nos neq; profuso, intentoq; flatu uocis, neq; proiectis la-  
bijs pronuntiamus: sed & spiritum, & labias, quasi  
intra nosmetipsos coercentus. Hoc idem fit & in  
eo, quod dicimus, tu, ego & tibi, & mihi. Nam sicuti  
cum adiuimus, & abiuius, motus quidam ille uel  
capitis, uel oculorum a natura rei, quam significat:

A. GEL.

non abhorret: ita in his uocibus quasi gestus quidam oris, & spiritus naturalis est. eadem ratio est in græcis quoq; uocibus, quam esse in nostris animaduertimus.

Auarus simplex ne uocabulum sit, an compositum, & duplex, sicut P. Nigidio uidetur.

Caput V.

Varus non simplex uocabulum, sed iunctum, copulatumq; esse Nigidius dicit in commentariorum undetricesimo. Auarus inquit, appellatus, qui auidus æris est. sed in ea copula, e, inquit, litera detricta est. Item locupletem ait dictum, ex compositis uocibus. qui pleraq; loca, hoc est qui multas possessiones tenet. Sed probabilius id, firmitusq; est, quod de locuplete dicit. Nam de auaro ambiguitur: cur enim non uideri possit ab uno solum uerbo inclinatum, quod est aueo? eademq; esse fictura, qua est amarus, de quo nihil dici potest, quin duplex non sit.

Multam dictam esse ab ædil. plebis Appij cæci filie mulieri nobili, quod locuta esset petulantius.

Caput VI.

Non in facta modo, sed in uoces etiam petulantiores publice uindicatum est. Ita enim debere esse uisa est Romanæ discipline dignitas inuiolabilis. Appij namq; illius cæci filia, a ludis, quos spectauerat: exiens turba undiq; confluentis, fluctuantisq; populi iactata est. atq; inde egressa,

» cum se male habitam diceret: Quid enim in me tunc  
 » factum esset inquit, quantoq; arctius, pressiusq; con-  
 » flictata essem: si P. Claudius frater meus navali præ-  
 » lio classem navium cum ingenti civium numero non  
 » perdidisset? Certe quidem maiore nunc copia populi  
 » oppressa intercidissem. sed utinam inquit, reviviscat  
 » frater: aliamq; classem in Siciliam ducat, atq; istam  
 » multitudinem perditum eat: quæ me male nunc mi-  
 » seram convexavit. ob hæc mulieris verba tam impro-  
 » ba, ac tam incivilia C. Fundanius, & Tib. Sempro-  
 » nius Aedil. Pl. multam dixerunt ei æris grauis  
 » XXV. millia. Id factum esse dicit Capito Atteius in  
 » commentario de iudicijs publicis bello punico primo,  
 » Fabio Licinio, & T. Acilio Crasso COSS.

Fluminum, quæ ultra imperiû Romanum fluunt:  
 prima magnitudine esse Nilum, secunda Istrum, pro-  
 » xima Rhodanum, sicut M. Varronem memini scri-  
 » bere.

Caput

VII.

Maximum fluminum, quæ in maria qua im-  
 » perium Ro. est, fluunt: quam græci τὴν ἐν-  
 » σω θάλασσαν appellant: maximum esse Ni-  
 » lum consentitur. proxima magnitudine esse Istrû scri-  
 » psit Sallustius. Varro autem cum de parte orbis, quæ  
 » Europa dicitur: differeret: in tribus primis eius terræ  
 » fluminibus Rhodanum esse ponit. per quod videtur  
 » eum facere Istro æmulum. Istrus enim quoq; in Eu-  
 » ropa fluit.

A. GEL.

Inter ignominias militares quibus milites coercebantur fuisse sanguinis dimissionem: & quænam esse uideatur causa huiusmodi castigationis.

Caput VIII.

**F**uit hæc quoque antiquitus militaris animaduersio, iubere ignominie causa, militi uenam solui, & sanguinem dimitti. cuius rei ratio in literis ueteribus, quas equidem inueniri potui, non extat. sed opinor factum hoc primitus in militibus stupentis animi, atque à naturali habitu declinantis: ut non tam poena, quam medicina uideretur. postea tamen ob pleraque alia delicta idem factitatum esse credo per consuetudinẽ, quasi minus sani uiderentur omnes, qui delinquerent.

Quibus modis, quoque habitu acies Romana instrui solita sit: quæque earum instructionum sine uocabula.

Caput IX.

**U**ocabula sunt militaria, quibus instructa certomodo acies appellari solet, frons, subsidia, cuneus, orbis, globus, forfices, serra, alæ, turres. hæc & quedam item alia inuenire est in libris eorum, qui de militari disciplina scripserunt. tralata autem sunt ab ipsis rebus, quæ ita proprie nominantur: earumque rerum in acie instruenda suis cuiusque uocabuli imagines ostenduntur.

Quæ eius rei causa sit, quod & greci ueteres, & Romani annulum in eo digito gestauerunt, qui est in  
manu

u Eteres græcos annulum habuisse in digito, accepimus, sinistræ manus, qui minimo est proximus. Romanos quoq; homines aiunt sic plerunq; annulis usitatos. Causam esse huius rei Appion in libris Aegyptiacis hanc dicit. quod insectis, apertisq; humanis corporibus, ut mos in Aegypto fuit: quas græci ἀρατομας appellant: repertum est neruum quendam tenuissimum ab eo uno digito, de quo diximus, ad cor hominis pergere, ac peruenire. propterea non inscitum uisum esse eum potissimum digitum tali honore decorandum, qui continens, & quasi connexus esse cum principatu cordis uideretur.

Verbum mature quid significet: quæq; uocis eius ratio sit: & quod eo uerbo uulgus hominum improprie utitur: atq; inibi, quod præcox declinatum præcoxis facit non præcoquis. Caput XI.

m Mature nunc significat propere, & cito, contra ipsius uerbi sententiam. aliud enim est mature, quàm quod dicitur propere. P. Nigridius homo in omnium bonarum artium disciplinis egregius, Mature inquit est, quod neq; citius est, neq; serius: sed medium quiddam, & temperatum est. Bene atq; proprie Nigridius. nam & in frugibus, & in pomis matura dicuntur, quæ neq; cruda, & immatura sunt, neq; adueta, & delecta, sed tempore suo adulta, maturataq;. Quoniam autem id quod non se

gniter fiebat: mature fieri dicebatur: progressa plurimum uerbi significatio est: & non iam, quod non segnius, sed quod festinatius fit, id fieri mature dicitur. quando ea, quæ præter sui temporis modum properata sunt: immatura uerius dicantur. Illud uero Nigidianum rei, atque uerbi temperamentum, diuis Augustus duobus græcis uerbis elegantissime exprimebat. nam & dicere in sermonibus, & scribere in Epistolis solitum esse aiunt, *καὶ δὲ βραδέως.*

Per quod monebat, ut ad rem agendam simul adhiberetur & industriæ celeritas, & diligentiae tarditas. ex quibus duobus contrarijs fit maturitas. Virgilius quoque, si quis animum attendat: duo ista uerba properare, & maturare, tanquam plane contraria scitissime separauit in hisce uersibus.

- » Frigidus agricolam si quando continet imber,
- » Multa forent, quæ mox cælo properanda sereno,
- » Maturare datur. Elegantissime ista duo uerba diuisit. namque in præparatu rei rusticæ, per tempestates pluiasque cum otium est, maturari potest. per serenitas, cum tempus instat, properari necessum est. cum significandum autem est coactius quid factum, & festinatius, tum rectius præmature factum id dicitur, quàm mature. sicut Afranius dixit in togata, cui titulus nomen est.
- » Adpetis dominatum demens præmature præcocem. In quo uersu animaduertendum est: quod præcocem inquit, non præcoquem. est enim casus eius rectus, non præcoquis, sed præcox.

De portentis

De portentis fabularum, quæ Plynius Secundus indignissime in Democritum philosophum confert. Ibidem de simulachro uolucris colubæ. Cap. XII.

Ibrum esse Democriti nobilissimi philosophorum de vi & natura chamæleontis, eumque se legisse Plynius secundus in naturalis historie. XXVIII. refert, multaque uana atque intoleranda auribus, deinde quasi à Democrito scripta tradit. ex quibus pauca hæc inuiti meminimus: quia peritesum est. Accipitrem auem rapidissimam à Chamæleonte humi reptante si eum forte superuolet: detrahi & cadere ui quadam in terram, ceterisque auibus laniandum sese sponte sua obijcere, & dedere. Item aliud ultra humanam fidem. caput & collum Chamæleontis, si uratur ligno, quod appellatur robur: imbres, & tonitrua derepente fieri. idque ipsum usu uenire: si iecur eiusdem animalis in summis tegulis uratur. Item aliud: quod hercle an ponerem dubitavi, ita est deridiculæ uanitatis, nisi iarco plane posui, quod oportuit nos dicere, quid de istiusmodi admirationum fallaci illecebra sentiremus: qua plerunque capiuntur, & ad perniciem elabuntur ingenia maxime solertia: eaque potissimum, quæ discendi cupidiora sunt: sed redeo ad Plynium. sinistrum pedem ait Chamæleontis ferro ex igni calefacto torreri cum herba, quæ appellatur eodem nomine Chamæleon: & utrunque macerari unguento, colligi que in modum pastilli, atque in uas matti ligneum, & eum, qui id uas ferat, etiã si in medio palat.

A. GEL.

uerfetur, à nullo uideri poffe. His pòrtentis, atq; præ-  
 ftigijs à Plynio fecundo fcriptis, non dignum effe co-  
 gnomine Democriti puto. Vel illud quale eft, quod  
 idem Plynus in decimo libro Democritum fcripfi-  
 fe adfeuerat. aues quasdam effe certis uocabulis, &  
 earum auium confufo fanguine gigni ferpentem, eum  
 fiquis ederit, linguas auium, & colloquia interpre-  
 taturum. Multa autem uidentur ab hominibus male  
 folertibus huiufcemodi commenta in Democriti no-  
 men data nobilitatis, authoritatisq; eius perfugio  
 utentibus. Sed id, quod Archytam Pythagoricum com-  
 mentum effe, atq; feciffe traditur: neq; minus admira-  
 bile, neq; tamen uanum æque uideri debet. Nam &  
 pleriq; nobilium græcorum, & Phauorinus philo-  
 fophus memoriarum ueterum exequentiffimus, ad  
 firmatiffime fcripferunt: Simulachrum columbæ è li-  
 gno ab Archyta ratione quadam, difciplinaq; me-  
 chanica factum uolaffe: ita erat fcilicet libramentis  
 fufpenfum, & aura fpiritus inclufa, atq; occulta conciu-  
 tum. libet hercle fuper re tam abhorrenti à fide, ipfi-  
 us Phauorini uerba ponere ἀρχῦτας παρατίνας φι-  
 λόσοφος ἄμα καὶ μηχανικὸς ὡν ἱποίνου περισεράτ. ξυ-  
 λίνην πετομένην, ἥτις εἶποτε καθήσκειν ὕπν ἔτι ἀνίστα-  
 το μέχρι γὰρ τούτῃ.

Cum partim hominum, qua ratione dixerint.

Caput

XIII.

Artim hominum uenerunt plerumq; dici-  
 tur: quod fignificat pars hominum uenit,  
 idest quidam homines. nam partim hoc in  
 loco



loco aduerbium est: neq; in casus inclinatur, sicuti cum partium hominum dici potest, idest cum quibusdam hominibus, & quasi cum quadam parte hominum.

» M. Cato in oratione de re floria ita scripsit. Ibi pro  
 » scorto fuit in cubiculum, subrectitauit e' conuiuio, cum  
 » partim illorum, iam sepe ad eundem modum erat.  
 Imperitiores autem, cum partim legunt tanquam de  
 clinatum sit quasi uocabulum, non dictum, quasi ad  
 uerbium. Sed Q. Claudius. XXI. annali insolentius paulo hac figura est ita usus. eum enim cum par-

» tim copijs hominum adolescentium placentem sibi.  
 Item Q. Claudij in. XXIII. annali uerba hac sunt.  
 » Sed idcirco me fecisse, quod utrum negligentia par-  
 » tim magistratum, an auaritia, an calamitate Po. Ro.  
 euenisse dicam, nescio.

Iniuria mihi factum itur quali uerborum ordi-  
 ne Cato dixerit. Caput XIII.

» Vdio illi iniuriam factum iri, audio contu-  
 » meliam dictum iri, uulgo quoq; ita dici, &  
 istam esse uerborum figuram iam in medio  
 loquendi usu, idcirco exemplis supersedeo. Sed contu-  
 melia illi uel iniuria factum itur, paulo est remotius.  
 Exemplum igitur ponemus. M. Cato pro se contra C.

» Cassium. Atq; euenit ita quirites, uti in hac contume-  
 » lia, quæ mihi per huiusce petulantiam factum itur,  
 » rei quoq; pub. medius fidius miserear quirites. sicut  
 autem contumeliam factum iri, significat iri ad con-  
 tumeliam faciendam, idest operam dari quo fiat con-

tumelia: ita contumelia factum itur casu tantum immutato idem dicit.

De flammis dialis, deq; flaminicæ ceremonijs, uerbâq; ex edicto prætoris apposita, quibus dicit, non coacturum se ad iurandum, neque Virgines Vestæ, neque Dialem. Cap. XV.

Erimonie impostæ Flamini diali multa: item casus multiplices, quos in libris, qui de sacerdotibus publicis cõpositi sunt, item in Fabij pictoris librorum primo scriptos legimus. unde hæc ferme sunt, quæ commemoramus. I. Equo Dialem flaminem uehi religio est. II. Classem procinctam extra pomerium, idest exercitum armatum uidere, idcirco rarenter flamen dialis creatus COS. est, cū bella consulibus mandabantur. III. Item iurare dialem fas nunquã est. IIII. Item annulo uti, nisi puio, cassoq; fas non est. V. Ignem e flaminia. i. flaminis dialis domo nisi sacrũ efferris ius nõ est. VI. Vincitũ si ædes eius introierit: solui necessum est, & uincula per impluuium in tegulas subduci, atque inde foras in uiam dimitti. VII. Nodum in apice neque in cintu, neq; alia in parte ullum habet. VIII. Siquis ad uerberandũ ducatur, si ad pedes eius supplex procubuerit: eo die uerberari piaculum est. IX. Capillũ dialis, nisi qui liber homo est, non detonsit. X. Caprã & carnem incoctam, & ederam & fabam, neque tangere dialimos est: neque nominare. XI. Propagines e uitibus altius prætentis non succidet. XII. Pedes lecti,

des lecti, in quo cubat, luto tenui circumlitos esse oportet: & de eo lecto trinoctium continuum non decubat: neque in eo lecto cubare alium fas est: neque apud eius lecti fulcrum capsulam esse cum firue, atq; ferro oportet. XIII. Vnguium Dialis, & capilli segmenta subter arborem felicem terra operiuntur. XIII. Dialis quotidie festatus est. XV. Ac sine apice sub diuo esse licitum non est: sub tecto uti libet, & non pridem a pontificibus constitutum. Massurius Sabinus scripsit & alia quaedam remissa, gratiamq; aliquot cerimoniarum factam dicit. XVI. Farinam fermento imbutam attingere ei fas non est. XVII. Tunicam intimam, nisi in locis tectis non exiit: ne sub caelo tanquam sub oculis Iouis nudus sit. XVIII. Super flaminem dialem in conuiuio, nisi Rex sacrificulus, haud quisq; alius accumbit. XIX. Vxorem si amisit, flaminio dedit. XX. Matrimonium flaminis, nisi morte dirimere non est ius. XXI. Locum, in quo bustum est, nunquam ingreditur. XXII. Mortuum nunquam attingit: furus tamen exequi non est religio. Eadem ferme cerimoniae sunt: quas flaminicas sacerdotissas dialis seorsum aiunt obseruare: ueluti est. Quod bene nato operitur. Et quia uirrica surculum de arbore felici habet. Et quia scalas, quae graece κλίμακες appellatur: eas ascendere ei plus tribus gradibus religiosum est, atq; etiam. Cum it ad argeos, quod neque comit caput: neque capillum deperdit. Verba praetoris ex edicto perpetuo de flamine diali, & de sacerdote Vestae adscripsi. Sacerdotem Vestalem & flaminem dialem in omni mea iurisdictione iurare non cogam. Verba M. Varronis ex secundo rerum diuina-

A. GEL.

- » rum super flamine diali hæc sunt. Is solus albū hæ-
- » bet galerum, uel quod maximus est, uel quod Ioui in-  
molata hostia albato fieri oporteat.

Quos errores Iulius Higinus in sexto Virgilij  
animaduertit in historia Romana erratos.

Caput

XVI.

Eprehendit Higinus Virgilium, correctu-  
rumq; eum fuisse existimat, quod in libro  
sexto scriptum est. Palinurus est apud in-  
feros, petens ab Aenea, ut suum corpus requirendū,  
& sepeliendum curet. Is hæc dicit.

- » Eripe me his inuicte malis, aut tu mihi terram
  - » Inijce (nanq; potes) portusq; require uelinos.
- Quo inquit, modo aut Palinurus nouisse, & aut no-  
minare potuit portus uelinos? & Aeneas ex eo no-  
mine locum inuenire? cum Velia oppidum, a quo  
portum, qui in eo loco est: uelinum dixit, Seruio Tul-  
lio regnante Romæ post annum amplius sexcentesi-  
mum, quàm Aeneas in Italiam uenit conditum in  
agro Lucano: & eo nomine appellatum est. Nam qui  
ab Harpalo inquit, regis Cyri præfecto ex terra  
phocæde fugati sunt: alij Veliam, partim Massiliam  
condiderunt. Inscitissime igitur petit, ut Aeneas por-  
tum uelinum requirat: cum id nomen eo tempore  
fuerit nusquam gentium. neq; simile inquit, illud ui-  
deri debet, quod est in primo carmine.
- » Italiam, fato profugus, Lavinia uenit  
Littora. Aut quod æque in. VI. libro.

Chalcidicq;

» Chalcidiciq; leuis tandem superastitit arce.

Quoniam poetæ ipsi quedam *κατὰ πρόβλητον* historia dicere ex sua persona concedi solet. quæ facta ipse postea scire potuit. sicut Virg. sciuit de launio oppido, & de colonia chalcidienſi. sed Palimurus qui potuit id inquit, scire ea, quæ post annos DC. facta sunt? nisi quis eum diuinasse apud inferos putat, perinde ut animæ defunctorum solent? Sed & si ita accipias, quanquam non ita dicitur: Aeneas tamen, qui non diuinabat: quo pacto potuit requirere portum uelinum? cui nomen tunc, sicuti diximus, nullum usquam fuit. Item hoc quoq; in eodem libro reprehendit: & correcturum fuisse Virgilium putat, nisi mors occupasset. Nam cum Thesea inquit, inter eos nominasset: qui ad inferos adissent, ac redissent, dixissetq;.

» - Quid thesea? magnum

» Quid memorem Alciden? & mi genus ab Ioue

» summo est,

Postea tamen infert.

» - Sedet, æternumq; sedebit

Infelix Theseus -

Qui autem inquit, fieri potest, ut æternum apud inferos sedeat: quem supra cum ijs nominat: qui descenderint illuc: atq; inde rursum euaserint. præsertim cum ita sit fabula de Theseo, atq; sic Hercules eum euellerit è petra: & in lucem ad superos eduxerit. Item in his uersibus errasse Virgilium dicit.

» Eruet ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenas,

» Ipsumq; Aeacidem genus arripotentis Achilli.

¶ Vltus auos Troiæ, templa & temerata Mineruæ  
 Confudit inquit, & personas diuersas, & tempora.  
 nam neq; eodem tempore, neq; per eosdem homines,  
 cum Achæis, & cum Pyrrho bellatum est. Pyrrhus  
 enim, quē dicit Aeaciden, de Epiro in Italiam trans-  
 gressus, cum Romanis depugnauit aduersus Mani-  
 um Curium in eo bello ducem. Argiuum autem bel-  
 lum idest achaicum multis post annis a L. Mum-  
 mio imperatore gestum est. potest inquit, igitur medi-  
 us eximi uersus, qui de Pyrro importune immissus  
 est: quem Virgilius proculdubio exempturus inquit  
 fuit.

Quam ob causam, & quali modo Democritus  
 philosophus luminibus oculorum sese priuauerit:  
 & super ea re uersus Laberij pure admodum, & ue-  
 nuste facti.

Caput XVII.

Democritum philosophum in monumentis  
 d historiae graecae scriptum est: utrum prae-  
 ter alios uenerandum, auctoritateq; an-  
 tiqua praeditum luminibus oculorum sua sponte se  
 priuasse: quia existimaret cogitationes, commentatio-  
 nesq; animi sui in contemplandis naturae rationi-  
 bus uegetiores, & exactiores fore: si eas uidendi il-  
 lecebris, & oculorum impedimentis liberasset. id fa-  
 ctum eius, modūq; ipsum quo caecitatem facile soler-  
 tia subtilissima consciiuit Laberius poeta in mimo,  
 quem scripsit rectiorem, uersibus quidem satis mun-  
 de, atq; graphice factis descripsit. sed causam uolun-

Cariae cecitatis finxit aliam: uertitq; in eam rem,  
quam tum agebat, non inconcinniter. est enim persona,  
quæ hoc apud Laberium dicit diuitis auari & par-  
ci sumptum plurimum ἀσωτίαυτε & propinatio-  
nem adolescentis filij deplorantis.

Versus laberiani hi sunt.

- » Democritus abderites physicus philosophus
- » Clypeum constituit contra exortum hyperionis,
- » Oculos effodere ut posset splendore æreo,
- » Ita radijs solis aciem effodit luminis,
- » Malis bene esse, ne uideret ciuibus.
- » Sic ego fulgenti splendore in pecuniam uolo
- » Lucificare exitium ætati meæ.
- » Ne in re bona uideam esse nequam filium.

Historia de Artemisia, deq; eo certamine, quod  
apud Mausoli sepulchrum à scriptoribus inclytis  
decertatum est.

Caput XVIII.

Artemisia Mausolum uirum amasse fer-  
tur supra omnes amorum fabulas: ul-  
traq; affectionis humanæ fidem, Mausolus  
autem fuit, ut M. Tullius ait, rex terræ Cariae:  
ut quidam græcarum historiarum scriptores di-  
cunt: provinciae græcæ præfectus: quem σαπράτιν  
græci uocant. Is Mausolus ubi fato perfunctus  
est: & inter lamenta, & maris uxoris funere  
magnifico sepultus est: Artemisia luctu, atq; desy-  
derio mariti flagrans ossa, cineremq; eius mista

odoribus, contusaq; in pulueris faciem aquae indidit, ebibitq; : multa q; alia uolenti amoris indicia fecisse dicitur. molita quoq; est ingenti impetu operis, conseruandae mariti memoriae causa sepulchrum illud memoratissimum, dignatumq; numerari inter septem omnium terrarum spectacula. Id monimentum Artemisia cum Dijs. M. sacris Mausoli dicaret: agona idest certamen laudibus eius dicendis facit: ponitq; praemia pecuniae, aliarumq; rerum bonarum amplissima. ad eas laudes decertandas uenisse dicuntur uiri nobiles ingenio, atq; lingua praestabili Theopompus, Theodectes, Naucrites. Sunt etiam qui Isocratem ipsum cum ijs certauisse memoriae mandauerint. sed eo certamine uicisse Theopompum iudicatum est. Is fuit Isocratis discipulus. extat nunc quoque Theodectis tragoedia, quae inscribitur Mausolus, in qua eum magis quam in prosa placuisse Higinus in exemplis refert.

Non purgari, neq; lenari peccatum, cum praetenditur peccatorum, quae alij quoq; peccauerunt, similitudo. atq; inibi uerba ex oratione super ea re Demosthenis.

Caput

XIX.

i Necessabat quempiam Taurus philosophus seuera, atq; uehementi obiurgatione adolescentem a rhetoribus, & facundiae studio, ad disciplinas philosophiae transgressum. quod factum quiddam esse ab eo diceret inhoneste, & improbe. at ille non ibat inficias fecisse, sed id



solutum esse fieri defendebat: turpitudinemq; delicti, exemplorum usu, & consuetudinis uenia deprecabatur. atq; ibi Taurus isto ipso defensionis genere irritator: homo inquit, stulte, & nihil, si te a malis exemplis auctoritates, & rationes philosophiae non abducunt: ne illius quidem Demosthenis uestri sententiae tibi in mentem uenit? quae quia lepidis, & uenustis uocum modis uincta est: quasi quaedam cantilena rhetorica facilius adherere memoriae tuae potuit. nam si me inquit, non fallit: quod quidem in priori pueritia legerim: uerba haec sunt Demosthenis aduersus eum, qui (ut tu nunc facis) peccatum suum, peccatis alienis exemptum, purgatumq; ibat.

οὐ δὲ μὴ λέγε ὡς γέρονεν ἔγω πολλὰ κίς . ἀλλ' ὅχ ὡς προσήκει γίγνεσθαι . ὃ γὰρ ἔτι πῶποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐποράχθη . ὃ δὲ τοῦτο ἐμιμήσω . διὰ τοῦτο ἀποφύγοις ἀν δικάως . ἀλλὰ πολλῶ μᾶλλον ἀλίσκοιο . ὡς περ γὰρ εἶτις ἐάλω . σὺ ταῦτα οὐκ ἀν ἔγραψας . οὗτος ἀν σὺ νῦν ἄλως , ἄλλος οὐ γράφει .

Sic Taurus omnium suasionum, admonitionumq; genere utens, sectatores suos ad rationes bonae, inculpataeque indolis ducebat.

Quid sit rogatio, quid lex, quid plebiscitum, quid priuilegium, & quantum omnia ista differant.

Capit

XX.

q Væri audio quid lex sit, quid plebiscitum, quid rogatio, quid priuilegium. Ateius Capito publici, privatiq; iuris peritissimus,

quid lex esset: hisce uerbis definiuit. Lex inquit, est generale iussum populi, aut plebis rogante magistratu. Ea definitio, si probe facta est, neq; de imperio Cn. Pompeij, neq; de reditu M. Ciceronis, neq; de cæde P. Clodij questio: neq; alia id genus populi plebis'ue iussa, leges uocari possunt. Non sunt enim generalia iussa, neq; de uniuersis ciuibus: sed de singulis concepta. quo circa priuilegia potius uocari debent: quia ueteres priua dixerunt, quæ nos singula dicimus: quo uerbo Lucilius in primo satyrarum libro usus est.

- » Abdomina thynnica uenientibus priua
- » Dabo, cepheamq; carnem.

Plebem autem Capito in eadem definitione seorsum a populo diuisit. quoniam in populo omnis pars ciuitatis, omnesq; eius ordines contineantur. Plebs uero ea dicitur: in qua gentes ciuium patritiæ non insunt. Plebiscitum igitur est, secundum eum Capitonem lex, quam plebes non populus accipit. sed totius huius rei, iurisq; siue cum populus, siue cum plebs rogatur: siue quod ad uniuersos pertinet: caput ipsum, & origo, & quasi fons rogatio est. Ista enim omnia uocabula censentur, continenturq; rogationis principali genere, & nomine. nam nisi populus, aut plebs rogetur: nullum plebis, aut populi iussum fieri potest. Sed quanquam hæc ita sunt: in ueteribus tamen scriptis non magnam uocabulorum istorum differentiam esse animaduertimus. nam & plebiscita, & priuilegia translato nomine leges appellauerunt: eademq; omnia confuso, & indistincto uocabulo rogationes di-

xere. Sallustius quoque proprietatum in uerbis retinentissimus consuetudini concessit: et privilegium quod de Cn. Pompeij reditu ferebatur: legem appellauit. Verba ex secunda eius historia hæc sunt. Nam  
 » Sullam C O S. de reditu eius legem ferentem ex com-  
 » posito tri. ple. C. Herennius prohibuerat.

Quam ob causam M. Cicero his omnino uerbis nouissime, et nouissimus uti obseruantissime uitauit.  
 Caput XXI.

Non paucis uerbis, quorum frequens usus  
 » est nunc, et fuit, M. Ciceronem noluisse uti  
 manifestum est: quod ea non probaret. uelut est et nouissimus, et nouissime. Nam cum et Marcus Cato, et Sallustius, et alij quoque ætatis eiusdem uerbo isto promiscue usitati sint: multi etiam non indocti uiri in libris id suis scripserint: abstinuisse eorum tamen tanquam non latino uidetur. Quoniam qui doctissimus eorum temporum fuerat: Aelius illo ut nouo, et improbo uerbo uti uitauerat. propterea quoque id M. quoque Varronis ex libro de lingua latina ad Ciceronem. V. demonstrandum putauit. A quo etiam  
 » inquit, extremum quoque dici nouissimum coeptum uulgo, quod mea memoria, ut Aelius Gallus, sic senes alij  
 » quot, nimum nouum uerbum quod esset, uitabant. cuius  
 » ius origo, ut a uetere uetustius, ac ueterrimum, sic a nouo  
 » nouo declinatum nouius, et nouissimum.

Locus exemptus ex Platonis libro, qui inscribitur Gorgias, de falsæ philosophiæ probris, quibus philosophos temere incessuit: qui emolumenta ueræ philosophiæ ignorant. Caput XXII.

**P** Lato ueritatis homo amicissimus: eiusq; omnibus exhibendæ promptissimus, quæ omnino dici possint in desides istos, ignauosq; qui obtentu philosophiæ nominis, in utile otium, & linguæ, uitæq; tenebras sequuntur: ex persona quidem non graui, neq; idonea, uere tamen, ingenueq; dixit. Nam & si Callicles, quem dicere hæc facit: ueræ philosophiæ ignarus, inhonestus, indignaq; in philosophos confert: perinde tamen accipienda sunt: quæ dicuntur: ut nos sensim moneri intelligamus: ne ipsi quoq; culpationes huiuscemodi mereamur: ne ue inertis inaniq; desidia cultum, & studium philosophiæ mentiamur. Verba ipsa super hac re Platonis ex libro, qui appellatur Gorgias, scripsi: quoniam uertere ea consilium non fuit: cum ad proprietates eorum nequaquam possit latina oratio aspirare, ac multo minus etiam mea.

φιλοσοφία γάρ τοι ἐστὶν ὡς σῶκράτης, χάριεν ἀντις αὐτοῦ μετρίως ἀφίηται ἐν τῇ ἡλικίᾳ. ἐὰν δὲ περαιτέρω τοῦ δόντος ἐνδιακρίψῃ, διαφορὰ τῶν ἀνθρώπων. ἐὰν γὰρ καὶ πάνυ εὐφυὲς ἢ καὶ πόρρω τῆς ἡλικίας φιλοσοφῆ, ἀνάγκη πάντων ἀπῆρον γεγενῆσθαι ἐστὶν ὧν χρὴ ἔμῃρον εἶναι, τὸν μέλλοντα καλὸν, καγαθὸν καὶ εὐδόκιμον εἶσεσθαι ἀνδρα. καὶ γὰρ τῶν νόμων ἀπῆροι γίνονται τῶν κατὰ τὴν πόλιν, καὶ τῶν λόγων. οἷς δὲ χρώ-

μένον ὁμιλεῖν ἐν τοῖς συμβολαίοις τοῖς ἀνθρώποις, καὶ  
 ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ καὶ τῶν ἡδονῶν τε, καὶ ἐπιθυμιῶν  
 τῶν ἀνθρωπείων, καὶ συλλήβδην τῶν ἡθῶν παντάπα-  
 σιν ἄπειροι γίνονται. ἐπειδὴν οὖν ἔλθωσιν εἰς τινὰ  
 ἰδίαν ἢ πολιτικὴν πράξιν, καταγέλαστοί γίνονται. ὡς  
 πέρ γε οἶμαι οἱ πολιτικοί, ἐπειδὴν αὐτοὶ εἰς τὰς ὑμετέρας  
 διατριβὰς ἔλθωσι καὶ τοὺς λόγους, καταγέλαστοί εἰσι.  
 συμβαίνει γὰρ τὸ τοῦ εὐριπίδου, λαμπρὸς τε ἐστὶν ἕκασ-  
 τος ἐν τούτῳ, καὶ πὶ τοῦτ' ἐπείγεται, νέμων τὸ πλεῖστον  
 ἡμέρας τούτῳ μέρω, ἵνα αὐτὸς αὐτοῦ τυχεῖν βέλτι-  
 στος ᾖ. ὅπου δ' ἂν φαῦλος ἦ, ἐνταῦθεν φεύγει, καὶ λοιδό-  
 ρεῖ τούτῳ. τὸ δ' ἕτερον ἐπαινεῖ εὐνοίᾳ τῆ ἐαυτοῦ. ἡγού-  
 μενος οὕτως αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπηνεῖν. ἀλλ' οἶμαι τὸ ἄρθρ-  
 οτάτον ἐστὶν, ἀμφοτέρων μεταχθῆν. φιλοσοφίας μὲν ὄ-  
 σον παιδείας χάριν, καλὸν μετέχεν. καὶ ἔτι ἀιχρὸν με-  
 ρακίῳ ὄντι φιλοσοφεῖν. ἐπειδὴν δὲ ἡδὴ πρεσβύτερος  
 ᾖ ἄνθρωπος, ἔτι φιλοσοφεῖ, καταγέλαστον ὡς σῶκρατες  
 τὸ χρῆμα γίνεταί. καὶ ἔγωγε ὁμοίωτατον πάχῳ πρὸς  
 τοὺς φιλοσοφοῦντας, ὡς περ πρὸς τοὺς φελλιζομένους  
 καὶ παίζοντας. ὅταν μὲν γὰρ παιδίον ἴδω ὃ ἔτι προ-  
 σήκει διαλέγεσθαι οὕτω φελλιζόμενον καὶ παίζον, χαί-  
 ρω τε καὶ χαίριέν μοι φαίνεται καὶ ἐλευθέριον, καὶ πρέ-  
 πον τῆ τοῦ παιδίου ἡλικίᾳ. ὅταν δὲ σαφῶς διαλεγο-  
 μένου παιδαρίου ἀκούσω, πικρὸν τι μοι δοκεῖ χρῆ-  
 μα εἶναι, καὶ ἀνιάμου τὰ ὧτα. καὶ μοι δοκεῖ δουλοπρε-  
 πές τι εἶναι. ὅταν δὲ ἀνδρὸς ἀκούσῃ τις φελλιζόμε-  
 του, ἢ παίζοντα ὄρα, καταγέλαστον φαίνεται καὶ ἀνα-  
 ἄρονον, καὶ πληγῶν ἄξιον. ταυτὸν οὖν ἔγωγε τοῦτο πά-  
 χῳ καὶ πρὸς τοὺς φιλοσοφοῦντας. περὶ νέῳ μὲν γὰρ  
 μερακίῳ ὄρων φιλοσοφίαν, ἄγαμαι, καὶ πρέπειν μοι.

δοκεῖ, καὶ ἠγοῦμαι ἐλεύθερόν τινα τοῦτον τὸν ἄνθρω-  
 πον. τὸν δὲ μὴ φιλοσοφοῦντα ἀνελεύθερον. καὶ οὐδέ πο-  
 τε οὐδενὸς ἀξιῶσόντα ἑαυτὸν, ἕτε καλοῦ, ἕτε γενναίου  
 πρᾶγματος. ὅταν δὲ δὴ πρεσβύτερον ἴδω ἔτι φιλοσο-  
 φοῦντα καὶ μὴ ἀπαλλαττόμενον, πληγὴν μοι δοκεῖ ἢ  
 δὴ δεῖσθαι ὡς σῶκρατες οὗτος ὁ ἀνὴρ. ὃ γὰρ νῦν δὴ ἔλε-  
 γον ὑπάρχει τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ καὶ πάνυ εὐφυῆς ἢ, ἀνάν-  
 δρω γενέσθαι φεύγοντι τὰ μέσα τῆς πόλεως, καὶ τὰς  
 ἀγορὰς, ἐν αἷς ἴφῃ ὁ ποιητὴς τοὺς ἀνδραὶς ἀριπρεπέες  
 γίνεσθαι. καταδεδυκότι δὲ, τὸν λοιπὸν βίον βιώναι με-  
 τὰ μερακίων ἐν γωνίᾳ τριῶν ἢ τετάρων, φιβυρίζον-  
 τα. ἐλεύθερον δὲ καὶ μέγα καὶ ἰκανὸν μὴ δεῖποτε  
 φεύξασθαι. ἐγὼ δὲ ὡς σῶκρατες πρὸς σὲ ἐπιεικῶς ἔχω  
 καὶ φιλικῶς. κινδυνεύω ὅσω πεπονθέναι νῦν ὅπερ ὁ ζῆ-  
 θος πρὸς τὸν ἀμρίωνα ὁ εὐριπίδου, οὐπερ ἐμνήσθην.  
 καὶ γὰρ ἐμοὶ τοιαῦτ' ἅπῃ ἀπέρχεται πρὸς σὲ λέγειν  
 διάπερ ἐκεῖνος πρὸς τὸν ἀδελφόν, ὅτι ἀμειβεῖς ὡς σῶ-  
 κρατες ὦν δεῖ σε ἐπιμελλέσθαι. καὶ φύσιν ψυχῆς ὡς  
 γενναίαν μερακιώδει τινὶ διαπρέπεις μορφώματι.  
 καὶ οὐτ' ἂν δίκης βυλαῖσι προβῆ ἂν ὀρθῶς λόγον, οὐτ' εἰ-  
 κὸς καὶ πιθανὸν ἂν λάβοις, οὐθ' ὑπὲρ ἄλλων νεανιῶν βύ-  
 λημα βουλεύσαιο. καὶ τοι ὡς φίλε σῶκρατες, καὶ μοι  
 μηδὲν ἀχθεσθῆς ἀνοσία γὰρ ἐρῶ τῆ σῆ ὄντι ἀχρὸν δοκεῖ  
 σοι εἶναι οὕτως ἔχειν, ὡς ἐγώ σε οἶμαι ἔχειν. καὶ τὰς ἄλλ-  
 λας τὰς πόρρω αἰεὶ φιλοσοφίας ἐλαύνοντας, νῦν γὰρ εἴτις  
 σε λαβόμενος, ἢ ἄλλῃ ὅτε ἔν εἰς τὸ δισμωτήριον ἀπά-  
 γοι, φάσκων ἀδικεῖν, μηδὲν ἀδικοῦντα, οἶσθ' ὅτι ἔν ἂν  
 ἔχοις ὅτι χρήσαι σαυτῷ ἄλλ' ἰλιγγιώης ἂν καὶ χασμῶς,  
 ἔν ἔχων ὅτι εἴποις. καὶ εἰς τὸν δισμωτήριον ἀναβὰς κατὰ  
 γόρυ τυχὼν πάνυ φάυλα καὶ μοχθηρῶ, ἀποθάνοις ἂν εἰ  
 βύλοισι

βυλοῖτό σοι θανάτῃ τιμᾶσθαι. καὶ τοι πῶς σοφὸν τὸ τοῦ  
 εἶναι ὡς σωκράτης, εἴ τις ἀφυσᾶ λαβῶσα τέχνη φῶτα, ἴθι-  
 με χείρονα, μὴτε αὐτὸν αὐτῷ δυνάμενον βοηθεῖν. μὴ  
 δ' ἐκσῶσαι ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων, μὴ τε ἑαυτὸν,  
 μὴτε ἄλλον μηδένα. ὑπὸ δὲ τῶν ἐχθρῶν περιουλάσθαι  
 πᾶσαν τὴν οὐσίαν. ἀτεχνῶς δὲ, ἔτιμον ζῆν ἐν τῇ πόλει-  
 τὸν θεὸν τοῖτον εἶτι καὶ ἀγροικότερον εἰρῆσθαι, ἔξεστιν.  
 ἐπὶ κόρησ τυπῶντα, μὴ δίδόναι δίκην. ἀλλ' ὡς γὰρ  
 ἐμοὶ πείθεσθαι. παῦσαι δ' ἐλέγχων. πραγμάτων δ' ὁμο-  
 σίαν ἀσκη. καὶ ἀσκη ὁπόθεν δόξεις φρονεῖν, ἄλλοις τὰ  
 κομψὰ ταῦτ' ἀφείδεις, εἴτε λιρήματα χρὴ φάνοι εἶναι,  
 εἴτε φλυαρίας. ἐξ ὧν κενόισιν ἐγκατοιμήσεις δόμοις. ζη-  
 λῶν, ὅκ ἐλέγχοντας ἀνδρας τὰ μικρὰ ταῦτα, ἀλλ' οἷς  
 εἶσι καὶ βίος καὶ δόξα, καὶ ἄλλα πολλὰ ἀγαθὰ.

Hæc plato sub persona quidem, sicuti dixi, non pro-  
 ba: sed cum sensu tamen, intelligentiæq; communis fi-  
 de, & cum quadam indissimulabili ueritate disse-  
 ruit. Non de illa scilicet philosophia: quæ uirtutum o-  
 mnium disciplina est: quæq; in publicis simul, & pri-  
 uatis officijs excellit: ciuitatesq; & Remp. si nihil pro-  
 hibeat: constanter, & fortiter, & perite administrat:  
 sed de ista futili, atq; puerili meditatione argutiæ  
 nihil ad uitam neq; tuendam, neq; ordinandam pro-  
 mouente. qua id genus homines consensu male fe-  
 riat. quos philosophos esse & uulgus putat, & is pu-  
 tabat, ex cuius persona hæc dicta sunt.

Verba ex oratione M. Catonis de mulierū ueterum  
 uictu, & moribus, atq; ibi quod fuerit ius marito in  
 adulterio uxorem deprehensam necare. Cap. XXIII.

A. GEL.

Vi de uictu, atq; cultu Po. Ro. scripserunt:  
 q mulieres Romæ, atq; in Latio ætatem abste-  
 mias egisse, hoc est uino semper, quod teme-  
 tum prisca lingua appellabatur: abstinuisse dicunt. in-  
 stitutumq; ut cognatis osculum ferrent: reprehendendi  
 causa, ut odor indicium faceret: si bibissent. Bibere au-  
 tem solitas ferunt loream, passum, murinam, & quæ  
 id genus epotant: potu dulcia, atq; hæc quidem in ijs,  
 quibus dixi, libris peruulgata sunt. Sed M. Cato non  
 solum existimatas: sed multatas quoq; à iudice mulie-  
 res refert non minus si uinum bibissent: quàm si pro-  
 brum, & adulterium admisissent. Verba M. Cato-  
 nis adscripti ex oratione, quæ inscribitur de dote: in  
 qua id quoq; inscriptum est. In adulterio uxores de-  
 » prehensas ius fuisse maritis necare. Vir inquit, cū di-  
 » uortium fecit: mulieri iudex pro CENS. est, impe-  
 » rium quod uidetur habet: siquid peruerse, tetrèq; fa-  
 » ctum est à muliere: multatur. si uinum bibit: si cum  
 » alieno uiro probri quid facit: condemnatur. De iure  
 » autem occidendi ita scriptum est. In adulterio uxorem  
 » tuam si deprehendisses: sine iudicio impune necares.  
 » Illa te (si adulterares) digito non auderet continge-  
 » re: neq; ius est.

Die pristini, & die crastini, & die quarti, & die  
 quinti, qui elegantius locuti sunt, dixisse, non ut ea uul-  
 go dicuntur nunc. Caput XXIIII.

d Ie quarto, & die quinto, quod græci εἰς τῆν  
 τέταρτην καὶ πέμπτην dicunt, ab eruditis nūc  
 quoq;



quoque dici audio: & qui aliter dicit pro rudi, atque in docto despicitur. sed M. Tullij ætate, ac supra eam non opinor, ita dixerunt. die quinte enim, & die quinti pro aduerbio copulate dictum est, & secunda in eo syllaba correpta. Diuus etiam Augustus memoriarum ueterum exequentissimus, linguæ latinæ non nescius munditiarum patris sui in sermonibus sectator, in epistolis plurimarum significatione ista dicrum non aliter usus est. Is autem erit perpetuæ ueterum consuetudinis demonstrandæ gratia, uerba solennia

**PRAET.** ponere quibus more maiorem ferias concipere solet: quæ appellantur compitalia. ea uerba hæc sunt. Dienoni Po. Ro. quirilibus compitalia erunt: quando concepta fuerint, nefas. Dienoni prætor dicit, non die nono, neque prætor solum, sed pleraque omnis ueritas sic locuta est. Venit ecce illius uersus Pōponiani in mentem, qui est ex attellana, quæ Metui adscribitur,

» Dies hic sextus, cum nihil egi die

» Quarte moriar fame.

Suppetit etiam Coelianum illud ex libro historiarum secundo. Si uis mihi equitatum dare: & ipse cum cætero exercitu me sequi: die quinti Romæ in capitolium curabo tibi coena sit cocta. Et historiam autem, & uerbum hoc sumpsit Coelius ex origine M. Catonis: in quo ita scriptum est. Igitur dictatorem Carthaginiensium magister equitum monuit. Mitte mecum Romam equitatum, die quinti in capitolio tibi coena cocta erit. Extremam istius uocis syllabam, tum per, e, tum per i scriptam legi. Nam sanè quàm consuetum

A. GEL.

ueteribus fuerat literis ijs plerumq; uti indifferenter, sicuti pristini, & pristinae, procliui & procliuē, atq; alia item multa hoc genus uarie dixerunt. Die pristini quoq; eodem modo dicebatur: quod significabat die pristino, idest priore, quod uulgo pridie dicitur, conuerso compositionis ordine, quasi pristino die. atque item simili figura die crastini dicebatur, idest crastino die. Sacerdotes quoq; Populi Ro. tunc cum dicunt in diem tertium, die perendini dicunt. Sed ut pleriq; die pristini. Ita M. Cato in oratione contra Furiū, die proximi dixit. Die quarto autem Cn. Matius homo impense doctus, in Mimiambris pro eo dicit, quod nus dius quartus nos dicimus in his uersibus.

- » Nuper die quarto ut recordor, & certe
- » Aquarium urceum unicum domi fregit.

Hoc igitur intererit, ut die quarto quidem de praeterito dicamus, die quarti aut quarte de futuro.

Telorum, & iaculorum, gladiatorumq; uocabula, atque inibi nauium quoque genera, quae scripta in ueterum libris reperiuntur. Cap. XXV.

Elorum, iaculorum, gladiatorumq; uocabula, quae in historijs ueteribus scripta sunt:

Item nauigiorum quoque genera, & nomina libitum forte nobis est sedentibus in rheda conquirere. neq; itidem aliarum ineptiarum uacantem stupentemq; animum occupare. Quae tum igitur suppetierant: haec sunt. hasta, pilum, phalarica, semi-phalarica, solliferrea, gesa, lancea, spari, rumigestri, faces,

faces, tragula, framea, mesancula, cateia, rumphea, scorpium, scibones, sicilices, ueruta, enses, stica, machaera, spatia, lingula, pugiones, climacula. De lingula, quoniam est minus frequens, admonendum existimo lingulam ueteres dixisse gladiolum oblongum, in speciem linguae factum, cuius meminit Neuius in tragodia Hesiona uersum Neuij apposui.

» Sine mihi gerere morem uidear lingua, uerū lingula. Item rumphea genus teli est thracae nationis, positumq; hoc uocabulum in Q. Ennij annalium XIII. Nauium autem, quas reminisci tunc potuimus: appellationes haec sunt. gauli, coruita, caudica, longa, hippagnes, cercari, celoces, uel ut graeci dicunt. κελαντις, lembus, oxia, remunuli. actuarie, quas graeci ἰσοπυς uocant, uel ἰπυραπιδας; profumia, uel gesoretia, uel orioles, catia, scapha, pontones, noctuariae, mediae, phaseli, parones, myoparones, lintres, capulica, mareplacida, cidarum, rataria, catascopepium.

Inscite ab Asinio Pollione reprehensum Sallustum, quod transfretationem transgressum dixerit, et transgressos qui transfretassent.

Caput

XXVI.

Asinio Pollioni in quadam epistola, quam ad Plancum scripsit: et quibusdam alijs. C. Sallustus inique dignus nota uisus est, qd in primo historiarum maris transitum transmissumq; nauibus factum, transgressum appellauit: eoq; , qui fretum

transmisserant: quos transfretasse dici solitum est: *trans-*  
 » gressos dixit. uerba ipsa Sallustij posuit. Itaq; Serto-  
 » rius leui praesidio relicto in Mauritania, nactus ob-  
 » scuram noctem, aestu secundo, furtim aut celeritate  
 » uitare praelium in transgressu conatus est: ac deinde  
 » infra ita scripsit. Transgressos omnis recipit mons re-  
 » ceptus a Lusitanis. Hoc igitur et minus proprie, et a  
 nullo graui authore dictum aiunt. Nam transgres-  
 sus inquit, et ingressus, a transgrediendo dicuntur:  
 idq; ipsum ab ingressu, et a pedum gradu appella-  
 tum est. Idcirco uerbum transgredi conuenire non pu-  
 tauit. Neq; uolantibus, neq; serpentibus, neq; nauigan-  
 tibus: sed ijs solis, qui gradiuntur, et pedibus iter e-  
 metiuntur. propterea negant apud scriptorem idoneum,  
 aut nauium transgressum reperiri posse: aut pro tras-  
 fretatione transgressum. Sed quero ego, cur non sicuti  
 cursus nauium recte dici solent: ita transgressus  
 etiam nauibus factus dici possit. praesertim cum breui-  
 tas tam angusti freti, quod terram Africam Hispaniamq;  
 interfluit: elegantissimae transgressionis uocabulo,  
 quasi paucorum graduum spatium definita sit. Qui  
 auctoritatem autem requirunt, et negant dictum ingredi,  
 transgrediue in nauigantibus: uolo uti respondeant  
 quantum existiment interesse, ingredi, atq; ambulare.  
 Atqui M. Cato in libro de re rustica. Fundus inquit,  
 » eo in loco habendus est: ut et op-  
 » pidum prope amplum sit: et mare, aut amnis, quae  
 » naues ambulant. Appetitas porro huiusmodi trans-  
 lationes, habitasq; esse pro honestamentis orationis.  
 Lucretius quoq; testimonium in hac eadem uoce di-  
 cit. In

cit. In quarto enim libro clamorem per arterias, & per fauces gradientem dicit: quod est nimio confidentius, quàm illud de nauibus Sallustianum. Versus Lucretij hi sunt.

- » Corpoream quoq; enim uocem constare fatendum est,
  - » Et sonitum: quoniam possint impellere sensus.
  - » Præterradit enim uox fauces sæpe: facitq;
  - » Asperiora foras gradiens arteria clamor.
- Propterea Sallustius in eodem libro, non eos solum, qui nauibus ueherentur: sed & scaphas quoq; nauis progressas dicit. Verba ipsa de scaphis posui. Earum aliæ paululum progressæ, nimio simul, & incerto onere, cum pauor corpora agitauerat: deprimebantur.

Historia de Po. Ro. deq; populo punico, quod pari propemodum uigore fuerint æmuli.

## Caput

## XXVII.

In libris ueteribus memoria extat: quod par fuit quondam uigor, & acritudo, amplitudoq; Po. Ro. atq; pœni. neq; immerito existimatum. Nam cum alijs quidem populis, de uniuscuiusq; reip. cum Pœnis autem de omnium terrarum imperio decertatum est. Eius rei specimen est in illo utriusq; populi uerbo factum, cum Q. Fabius imperator Romanus dedit ad Carthaginienses epistolam, ibi scriptum fuit, Po. Ro. misisse ad eos hastam, & caduceum signa duo belli, aut pacis. ex quibus utrum uel lene: eligerent: quod elegerent, id unum ut esse missum existimarent. Carthaginienses responderunt, neu-

erum sese eligere. sed posse qui attulissent, utrum mal-  
lent, relinquere. quod reliquissent: id sibi pro lecto  
futurum. M. Varro autem non hastam ipsam, neq;  
ipsum caduceum missa dicit: sed duas tesseras. in  
quarum altera caduceum, in altera simulachra ha-  
stae fuerunt incisa.

De aetatum finibus, pueritiae, iuuentae, senectae ex  
Tiberonis historia sumptum. Cap. XXVIII.

Vero in historiis primo scripsit Ser-  
uium Tullium regem Populi Ro. cum il-  
las quinque classes iuniorum census facien-  
di gratia institueret: pueros esse existimasse, qui mi-  
nores essent annis septendecim. Atq; inde ab anno  
XVII. quos idoneos iam esse Reip. arbitraretur:  
milites scripsisse. eosq; ad annum quadragesimum sex-  
tum iuniores, supraq; eum annum seniores appellasse.  
Eam rem propterea notauit: ut discrimina, que fuerunt  
indicio, moribusq; maiorum, pueritiae, iuuentae, se-  
nectae ex ista censione Serui Tulli prudentissimi re-  
gis nosceretur.

Quod particula, atq;, non complexiua tantum sit,  
sed vim habeat plusculam, uariamq;.

Caput XXIX.

Tq; particula a grammaticis quidem con-  
iunctio esse dicitur connexiua. Et plerunq;  
sane coniungit uerba & connectit. sed  
interdum alias quasdam potestates habet non satis  
notas: nisi in ueterum literarum tractatione, atq; cu-

va exercatis. Nam *Et* pro aduerbio ualet, cum dicimus aliter ego feci, atq; tu. significat enim aliter q̄ tu. Et gemina si fiat: auget, intenditq; rem, de qua agitur, ut animaduertimus in *Q.* Ennij annalibus, nisi memoria in hoc uersu labor.

- » Atq; atq; accedit muros Romana iuuentus,  
Cui significationi contrarium est, quod itidem a ueteribus dictum est. Deq; *Et* præterea pro alio quoq; aduerbio dicitur, idest statim. Quod in his Virgilij uersibus existimatur obscure, *Et* insequenter particula ista posita esse. Sic omnia fatis
- » In peius ruere, ac retro sublapsa referrit:
- » Non aliter, q̄ qui aduerso uix flumine lembum
- » Remigijs subigit: si brachia forte remisit:
- » Atq; illum in præceps pronò rapit alueus amni.

AULI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII. LIBER VNDECIMVS.

De origine uocabuli terræ Italiae, deq; ea multa, quæ suprema appellatur, deq; eius nominis ratione, ac de lege Aterina. Et quibus uerbis antiquitus multa minima dici solita sit. Cap. I.

Imæus in historijs, quas oratione græca de rebus Po. Ro. composuit, *Et* M. Varro in antiquitatibus rerum humanarū, terrā Italiā de græco uocabulo appellatā

scripserunt, cum boues graeca ueteri lingua ἰταλοί, uocitati sunt: quorum in Italia magna copia fuerit: buccataq; in ea terra gigni, pasciq; solita sint complurima. Coniectare autem ob eandem causam possumus: quod Italia tunc esset armentosissima. multamq; quae appellatur suprema, institutam in singulos dies, duarum ouium: triginta bouum, pro copia scilicet bouum, proq; ouium penuria. Sed cum eiusmodi multa pecoris, armentiq; a magistratibus dicta erat: adigebantur boues, ouesq; aliâs pretij parui, aliâs maioris, eaq; res faciebat inaequalem multae punctionem. Itcirco postea lege aterina constituti sunt in oues singulas æris deni, in boues æris centeni. Minima autem multa est ouis unius. Suprema multa est eius numeri, cuius diximus ultra quem multam dicere in dies singulos ius non est: & propterea suprema appellatur, idest summa, & maxima. Quando igitur nunc quoq; a magistratibus Po. Ro. more maiorum multa dicitur: uel minima uel suprema obseruari solet ut oues genere uirili appellentur: atq; ita M. Varro uerba hæc legitima, quibus minima multa diceretur: concepit. M. Terentio, quando citatus, neq; respondit, neq; excusatus est: ego ei unum ouem multam dico. ac nisi eo genere diceretur, negauerunt iustam uideri multam. Vocabulum autem ipsum multae idem M. Varro in undeciesimo rerum humanarum, non latinum, sed sabinum esse dicit. Idq; ad suam memoriam mansisse ait in lingua Samnitium, qui sunt a Sabinis orti. Sed turba grammaticorum nouitia ea κατ' ἀρτιόρρα ut quaedam alia, ita hoc quoq; dici tradiderunt.



Cum autem usus, & mos sermonum is sit: ut ita & nunc loquamur ut pleriq; ueterum locuti sunt: multam dixit, & multa dicta est. Non esse ab re putauimus notare, quod M. Cato aliter dixit. Nam in quarto originum uerba haec sunt. Imperator noster, si quis extra ordinem depugnatum iuit: ei multam facit. Potest autem uideri consultius elegantius uisasse uerbum cum in castris, & in exercitu multa fieret: non in comitio, nec ad populum diceretur.

Quod elegantius apud antiquiores, non de amoeniore ingenio, sed de nitidioris cultu, atq; uictu dicebatur, eaq; in uicio ponebatur. Caput II.

Elegans homo non dicebatur cum laude: sed id fere uerbum ad aetatem M. Catonis uicij non laudis fuit. Est namq; hoc animaduertere, cum in quibusdam alijs tum in libro Catonis, qui inscriptus est carmen de moribus. ex quo libro uerba haec sunt. Auaritiam omnia uitia habere putabant: sumptuosus, cupidus, elegans, uitiosus. irritus qui habebatur, is laudabatur. Ex quibus uerbis apparet elegantem dictum antiquitus, non ab ingenij elegantia: sed qui nimis lato, amoenosq; cultu, uictusq; esset. Postea elegans reprehendi quidem desijt: sed laude nulla dignabatur: nisi cuius elegantia erat moderatissima. Sic M. Tullius L. Crasso, & Q. Scaeuolae, non meram elegantiam, sed multam parsimoniam mista laudi dedit. Crassus inquit, erat parcissimus elegantium. Scaeuola parcorum elegantissimus. Præte-

red ex eodem libro Catonis, hæc etiam sparsim, & in  
 » terise commemorimus. V estri inquit, in foro honeste  
 » mos erat: domi quod satis erat. equos carius quam  
 » coquos emebant. Poeticæ artis honos non erat. Siquis  
 » in ea re studebat, aut sese ad conuiuia applicabat:  
 » grassator uocabatur. Illa quoq; ex eodem lib. præ-  
 » clare ueritatis sententia est. Nam uita inquit, huma-  
 » na prope uti ferrum est. Ferrum si exerceas conteri  
 » tur: si non exerceas, tamen rubigo interficit. Item ho-  
 » mines exercendo uidemus conteri. Si nihil exerceas in-  
 » ertia, atq; torpedo plus detrimenti facit: quam exer-  
 » citatio.

Qualis quantaq; sit, pro, particula uarietas, deq;  
 exemplis eius uarietatis. Caput III.

V ando ab arbitris, negotijsq; otium est: &  
 q motandi corporis gratia, aut spatiamur, aut  
 uectamur: quæcere nonnunquam apud me  
 metipsum soleo res eiusmodi, paruas quidem, minu-  
 tasq; & hominibus non bene eruditis aspernabiles:  
 sed ad ueterum scripta penitus noscenda: & ad scien-  
 tiam lingue latine, comprimis necessarias. uelut est,  
 quod forte nuper in prænestino recessu uestertina am-  
 bulatione solus ambulans considerabam. Qualis,  
 quantaq; esset particularum quarundam in oratio-  
 ne latina uarietas. quod genus est præpositio pro. Ali-  
 ter enim dici uidebam pontifices pro collegio decre-  
 uisse. Aliter quempiam testem introductum pro te-  
 stimonio dixisse. Aliter M. Catonem in originum

IIII. Prælium factum depugnatumq; pro castris  
 scripsisse. Et item in quinto. Vrbes, insulasq; omnes  
 pro agro illyrico esse. Aliter etiam dici pro æde Ca-  
 storis: aliter pro rostris: aliter pro tribunali: aliter  
 pro concione: atq; aliter tribunum plebis pro potesta-  
 te intercessisse. Sed has omnes dictiones qui aut omni-  
 no similes, & pares, aut usquequaq; diuersas existi-  
 maret: errare arbitrabar. Nam uarietatem istam e-  
 iusdem quidem fontis, & capitis, non eiusdem tamen  
 esse finis putabam. Quod profecto facile intelliget:  
 si quis adhibeat ad meditationem suam intentionem:  
 & habeat ueteris orationis usum, atq; notitiam ce-  
 lebriorem.

Quem in modum Q. Ennius uersus Euripidis  
 æmulatus sit. Caput IIII.

Vripidis uersus sunt in Hecuba uerbis sen-  
 tentia, breuitate insignes, illustresq;. Hec-  
 ba est ad Ulyssem dicens.

τὸ δ' ἄξιωμα κ' ἂν κακῶς λέγῃ τὸ σόν.

πέσει λόγος γὰρ ἔντ' ἀδοξάντων ἰών.

κ' ἂν τῶν δουρῶντων, αὐτὸς ὕταυτὸν θείει.

Hos uersus Q. Ennius, cum eam tragœdiam uerte-  
 ret: non sane incommode æmulatus est. uersus toti-  
 dem Enniani hi sunt.

» Hæc tu, & si peruerse dicas: facile achinos flexeris.

» Nam cum opulenti loquuntur pariter, atq; ignobiles,

» Eadem dicta eademq; oratio æqua non æque ualet.

Bene, sicuti dixi, Ennius. Sed tamen ignobiles

ἀρτὶ ἀδοξούτων ἔοπυλῆντι, ἔο ἀρτὶ δοκούτων  
 satisfacere sententiæ non uidentur. Nam neq; omnes  
 ignobiles ἀδοξοῦσι, neq; omnes opulenti ἀδοξοῦσι.

De Pyrrhonibus philosophis quædam, deq; Acad-  
 demicis strictim notata, deq; inter eos differentia.

Caput V.

Vos Pyrrhonios philosophos uocamus, ij græ-  
 co cognomento σκεπτικῶν appellantur. Id fer-  
 mē significat: quasi quæsitores, ἔο consydera-  
 tores. Nihil enim decernunt: nihil constituunt: sed in-  
 quærendo semper, consyderandoq; sunt, quidnam sit  
 omnium rerum, de quo decerni, constituiq; possit: ac  
 ne uidere quoq; planē quicquam, neq; audire sese pu-  
 tant: sed ita pati, afficiq; quasi uideant: uel audiant:  
 eaq; ipsa, quæ adfectiones istas in sese efficiant: qua-  
 lia ἔο cuiusmodi sint, cunctantur, atq; insistant.

Omniumq; rerum fidem, ueritatemq; mistis, confu-  
 sisq; signis ueri, atq; falsi ita incomprehensibilem ui-  
 deri aiunt, ut quisq; homo est, non præceptis, neq; iudi-  
 cij sui prodigus his uti uerbis debeat: quibus authorē  
 philosophiæ istius Pyrrhonem usum esse tradunt.  
 οὐ μᾶλλον οὕτως ἔχει τὸ δὲ ἢ ἐκείνος ἢ οὐδὲ τέρως,  
 indicia enim rei cuiusq;, ἔο synceras proprietates  
 negant posse noscī, ἔο percipi. Idq; ipsum docere,  
 atq; ostendere multis modis conantur. Super qua re  
 Phauorinus quoq; subtilissime, argutissimeq; decem li-  
 bros composuit: quos πυρρῶνίων πρόπων inscribit.  
 Vetus autem quæstio, ἔο à multis scriptoribus græcis  
 tractata, an quid, ἔο quantum inter Pyrrhonios, ἔο  
 Academicos

Academicos philosophos interfit. Vtrique enim οὐκ ἔγνωσι εἰρητινοὶ ἀπορητινοὶ dicuntur, quoniam utriusque nihil affirmant, nihilque comprehendere putant. Sed ex omnibus rebus perinde uisa fieri dicunt: quas παραοίαι appellanc: non ut rerum ipsarum natura est: sed affectio animi, corporis uel est eorum, ad quos ea uisa perueniunt. Itaque omnes omnino res, quæ sensus hominum mouent, τῶν ἀπὸς τῶν esse dicunt. Id uerbum significat, nihil esse quidquam, quod ex sese constet: nec quod habeat uim propriam, & naturam: sed omnia prorsum ad aliquid referri: taliaque uideri esse: qualis sit eorum species, dum uidentur: qualiaque apud sensus nostros, quo peruenierunt: creatur, non apud sese, unde profecta sunt. Cum hæc autem consimiliter, tam Pyrrhonij dicant, quam Academici, differre tamen inter sese, & propter alia quedam, & uel maxime propterea existimati sunt: quod Academici quidem ipsum illud nihil posse comprehendere: quasi comprehendunt: & nihil posse decerni, quasi decernunt. Pyrrhonij, ne id quidem ullo pacto uideri uerum dicunt: quod nihil esse uerum uidetur.

Quod mulieres Romæ per Herculem non iurauerint, neque uiri per Castorem. Caput VI.

*i* N ueteribus scriptis, neque mulieres Romanæ per Herculem deierant, neque uiri per Castorem. Sed cur illæ non iurauerunt Herculem, obscurum non est. nam Herculaneo sacrificio abstinent. Cur autem uiri Castorem iurantes non

appellarūt: non facile dictu est. Nusquam igitur scriptum inuenire est apud idoneos quidē scriptores, aut mehercle fœminam dicere, aut mecastor uirum. Aedepol autem, quod iusiurandum per Pollucem est: & uiro, & fœminæ commune est. Sed M. Varro adseuerat antiquissimos uiros, neq; per Castorem, neq; per Pollucem deierare solitos: sed id iusiurandū fuisse tantum fœminarum, ex initijs eleusinijs acceptū. Paulatim tamen inscitia antiquitatis uiros dicere aedepol cepisse: factumq; esse ita dicendi morem. Sed mecastor à uiro dici in nullo uetere scripto inueniri.

Verbis antiquissimis, relictisq; & desitis minimo utendum. Caput VII.

u Erbis uti aut nimis obsoletis, exculcatisq; aut insolentibus, nouitatisq; duræ, & illepide par esse delictum uidetur. Sed molestius equidem, culpatusq; esse arbitror, uerba noua incognita, inaudita dicere, quàm inuulgata, & sordentia. Noua autem uideri dico etiã ea, quæ sunt inusitata, & desita, tametsi sint uetusta. Est adeo id uitium plerunque seræ eruditionis, quam græci ἰμυρία appellat: ut quod nunquam didiceris, diu ignoraueris: cum id scire aliquando cœperis: magnifacias. Quo in loco cunq; & quacunq; in re dicere, ueluti Romæ nobis præsentibus, uetus celebratusq; homo in causis, sed repentina, & quasi tumultuaria doctrina præditus: cum apud præfectum urbis uerba faceret, & dicere uellet, inopi quendam, miserōq;

roq; uictu uiuere: & fursureum panem esitare: ui-  
uumq; eructum, & fetidum potare: Hic inquit, eques  
Romanus apludam edit: & floces bibit. Asserunt  
omnes, qui aderant alius alium, primo tristiores tur-  
bato, & requirente uultu, quidnam illud utriusque  
uerbi foret. Post deinde quasi nescio quid thusce, aut  
gallice dixisset, uniuersi riserunt. Legerat autem ille  
apludam ueteres rusticos frumenti fursurem dixisse.  
Idq; a Plauto in comœdia (si ea Plauti est) quæ astræ-  
ba inscripta est: positum esse. Item floces audierat pri-  
scæ uoce significare uini fecem e' uinaceis expressam,  
sicuti fraces ex oleis. Idq; apud Cæcilium ἐν πωλο-  
μύχοις legerat: eaque sibi duo uerba ad orationum  
ornamenta seruauerat. Alter quoq; a' lectionibus,  
id genus, paucis ἀπερδιαιος. cum aduersarius cau-  
sam differri postularet: rogo prator inquit, subueni  
succurre, quonamuscq; nos bouinator hic demora-  
tur: atq; id uoce magna ter quaterue inelamauit.  
Bouinator. Commurmuratio fieri cœpta est a' ple-  
risq; qui aderant: quasi monstrum uerbi admiran-  
tibus. At ille iactans & gestiens. Non enim Luci-  
lium inquit, legis, qui terguersatorem bouinatorem  
dicit. Est autem in Lucilij XI uersus hic.

70 Hic sirigosus, bouinatorq; ore improbus duro.

Quid senserit, dixeritq; M. Cato de Albino,  
qui homo Romanus græca oratione res Romanas,  
uenia sibi ante eius linguæ imperitiæ petita compo-  
suit.

Caput

VIII.

A. GELI

i Vste, uenisteq; admodum reprehendisse dicitur A. Albinum M. Cato. Albinus, qui cum L. Lucullo consul fuit: res Romanas oratione græca scriptitauit. In eius historiae principio scriptum est ad hanc sententiam. Neminem succensere sibi conuenire: siquid in his libris parum compositæ, aut minus eleganter scriptum foret. Nam sum inquit, homo Romanus, natus in Latio, græca oratio a nobis alienissima est. Ideoq; ueniam, gratiamq; male existimationis, siquid esset erratum, postulauit. Eam cum legisset M. Cato. Næ tu inquit, Aule nimirum nugator es: cum maluisti culpam deprecari, quam culpa uacare. Nam petere ueniam solemus, aut cum imprudentes errauimus: aut cum compulsi peccauimus. Tibi inquit, oro te, quis perpulit, ut id committeres, quod prius quã faceres, peteres ut ignosceretur? Scriptum est hoc in libro Cornelij Nepotis de illustribus uiris.

Historia de legatis Mileti, & Demosthene rhetore in libris Critolai reperta. Caput IX.

e Critolaus scripsit legatos Mileto publicæ rei causa uenisse Athenas, fortasse, an dixerit auxiliij petendi gratia. Tum qui pro sese uerba facerent: quos uisum erat: aduocasse aduocatos, uti erat mandatum, uerba pro Milesijs ad populum fecisse. Demosthenem Milesiorum postulatis acriter respondisse: neq; Milesios auxilio dignos, neq; ex R. P. id esse contendisse. Rem in posterũ diẽ prolatã: legatos ad Demosthenem uenisse: magnoq; opere orasse uti contra ne



era ne diceret. Eum pecuniam petivisse, & quantam petiverat: abstulisse. Postridie cum res agi denuo coepta esset: Demosthenem lana multa collum, ceruicesque circumuolutum, ad populum prodisse, & dixisse se οὐράχην. Eo contra Milesios loqui non quire. Tum e' populo unum exclamasse. Non οὐράχην quod Demosthenes pateretur, sed ἀπυράχην esse. Ipse etiam Demosthenes, ut idem Critolaus refert: non id postea concealauit: quin gloriae quoque hoc sibi assignauit. Nam cum interrogasset Aristodemum actorem fabularum quantum mercedis, uti ageret, accepisset: & Aristodemus talentum respondisset: at ego plus inquit, accepi, ut tacerem.

Quod C. Gracchus in oratione sua, historiã suã prascriptam Demadi rhetori, non Demostheni attribuit, uerbaque ipsius C. Gracchi relata.

## Caput

## X.

q uod in capite superiore à Critolao scriptũ esse diximus super Demosthene: id C. Gracchus in oratione, qua legem Aufciam dissuasit: in Demadem contulit uerbis hisce. Nam uos Quirites, si uelitis sapientia, atque uirtute uti: & si queritis: neminem nostrũ inuenietis sine pretio huc prodire. Omnes nos, qui uerba facimus: aliquid petimus. neque ullius rei causa quisquam ad uos prodit: nisi ut aliquid auferat. Ego ipse, qui apud uos uerba facio, uti uectigalia uestra augeatis: quo facilius uestra commoda, & rempublicam administrare possitis: non gratias prodeco. Verum peto à uobis, non pecuniam, sed

» bonam existimationem, atque honorem. Qui prode-  
 » unt dissuasuri, ne hanc legem accipiatis: petunt, non  
 » honorem à uobis, uerum à Nicomede pecuniam.  
 » Qui suadent, ut accipiatis, ij quoq; petunt non à uo-  
 » bis bonam existimationem: uerum à Mithridate rei  
 » familiaris suæ pretium, & premium. Qui autem  
 » ex eodem loco atq; ordine tacent: ij uel acerrimi sunt.  
 » Nam ab omnibus pretium accipiunt, & omnes fal-  
 » lunt. Vos cum putatis eos ab his rebus remotos esse:  
 » impartitis bonam existimationem. Legationes autem  
 » à regibus, cum putant eos sua causa reticere: sumptus  
 » atque pecunias maximas præbent, uti in terra græ-  
 » cia. Quo in tempore tragædus gloriæ sibi ducebat,  
 » talentum magnum, ob unam fabulam datum esse:  
 » homo eloquentissimus ciuitatis suæ Demades ei respon-  
 » disse dicitur. Mirum tibi uidetur, si tu loquendo talen-  
 » tum quæstisti? Ego, ut tacerem, decem talenta à rege ac-  
 » cepi. idem nunc isti pretia maxima ob tacendum ac-  
 » cipiunt.

Verba P. Nigidij, quibus differre dicit, mentiri &  
 mendacium dicere. Cap. XI.

Erba sunt hæc ipsa P. Nigidij hominis in  
 studijs bonarum artium præcellentis.

Quem M. Cicero ingenij, doctrinarumq;  
 » nomine, summe reueritus est. Inter mendacium dice-  
 » re, & mentiri distat. Qui mentitur, ipse non fallitur,  
 » sed alterum fallere conatur. Qui mendacium dicit,  
 » ipse fallitur. Item hoc addidit, qui mentitur inquit fal-  
 » lit, quantum in se est. Atqui mendacium dicit, ipse  
non fallit

non fallit quantum in se est. Item hoc quoque super  
eadem re dicit. Vir bonus inquit, prestare debet, ne  
mentiatur: Prudens, ne mendacium dicat. Alterum  
incidit in hominem, alterum non. Varie mehercule, et  
lepide Nigidius tot sententias in eadem rem, quasi ali-  
ud atque aliud diceret: disparauit.

Quod Chrysippus philosophus omne uerbum am-  
biguum, dubiumque esse dicit: Diodorus contra, nullum  
uerbum ambiguum esse putat. Cap. XII.

Chrysippus ait, omne uerbum ambiguum  
c natura esse, quoniam ex eodem duo uel plu-  
ra accipi possunt. Diodorus autem, cui Cro-  
no cognomen fuit: Nullum inquit uerbum est am-  
biguum: nec quisquam ambiguum dicit, aut sentit.  
Nec aliud dici uideri debet, quam quod se dicere sen-  
tit is, qui dicit. At cum ego inquit aliud sensi, tu aliud  
accepisti: obscure magis dictum, quam ambigue uide-  
ri potest. Ambigui enim uerbi natura illa esse debuit:  
ut qui diceret: duo, uel plura diceret. Nemo autem duo  
uel plura dicit, qui se sentit unum dicere.

Quid T. Castritius de uerbis, deque sententia qua-  
dam C. Gracchi existimauerit. Quodque esse eam si-  
ne ullo sensus emolumento docuerit. Cap. XIII.

Pud T. Castritium disciplinae rhetoricae do-  
ctorem graui atque firmo iudicio uirum lege-  
batur oratio C. Gracchi in P. Popilium.

A. GEL.

In eius orationis principio collocata uerba sunt accuratius, modulatusq; quã ueterum oratorum consuetudo fert. Ea uerba, sicuti dixi, composita hæc sunt.

» Quæ uos cupide per hosce annos adpetistis, atq; uolulistis: ea si temere repudiarit. abesse nõ potest, quin aut olim cupide adpetisse, aut nunc temere repudiasse dicamini. Cursus igitur hic, & sonus rotundæ, uolubilisq; sententiæ, eximie nos, & unice delectabat. Tanto id magis, quod iam tunc C. Graccho uiro illu- stri, & seüero eiusmodi compositionem fuisse cordi uidebamus. Sed enim cum eadem ipsa uerba sæpius pe- tentibus nobis lectitarentur: admoniti a Casirio sumus: ut considerarem, quæ uis, quodue emolumen- tum eius sententiæ foret. Neq; pateremur ut aures no- stræ cadentis apte orationis modis eblanditæ, ani- mum quoq; nobis uoluptate inani perfunderent. Cũq; nos admonitione ista attentiores fecisset: inspicite in- quit, penitus quid efficiant uerba hæc. dicatq; mihi quæso aliquis uestrum, an sit ulla huiusce sententiæ aut grauitas, aut gratia? Quæ uos cupide per ho- sce annos adpetistis, atq; uolulistis: ea temere si repu- diarit: abesse non potest, quin aut olim cupide adpe- tisse, aut nunc temere repudiasse dicamini. Cui enim omnium hominum in mentem non uenit: id profecto usu uenire, ut quod cupide adpetieris, cupide adpe- tisse: & quod temere repudiaueris, temere repudiasse dicaris? At si opinor, inquit, ita scriptum esset: quæ uos per hosce annos adpetistis, atq; uolulistis, ea nunc si repudiarit: abesse non potest, quin aut olim cupi- de adpetisse, aut nunc temere repudiasse dicamini.

Si inquit,

Si inquit, ita diceretur, grauior scilicet, solidiorq; fieret sententia: & acciperet aliquid iustae in audiendo expectationis. Nunc autem uerba haec cupide, & temere, in quibus uerbis omne momentum rei est: non in concludenda sententia tantum dicuntur: sed supra quoq; nondum desyderata ponuntur. Et quae nasci, oririq; ex ipsa rei conceptione debebant: ante omnino, quam res postulat dicuntur. Nam qui ita dicit, si hoc feceris: cupide fecisse dicetur: rem dicit sensus alicuius ratione collectam, & confectam. Qui uero ita dicit, si cupide feceris: cupide fecisse dicetur: non longe secus dicit, atq; si diceret, si cupide feceris: cupide feceris. Haec ego inquit, admonui, non ut C. Graccho uitio darem. (Dij enim mentem meliorem mihi,) (nam si quicquam in tam fortis facundiae uiro uitij, uel erroris esse dici potest: id omne & auctoritas eius exhausit: & uetustas consumpsit.) Sed uti caueretis: ne uos facile praestringeret modulatus aliquis currentis facundiae sonitus. Atq; ut uim ipsam rerum, uirtutemq; uerborum prius pensitaretis: & siquidē grauis, atq; integra, & sincera sententia diceretur: tum si ita uideretur: gressibus quoq; ipsis orationis, & gestibus plauderetis. Si uero frigidi, & leues, & futiles sensus in uerba apte, numerosq; posita includerentur: non esse id se. us crederetis, quam cum homines in signi deformitate, ad facienda ridicula imitantur histriones, & gestunt.

Sobria, & pulcherrima Romuli regis responsio  
circa uini usum.

Caput

XIII.

A. GEL.

Implicissima suauitate & rei, & orationis L. piso frugi usus est in primo annali, cum de Romuli regis uita, atque uictu scriberet. Ea uerba, quæ scripsit: hæc sunt. Eundem Romulum dicunt ad cœnam uocatum ibi non multum bibisse: quia postridie negotium haberet. Ei dicunt, Romule si istuc omnes homines faciant: uinum uilius sit. Is respondit, immo uero carum, si quantum quisq; uolet, bibat: nam ego bibi quantum uolui.

De ludibundo, & errabundo, atq; id genus uerborum productionibus, & quod Laberius sic amorabundam dixit, ut dicitur ludibunda, & errabunda. Atq; inibi quod Sisenna per huiusmodi uerbum noua figura usus est. Caput XV.

Laberius in lacu auerno mulierem amantem uerbo inustitatus ficto amorabundam dixit. id uerbum Cesellius uindex in commentario lectionum antiquarum ex figura scriptum dixit, qua ludibunda: ridibunda, & errabunda dicitur, ludens, & ridens, & errans. Terentius autem Scaurus, diui Adriani temporibus grammaticus uel nobilissimus inter illa, quæ de Cesellij erroribus composuit: in hoc quoq; uerbo errasse eum scripsit: quod idem esse putauerit, ludens & ludibunda, errans, & errabunda, ridens, & ridibunda. Nam ludibunda inquit & ridibunda, & errabunda ea dicitur, quæ ludentem, uel ridentem, uel errantem agit, aut simulat. Sed qua ratione Scaurus adductus sit, ut

Cefellium in eo reprehenderet: non hercle reperie-  
 bamus. Non est enim dubium, quin hæc, genere ipso  
 duntaxat idem significant: quod ea demonstrant, a  
 quibus producuntur. Quid esset autem ludentem age-  
 re, uel imitari, non intelligere uideri maluimus: quæ in-  
 simulare eum tanquam ipsum minus intelligentem.  
 Quin magis Scaurum oportuit commentaria Cefellij  
 criminantem, hoc ab eo præteritum requirere: quod  
 non dixerit, an quid, & quantulum differret a ludi-  
 bundo ludens, & ridibundo, ridens, & errabundo,  
 errans, cæteraque horum similia? An a principalibus  
 uerbis paululum aliquid distaret? Et quæ omnino  
 uim haberet particula hec extrema eiusmodi  
 uocabulis addita. Hoc enim fuit potius requirendum  
 in istiusmodi figuræ tractatu. Sicuti requiri solet in  
 uinolento, & lutulento, & turbulento, uacua ne &  
 inanis sit istæ productio? Cuiusmodi sunt, quæ πα-  
 ρρωδὸς græci dicunt. An extrema illa particula ha-  
 beat aliquid suæ propriæ significationis: Cum re-  
 prehensionem autem illam Scauri notare uisus: in me-  
 moriam nobis rediit, quod Sisenna in quarto histo-  
 riarum, eiusdem figuræ uerbo ita usus est: populabū-  
 dus inquit, agros ad oppidum peruenit. Quod sci-  
 licet significat, cum agros popularetur: non ut Scau-  
 rus in consimilibus uerbis ait: cum populantem age-  
 ret, uel cum imitaretur. sed inquirentibus nobis, quæ  
 nam ratio, & origo esset huiusmodi figuræ popu-  
 labūsus, & errabūsus, & letabūsus, & ludibūsus,  
 multorumque aliorum id genus uerborum ἰπιβόλος hercle,  
 Apollinaris noster sibi uideri ait, particulam istam po-

strenam, in qua uerba talia exeunt, uim, & copiã,  
 & quasi abundantiam rei, cuius id uerbum esset,  
 demonstrare. Vt letabundus is dicatur: qui abunde  
 lætus sit: & errabundus, qui longo, atq; abundantĩ  
 errore sit. Ceteraq; omnia ex ea figura ita dici osten-  
 dit: ut productio hæc, & extremitas largam, & fluẽ-  
 tem uim, & copiam declaret.

Quod græcorum quorundam uerborum difficile  
 lima est in latinam linguam mutatio: uelut quod græ-  
 ce dicatur πολυπραγμοσύνη. Caput XVI.

Dieimus sæpe. animum ad uocabula rerũ  
 non paucissima, quæ neq; singulis uerbis, ut  
 a græcis, neq; si maxime pluribus eas res  
 uerbis dicamus: tam dilucide, tamq; apte demonstrari  
 latina oratione possunt: quã græci ea dicunt priuis  
 uocibus. Nuper etiam cum allatus esset ad nos Plutar-  
 chi liber, & eius libri indicem legissemus: qui erat  
 περὶ πολυπραγμοσύνης, percontanti cuipiam, qui &  
 literarum, & uocum græcarum expertus fuit: cuius-  
 nam liber, & qua de re scriptus esset: nomen quidem  
 scriptoris statim diximus. Rem, de qua scriptum fuit:  
 dicturi, hæsimus. Ac tum quidem primo, quia non  
 satis commode opinabar interpretaturum esse: si dice-  
 rem librum scriptum esse de negotiositate: aliud insti-  
 tuti apud me exquirere, quod, ut dicitur, uerbũ de uer-  
 bo expressum esset. Nihil erat prorsus, quod aut me-  
 minissem legere me: aut si etiam uellem fingere: quod  
 non insigniter asperum, absurdum, durumq; esset: si



ex multitudine, & negotio uerbum unum compinge-  
 rem: sicuti multiuuga dicimus, & multicoloria, & mul-  
 tiiformia. Sed non minus illepide ita diceretur, quam  
 si interpretari uoce una uelis πολυφιλίαν, aut  
 πολυπροπίαν, aut πολυσαρκίαν. Quamobrem cum  
 diutule tacitus in cogitando fuisset: respondi tandem  
 non uideri mihi, significari eam rem posse uno nomi-  
 ne. Et itarco iuncta oratione, quid uellet græcum, id  
 uerbum pararam dicere. Ad multas igitur res agres-  
 sio, earumq; omnium rerum αἴτιο πολυπραγμοσύνη  
 inquam græce dicitur: de qua hunc librum composi-  
 tum esse, inscriptio ista indicat. Tum ille opicus uer-  
 bis meis inchoatis, & inconditis, adductus uirtutem  
 quidem esse πολυπραγμοσύνην. Hortatur inquit,  
 nos profecto nescio quis hic Plutarchus ad negotia  
 capessenda, & ad res obeundas plurimas cum in-  
 dustria, & celeritate. Nomenq; ipsius uirtutis, de qua  
 locuturus esset: libro ipse, sicuti dicas: non incommode  
 præscripsit. Minime inquam uero. neq; enim ista omni-  
 no uirtus est: cuius græco nomine argumentum hoc  
 libri demonstratur. Neq; id, quod tu opinare, aut ego  
 me dicere sentio, aut Plutarchus facit. Deterret enim  
 nos hoc quidē in libro quā potest maxime, a' uaria,  
 promiscuaq; & non necessaria rerū eiusmodi plu-  
 rimarum & cogitatione, & petitione. Sed huius in-  
 quam, tui erroris culpam esse intelligo in mea scilicet  
 infacundia: qui ne pluribus quidem uerbis potuerim  
 non obscurissime dicere quod a' græcis perfectissimo  
 uno uerbo, & planissime dicitur.

Quid significat in ueteribus prætorum edictis,  
quod flumina retanda publice redempta habent.

Caput

XVII.

Dicta ueterum Prætorum sedentibus forte  
nobis in bibliotheca templi Traiani, & ali  
ud quid requirentibus, cum in manus inci-  
dissent: legere, atq; cognoscere libitum est. Tum in quo  
dam edicto antiquiore ita scriptum inuenimus. Qui  
flumina retanda publice redempta habent: si quis eo-  
rum ad me eductus fuerit: qui dicatur, quod eum ex  
lege locationis facere oportuerit, non fecisse. Retanda  
igitur quid esset: quærebatur. Dixit ibi quispiam no-  
biscum sedens amicus meus, in libro se Caij de origi-  
ne uocabulorum septimo legisse. Retas uocari arbo-  
res, quæ aut ex ripis fluminum eminent: aut in  
aluis eorum extarent: appellatasq; esse à retibus,  
quod prætereuntes naues impedirent, & quasi irre-  
tarent. Idcirco sese arbitrari retanda flumina locari so-  
lita esse, idest purganda, nequid aut moræ, aut peri-  
culi nauibus in ea uirgulta incidentibus fieret.

Qua poena Draco Atheniensis in legibus, quas  
populo Atheniensi scripsit: fures afficerit. Et qua po-  
stea Solon, & qua item decemuiri nostri, qui XII-  
tab. scripserunt. Atq; inibi adscriptum, quod apud  
Aegyptios furta licita, & permessa sunt. Apud La-  
cedæmonios autem cum studio quoq; afflictata, & pro  
exercitio utili celebrata. Ac præterea M. Catonis de  
puniendis furtis digna memoria sententia.

Caput

XVIII.

d *R*aco Atheniensis uir bonus, multaq; esse  
 prudentia existimatus est, iurisq; diuini, &  
 humani peritus fuit. Is Draco leges, quibus  
 Athenienses uterentur: primus omnium tu-  
 lit. in illis legibus furem cuiuscunq; modi furtis sup-  
 plicio capitis puniendum esse, & alia pleraq; nimis  
 seuerere censuit, sanxitq;. Eius igitur leges, quoniam ui-  
 debantur impendio acerbiores: non decreto, iussuq;  
 sed tacito, illiteratoq; Atheniensium consensu, oblite-  
 ratae sunt. Postea legibus alijs mitioribus a Solone  
 compositis usi sunt. Is Solon ex septem illis in-  
 clytis sapientibus fuit. Is sua lege in fures, non ut Draco  
 antea mortis, sed duplici poena uindicandum existi-  
 mauit. X uiri autem nostri, qui post reges exactos le-  
 ges, quibus Po. Ro. uteretur: in. XII. tabulis scripse-  
 runt: neq; pari seueritate in puniendis omnium ge-  
 nerum furibus, neq; remissa nimis lenitate usi sunt.  
 Nam furem, qui manifesto furto prehensus esset:  
 tum demum occidi permisserunt: si aut cum faceret  
 furtum, nox esset: aut interdum se telo, cum prehen-  
 deretur defenderet. Ex caeteris autem manifestis fu-  
 ribus, liberos uerberari, addiciq; iusserunt ei: cui  
 factum furtum esset: si modo id luci fecissent: neq;  
 se telo defendissent. seruos item furti manifesti pre-  
 hensos uerberibus affici, & e saxo praecipitari, sed  
 pueros impuberes praetoris arbitrati uerberari uo-  
 luerunt: noxamq; ab his factam sarciri. Ea quoq;  
 furta, quae per lancem, liciumq; concepta essent: per-  
 inde, ac si manifesta forent: uindicauerunt. Sed  
 nunc a lege illa X. uirali discessum est. Nam si-

quis semper manifesto furto iure, & ordine experi-  
 riri uelit: actio in quadruplum datur. Manifestum  
 autem furtum est, ut ait Massurius: quod deprehēdi-  
 tur, dum fit. faciendi finis est, cum perlatum est, quo  
 ferri cœperat. Furti concepti, item oblati, tripli pœ-  
 na est. Sed quod sit oblatum, quod conceptum, & ple-  
 raq; alia ad eam rem, ex egregijs ueterum moribus  
 accepta, neq; inutilia cognitu, neq; iniucunda, qui lege-  
 re uoluit: inueniet Sabinum librum, cui titulus est de fur-  
 tis. In quo id quoq; scriptum est, quod uulgo inopi-  
 natum. Non hominum tantum, neq; rerum mouen-  
 tium, quæ auferri occulte, & subripi possunt: sed fun-  
 di quoq; & ædium fieri furtum. Condemnatum  
 quoq; furti colomum, qui fundo, quem conduxerat: uen-  
 dito: possessione eius dominum interuertisset. Atq; id  
 etiam, quod magis inopinabile est: Sabinus dicit.  
 Furem esse hominis iudicatum, qui cum fugitiuus præ-  
 ter oculos domini forte iret: obtentu togæ tanquam se  
 amiciens, ne uideretur a domino, obstitisset. Alijs  
 deinde furtis omnibus, quæ nec manifesta appellan-  
 tur, pœnam imposuerunt dupli. Id etiam memini le-  
 gere me in libro Aristonis iure consulti, haudqua-  
 quam indocti uiri, apud ueteres ægyptios: quod genus  
 hominum constat, & in artibus reperiendis solertes  
 extitisse: & in cognitione rerum indaganda sagaces:  
 furta omnia fuisse licita, & impunita, apud Iacedæ-  
 monios quoq; sobrios illos, & acres uiros, cuius rei nō  
 adeo, ut Aegyptijs fides longinqua est: non pauci, neq;  
 ignobiles scriptores, qui de moribus, legibusq; eorum  
 memorias condiderunt: ius atq; usum fuisse furandi  
 dicunt,

dicunt, Idq; a iuuentute eorum, non ob turpia lu-  
 cra, neq; ad sumptum libidini præbendum comparã-  
 dam ue opulentiam, sed pro exercitio, disciplinaq; rei  
 bellicæ faciendum. Quod & furandi solertia, & ad  
 suetudo acueret, firmaretq; animos adolescentium:  
 & ad insidiarum astus, & ad uigilandi tolerantia,  
 & obrependi celeritatem. Sed enim M. Cato in ora-  
 tione, quam de præda militibus diuidunda scripsit:  
 uehementibus, & illustribus uerbis de impunitate pe-  
 culatus, atq; licentia conqueritur. Ea uerba, quoniam  
 » nobis impense placuerunt: adscripsimus. Fures in-  
 » quit, priuatorum furtorum in neruo, atq; in compe-  
 » dibus ætatem agunt. Fures publici in auro, atq; in  
 » purpura. Quã caste autem, & quã religiose a  
 prudentissimis uiris, quid esset furtum definitum sit:  
 prætereundum non puto. Nequis eum solum esse fu-  
 rem putet: qui occulte tollit, aut clam subripit. Ver-  
 » ba sunt Sabinus ex libro iuris ciuilibus secundo. Qui  
 » alienam rem adirectauit, cum id se inuito domino  
 » facere iudicare deberet: furti tenetur. Item alio ca-  
 » pite. Qui alienum tacens, lucri faciendi causa sustu-  
 » lit: furti obstringitur, siue scit cuius sit, siue nescit.  
 Hæc quidem sic in eo, quo nunc dixi libro, Sabinus  
 scripsit, de rebus furti faciendi causa adirectatis. Sed  
 meminisse debemus secundum ea, quæ supra scripsi,  
 furtum sine ulla quoq; adirectione fieri posse, sola  
 mente, atq; animo, ut furtum fiat, annitente. Quo cir-  
 ca ne id quidem Sabinus dubitare se ait, quin domi-  
 nus furti sit condemnandus: qui seruo suo uti furtum  
 faceret: imperauit.

A. GEL.  
AVLI GELLII NOCTIVM ATTICA  
RVM COMMENTARII. LI-  
BER DVODECIMVS.

Dissertatio Phauorini philosophi, qua suadet nobi-  
li foeminae, ut liberos, quos peperisset: non nutricum  
adhibitarum, sed suo sibi lacte aleret.

Caput Primum.

Vntiatum quondam est Phauorino  
philosopho nobis praesentibus uxo-  
rem auditoris, sectatorisq; sui pau-  
lulum ante enixam, auctumq; eum  
esse nato filio. Eamus igit, et puer-  
peram uisum, et patri gratulatum. Is enim erat locus sena-  
torij ex familia nobiliori. Imus una et qui tum ad-  
eram. Prosecutiq; eum sumus ad domum, quo per-  
gebat: et cum eo simul introgressi sumus. Tum in  
primis aedibus complexus hominem, congratulatusq;  
adsedit, atq; percunctatus est quam diutinum puer-  
perium, et quam laboriosi nixus fuissent. Puellamq;  
defessam labore, ac uigilia somnum capere cogno-  
uit: fabulari instituit prolixius. Et nihil inquit dubi-  
to, quin filium lacte suo nutritura sit. Sed cum ma-  
ter puellae parcendum esse ei diceret: adhibendaq;  
puero nutrices, ne ad dolores, quos in enitendo tulis-  
set: munus quoque nutritionis graue, ac difficile ac-  
cederet: oro te inquit mulier sine eam totam integram  
esse matrem filij sui. Quod est enim hoc contra natu-  
ram

viam imperfectum, atque dimidiatum matris genus? peperisse, ac statim ab sese abiectisse? Aluisse in utero sanguine suo nescio quid, quod non uideret? non alere nunc suo lacte, quod uideat iam uiuentem? iam hominem? iam matris officia implorantem? An tu quoque inquit putas, naturam foeminis mammarum ubera, quasi quosdam nebulos uenustiores, non liberorum alendorum, sed ornandi pectoris causa dedisse? Sic enim quod a uobis scilicet abest, pleraque istae prodigiose mulieres, fontem illum sanctissimum corporis generis humani educatorem arescere & extinguere cum periculo quoque auersi, corruptique lactis laborant tanquam pulchritudinis sibi insignia deuenustet. Quod quidem faciunt eadem uecordia: qua quibusdam commentitijs fraudibus nituntur, ut foetus quoque ipsi in corpore suo concepti abortiantur, ne aequor illud uentris irrugetur: ac de grauitate oneris, & labore partus fatiscat. quod cum sit publica detestatione, communique odio dignum in ipsis hominum primordijs, dum fingitur, dum animatur inter ipsas artificis naturae manus interfectum ire: quantulum hinc abest, iam perfectum, iam genitum, iam filium proprium, atque consueti, atque cogniti sanguinis alimonia priuare? sed nihil interest (hoc enim dicitur) dum alatur, & uiuat cuius id lacte fiat. Cur igitur iste, qui hoc dicit, si in capessendis naturae sensibus, tam obsurdum: non id quoque nihil interesse putat: cuius in corpore, cuiusque ex sanguine concretus homo, & coactus sit? An qui a spiritu multo, & colore exalbuit, non idem sanguis est nunc in uberibus, qui in utero fuit?

A. GEL.

Nonne hac quoque in re solertia naturæ evidens est: quod posteaquam sanguis ille opifex in penetrabilibus suis omne corpus hominis finxit: aduentante iam partus tempore in supernas se partes profert, & ad fouenda vitæ, atque lucis rudimenta presto est: & recens natus, notum, & familiarè uictum offert? Quæ obrem non frustra creditum est: sicuti ualeat ad fingendas animi, atque corporis similitudines uis, & natura seminis: non secus ad eandem rem, lactis quoque ingenia, & proprietates ualere. Neque in hominibus id solum, sed in pecudibus quoque animaduersum. Nam si Ouium lacte Hædi, aut caprarum Agni alerentur: constat ferme in his, lanam duriores, in illis capillum gigni teneriores. In arboribus etiam, & frugibus maior plerumque uis, & potestas est ad earum indolem uel detrectandam, uel augendam, aquarum, atque terrarum, quæ alunt: quàm ipsius, quod iacitur, seminis. Ac sæpe uideas arborem lætam, & nitentem in locum alium transpositam deterioris terræ succo deperisse. Quæ malum igitur ratio est nobilitatem istam nati modo hominis, corpusque, & animum, benigne ingenitis primordijs inchoatum, insitium, degenerique alimento lactis alieni corrumpere? Præsertim si ista, quam ad præbendum lac, tunc adhibebitis, aut serua, aut seruilis, & ut plerumque solet, externæ, & barbaræ nationis, si improba, si informis, si impudica, si temulentæ est. Nam plerumque sine discrimine, quæcumque id temporis lactens est: adhiberi solet. Patiemur ne igitur infantem hunc nostrum pernicioso contagio infici? & spiritum ducere in animum, atque in corpus



corpus suum, ex corpore, & animo deterrimo? Id her-  
cle ipsum est, quod sepe numero miramur: quosdam  
pudicorum mulierum liberos, parentum suorum neque  
corporibus, neque animis similes existere. Scite igitur &  
perite nosse Maro, quod cum uersus illos Homeri  
consecraretur:

ὅκ' ἄρα σοί γε πατήρ ἢ ἰππὸτα πηλὸς,  
ὅδ' ἔτις μήτηρ γλαυκὴ δέσ' ἔτιπτε βάλασα  
πέθοι τ' ἠλίβατοι. ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής.

Non partionem solam tanquam illam, quam ille seque-  
batur: sed alituram quoque feram, & seuiam crimina-  
tus est. Addidit enim hoc de suo,

Hircanæque adinorunt ubera tigris.

Quoniam uidelicet in moribus inolescendis magnam  
ferè partem ingenium altricis, & natura lactis tenet.  
Quæ iam à principio imbuta paterni seminis con-  
cretionem, ex matris etiam corpore, & animo recentem  
indolem configurat. Et præter hæc autem, quis illud  
etiam negligere, aspernarique possit, quod quæ partus  
suos deserunt: ablegantque à sese, & alijs nutriendos  
dedunt: uinculum illud, coagulumque animi, atque amo-  
ris, quo parentes cum filijs natura consociat: interscin-  
dunt: aut certe quidem diluunt, deteruntque. Nam ubi  
infantis aliorsum dati facta ex oculis amolitio est:  
uigor ille maternæ flagrantie sensim, atque paulatim  
restinguitur. Omnisque impatientissimæ sollicitudinis  
strepitus consilescit. Neque multo minor amandati ad  
nutricem aliam filij, quam morte amissi obliuio est.  
Ipsius quoque infantis adfectio animi, amoris, consue-  
tudinis in ea sola, unde alitur, occupatur: & proim-

A. GEL.

de, ut in expositis usu uenit: matris, quæ genuit, neq;  
sensum ullum, neq; desiderium capit. Ac propterea  
obliteratis & abolitis naturæ pietatis elementis: quic-  
quid ita educati liberi amare patrem, atq; matrem ui-  
dentur: magnam ferè partem non naturalis ille amor  
est, sed civilis, & opinabilis. Hæc Phauorinum dicen-  
tem audiui græcæ oratione: cuius sententias commu-  
nis utilitatis gratia, quantum meminisse potui: retuli.  
Amoenitates uero, & copias, ubertatesq; uerborum,  
latina omnis facundia uix quidem indipisci potue-  
rit: mea tenuitas nequaquam.

Quod Anneus Seneca iudicans de Q. Ennio, deq;  
M. Tullio leui, futiliq; iudicio fuit. Cap. II.

E Anneo Seneca partim existimant, ut de  
d scriptore minime utili. Cuius libros attinge-  
re, nullum pretium operæ sit. Quod oratio  
eius uulgaris uideatur, & protrita. Res atq; senten-  
tiæ, aut inepto, inaniq; impetu sint: aut leui, & quasi  
dicaci argutia. Eruditio autem uernacula, & plebe-  
ia, nihilq; ex ueterum scriptis habens, neq; gratiæ,  
neq; dignitatis. Alij uero elegantiae quidem in uerbis  
parum esse non inficias eunt: sed & rerum, quas di-  
cat, scientiam, doctrinamq; ei non deesse dicunt: &  
in uitij morum obiurgandis, seueritatem, grauita-  
temq; non inueniunt. Mihi de omni eius ingenio,  
deq; omni scripto iudicium, censuraq; facere non ne-  
cessum est. Sed quod de M. Cicerone, & Q. Ennio, &  
P. Virgilio iudicauit: ea res cuiusmodi sit, ad consy-  
derandum

derandum ponemus. In libro enim XXII. epistolarum moralium, quas ad Lucium composuit, deridiculos uersus Qu. Ennium de Cethego antiquo uiro fecisse hos dicit.

- » Dicitus ollis popularibus olim  
 » Qui cum uiuebant homines, atq; æuū agitabant,  
 » Flos delibutus populis, & suada medulla.  
 » Ac deinde scribit de iisdem uersibus uerba hæc. Ad-  
 » miror eloquentissimos uiros, & deditos Ennio, pro opti-  
 » mis ridicula laudasse. Cicero certe inter bonos eius uer-  
 » sus, & hos refert. Atq; id etiam de Cicerone dicit.  
 » Non miror inquit fuisse, qui hos uersus scriberet: cum  
 » fuerit qui laudaret. Nisi forte Cicero summus orator  
 » agebat causam suam, & uolebat hos uersus uideri bo-  
 » nos. Postea hoc etiā addidit insulsissime. Apud ipsum  
 » quoque inquit Ciceronem inuenies etiā in prosa ora-  
 » tione quædam: ex quibus intelligas illum non perdi-  
 » disse operam, quod Ennium legit. Ponit deinde, quæ  
 » apud Ciceronem reprehendit, quasi Enniana, quod ita  
 » scripserit in libris de rep. quod Menelao læoni quæ-  
 » dam fuit suauiloquens inuiditas: & quod alio in lo-  
 » co dixerit, breuiloquentiam in dicendo colat. Atq; ibi  
 » nugator homo Ciceronis errores deprecat: & nō fu-  
 » it inquit, Ciceronis hoc uitium, sed temporis. Necessè  
 » erat hæc dici, cum illa legerentur. Deinde adscribit,  
 » Ciceronem hæc ipsa interposuisse, ad effugendam in-  
 » famiam nimis lasciuæ orationis, & nitidæ. De Vir-  
 » gilio quoq; eodem in loco uerba hæc ponit: Vir-  
 » gilius quoque noster non ex alia causa duros quos-  
 » dam uersus, & enormes, & aliquid supra mensurā

A. GEL.

» trahentis interposuit, quàm ut Ennianus populus  
 » agnosceret, in nouo carmine antiquitatis aliquid. Sed  
 iam uerborum Senecæ piget. Hæc tamen inepti, &  
 » insipidi, & insulsi hominis iocæ non præteribo. Qu  
 » dam sunt inquit, tam magni sensus Quæ Ennij, ut licet  
 » scripti sunt inter hircosos: possunt tamen inter unguen=  
 » tatos placere. Et cum reprehendisset uersus, quos su=  
 » pra de Cethego posuimus: qui huiuscemodi inquit, uer=  
 » sus amant, liceat sibi, & eosdem admirari: & Sothe=  
 » rici lectos, dignus sanè Senecæ uideatur lectione, ac  
 studio adolescentium, qui honorem, coloremq; ueteris  
 orationis Sotherici lectis compararit, quasi minimæ  
 scilicet gratiæ, & relictis iam, contemptisq;. Audias  
 tamen commemorari, ac referri pauca quædam: quæ  
 ipse idem Senecæ benedixerit. Quale est illud, quod  
 in hominem auarum, & auidum, & pecuniæ sitien=  
 » tem dixit: Quid enim refert quantum habeas? mul=  
 » to illud plus est, quod non habes. Bene hoc sanè, be=  
 » ne. Sed adolescentium indolem, non tam iuuane, quæ  
 benedicta sunt, quàm inficiunt, quæ pessime: multoq;  
 magis, si & plura sunt, quæ deteriora sunt. Et quæ  
 dam in his non pro ἰσομύμυρτε aliquo rei par=  
 » ue, ac simplicis, sed in re ancipiti pro cōsilio dicuntur.

Lictoris uocabulū qua ratione conceptum, ortumq;  
 sit: & sup eo diuersæ sententiæ Valgi Ruffi, & Tul=  
 lii Ciceronis liberti acceptæ. Caput III.

» Algius Rufus in secundo librorum, quos in  
 scripsit de rebus per epistolam quæsitis: li=  
 ctorem

ctorem dicit à ligando appellatum esse, quod cum magistratus Po. Ro. uirgis quempiam uerberari iussissent: crura eius, & manus ligari, uinciriq; à uiatore solita sunt: isq; qui ex collegio uiatorum officium ligandi haberet: licitor sit appellatus: utiturq; ad eam rem testimonio M. Tullij, uerbaq; eius refert ex oratione, que dicta est pro C. Rabirio. Licitor inquit, colligat manus. Hæc ita Valgius, & nos sane cum illo sentimus. Sed Tiro Tullius M. Ciceronis libertus, licitorem uel à lino, uel à licio dictum scripsit: Licio enim transuerso, quod linium appellatur, qui magistratibus inquit, præministrabant: cincti erant. Siquis autem est: qui propterea putet probabilius esse, quod dixit Tiro, quoniam prima syllaba in licitore, sicut in licio producta est: & in eo uerbo, quod est ligo, correpta est, nihil ad rem istam pertinet. Nam sic à ligando licitor, & à legendo lector, & à uincendo uictor, & à tuendo tutor, & à struendo structor, productis, que corripiebantur, uocalibus, dicta sunt.

Ex Q. Ennij septimo annalium uersus, quibus de pingitur, finiturq; ingenium, comitasq; hominis minoris erga amicum superiorem. Caput IIII.

Es scriptum, definitumq; est à Q. Ennio in  
d  
annali septimo graphice admodum, sciteq;  
sub historia Gemini Seruili, uiri nobilis,  
quo ingenio, qua comitate, qua modestia, qua fide, qua  
lingue parsimonia, qua loquendi opportunitate, quan  
ta rerum antiquarum, morumq; ueterum, ac nouo-

A. GELI

rum scientia, quantaq; seruandi, tuendiq; secreti re-  
 ligione, qualibus denique ad minuendas uitæ mole-  
 stias, fomentum, leuamentis, solatijs amicum esse con-  
 ueniat hominis genere, & fortuna superioris. Eos  
 ego uersus non minus frequenti, assiduoq; memora-  
 tu dignos puto, quàm philosophorum de officijs de-  
 creta. Ad hoc color quidam uetustatis in his uersi-  
 bus tam reuerendus est: suauitas tam impromiscua,  
 tamq; ab omni furo remota est, ut mea quidem sen-  
 tentia pro antiquis, sacratisq; amicitiae legibus obser-  
 uandi, tenendi, colendiq; sint. Quapropter ascriben-  
 dos eos existimaui: si quis iam statim desideraret.

- » Hocce locutus uocat, qui cum bene sepe libenter
- » Mensam, sermonesq; suos, rerumq; suarum
- » Comiter impertit: magna cum lapsa diei
- » Parte fuisset, de paruis, summisq; gerendis
- » Consilio, in duforo, lato, sanctoq; senatu,
- » Cui res audacter magnas, paruasq; iocumq;
- » Eloqueret: quæ tincta malis, & quæ bona dictu,
- » Euomeret: siquid uellet, tutoq; locaret,
- » Quocum multa uolup, ac gaudia, clamq; palamq;
- » Ingenium cui nulla malum sententia suadet:
- » Ut faceret facinus, lenis, haud malus, idem
- » Doctus, fidelis, suauis homo, facundus. suoq;
- » Contentus, scitus, atq; beatus, secunda loquens in
- » Tempore, commodus, & uerborum uir paucorum,
- » Multa tenens antiqua, sepulta & sepe uetustas
- » Quæ facit: & mores, ueteresq; novosq; tenentem:
- » Multorum ueterum leges, diuisimq; hominumq;
- » Prudentem: qui multa loqui ue, tacere ue posset,

Hunc inter pugnas compellat Seruilius sic.  
 T. Aelium Scillonem dicere solitum ferunt Q. En-  
 nium de semetipso hæc scripsisse: picturamq; istam  
 morum, & ingenij ipsius Q. Ennij factam esse.

Sermo Tauri philosophi de modo, atq; ratione  
 tolerandi doloris secundum stoicorum decreta.

Caput V.

Um Delphos ad Pythia, conuentumq; to-  
 tius ferme græciæ uisendum philosophus  
 Taurus iret: nosq; ei comites essemus: inq; eo itinere  
 Lebadiam uenissimus: quod est oppidum antiquum in terra Boetia: affertur ibi ad Taurum  
 amicum eius, quempiam nobilem in stoica discipli-  
 na philosophum ægra ualetudine oppressum decum-  
 bere: tunc omisso itinere, quod alio maturandum  
 erat: & relictis uehicular: pergit eum propere uide-  
 re. Nosq; de more, quem in locum, cunq; iret, secu-  
 ti sumus. Et ubi ad ædes, in quibus ille ægrotus erat,  
 peruenimus: uidemus hominem doloribus, cruciati-  
 busq; allabi, quod græci χαλδν dicunt: & febrî  
 simul adrapida afflicti: gemitusq; ex eo compres-  
 sos erum, ere spiritusq; & anhelitus e' pectore eius  
 euadere: non dolorem magis indicantes, quàm  
 pugnam aduersus dolorem. Post deinde cum Tau-  
 rus & medicos accersisset, collocutusq; de faciendâ  
 medela esset: & eum ipsum ad retinendam pa-  
 tientiam testimonio tolerantiae, quam uidebat, per-  
 hibito, stabilisset: egressiq; deinde ad uehicula

Et ad comites rediremus: uidistis inquit Taurus, non  
 sanè iucundum spectaculum, sed cognitu tamen uti-  
 le, congregantes, compugnantesq; philosophum, et  
 dolorem. Faciebat uis illa, et natura morbi, quod  
 erat suum, distractionem, cruciatumq; membrorum.  
 Faciebat contraratio, et natura animi, quod erat æque  
 suum: perpetiebatur, et cohibebat, coercebatq; intra  
 sese uiolentias effrenati doloris. Nullos eiulatus, nul-  
 las complorationes, ne ullas quidē uoces indecoras ede-  
 bat. Signa tamen quædam (sicut uidistis) existebant  
 uirtutis, et corporis de possessione hominis pugnan-  
 tium. Tum è sectatoribus Tauri iuuenis in discipli-  
 nis philosophiæ non ignarus, si tanta inquit, doloris  
 acerbitas est: ut contra uoluntatem, contraq; iudiciū  
 animi nitatur: inuitumq; hominem cogat ad gemen-  
 dum, confitendumq; de malo morbi seuiantis, cur do-  
 lor apud stoicos indifferens esse dicitur, non malum?  
 Cur deinde aut stoicus homo cogi aliquid potest: aut  
 dolor cogere: cum et dolorem stoici nihil cogere, et sa-  
 piētē nihil cogi posse dicant? Ad ea Taurus uultus  
 iam propemodum lætiore. delectatus enim iam uide-  
 batur illecebra quæstionis: si iam amicus inquit, hic  
 noster melius ualeret: gemitus eiusmodi necessarios à  
 calumnia defendisset: et hanc opinor, tibi quæstionē  
 dissoluisset. Me autem scis, cum stoicis non bene con-  
 uenire: uel cum stoica potius disciplina. Est enim ple-  
 raq; et sibi, et nobis incongruens, sicut in libro,  
 quem super ea re composuimus, declaratur: sed ut  
 tibi à me mos geratur: dicam ego indoctius, ut aiunt,  
 et apertius: quæ fuisse dicturum puto sinuosius, atq;



solertius, si quis nunc adesset stoicorū. Nosti enim cre-  
 do uerbum illud uetus peruagatum ἀμαθιστερον πῶς  
 εἶπε. καὶ σαφέστερον λέγει. atq; hinc exorsus de dolo-  
 re, atq; gemitu stoici egrotantis ita disseruit. Natura  
 inquit, omnium rerum, quæ nos genuit, induit no-  
 bis, inoleuitq; in ipsis statim principijs, quibus nati  
 sumus, amorem nosiri, & charitatem, ita prorsus, ut  
 nihil quicquam esset charius, pensiusq; nobis, quam  
 nosmetipsi. Atq; hoc esse fundamentum rata est con-  
 seruandæ hominum perpetuitatis si unusquisq; no-  
 strum, simul atq; editus in lucem foret: harum prius  
 rerum sensum, affectionemq; caperet: quæ a ueteri-  
 bus philosophis τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν appellatæ  
 sunt: ut omnibus scilicet corporis sui commodis gau-  
 deret: ab incommodis omnibus abhorreret. Postea per  
 incrementa ætatis exorta e' seminibus suis ratio est:  
 & utendi consilij reputatio: & honestatis, utilitatisq;  
 ueræ contemplatio, subtiliorq;, & exploratio com-  
 modorum delectus, atq; ita præceteris omnibus eni-  
 tuit, & præfulsit decori, & honesti dignitas. Ac si  
 ei retinendæ obtinendæue incommodum extrinse-  
 cus aliquod obstaret, contemptum est. Neq; aliud esse  
 uere, & simpliciter bonum, nisi honestum, Aliud  
 quicquam malum, nisi quod turpe esset, existimatum  
 est. Reliqua omnia, quæ in medio forent, ac neq; ho-  
 nestæ essent, neq; turpia, neq; bona esse, neq; mala, de-  
 cretum est. Productiones tamen, & relationes suis  
 quæq; momentis distinctæ, diuisæq; sunt. Quæ  
 προηγμένα καὶ ἀποπροηγμένα ipsi uocant. Pro-  
 pterea uoluptas quoq;, & dolor, quod ad finem ipsum

ne, beateq; uiuendi pertinet: & in medijs relictas,  
 & neq; in bonis, neq; in malis iudicata sunt. Sed  
 enim quoniam his primis sensibus doloris, uolupta-  
 tisq; ante consilij, & rationis exortum recens natus  
 homo imbutus est: & uoluptati quidem natura con-  
 ciliatus, a dolore autem, quasi a graui quodam ini-  
 mico abiunctus, alienatusq; est: idcirco affectiones  
 istas primitus, penitusq; inditas, ratio post addita, con-  
 uellere, obstrpare, atq; extinguere uix potest. Pugnat  
 autem cum ijs semper, & exultantibus eas opprimit,  
 obteritq; & parere sibi, atq; obedire cogit. Ita q; ui-  
 distis philosophum ratione decreti sui uixum cum  
 petulantia morbi, dolorisq; exultantia colluctantem,  
 nihil cedentem, nihil confitentem, neq; ut pleriq; do-  
 lentes solent, eiulantem, atq; lamentantem, ac mise-  
 rum sese, & infelicem appellantem: sed acres tan-  
 tum anhelitus, & robustos gemitus edentem, signa,  
 atq; indicia non uicti, neq; oppressi a dolore: sed uin-  
 cere eum, atq; opprimere enitentis. Sed haud scio in-  
 quit, an dicat aliquis ipsum illud, quod pugnat, quod  
 gemit, si malum dolor non est: cur necesse est geme-  
 re, & pugnare? Quia enim omnia, quae non sunt  
 mala, molestia quoq; omni non carent: sed sunt ple-  
 raq; noxa quidem magna, & perniciose priuata: quia  
 non sunt turpia: contra naturae tamen mansuetudi-  
 nem, lenitatemq; opposita sunt, & infesta, per obscu-  
 ram quandam, & necessariam ipsius naturae conse-  
 quentiam. Haec ergo uir sapiens tolerare, & cuncta-  
 ri potest, non omnino sensum sui amittere potest.  
 ἀταρυσία enim, atq; ἀπάθεια, non meo tantum in

quit, sed quorundam etiam ex eadem porticu fruentiorum hominum, sicuti iudicio Panætij grauis, atq; docti uiri improbata, abiecta q; est. Sed cur contra uoluntatem suam gemitus facere cogitur philosophus stoicus: quem nihil cogi posse dicunt? Nihil sane potest cogi uir sapiens, cum est rationis obtinendæ locus. Cum uero natura cogit: ratio quoq; à natura data cogitur. Quære etiam, si uidetur, cur alicuius manu ad oculos suos repente agitata, inuitus conuiueat? Cur fulgente cælo à luminis iactu, non sua sponte & caput, & oculos declinet? Cur tonitru uehementius factò, sensim pauescat? Cur sternutamentis quatiatur? Cur aut in ardoribus solis æstuet? aut cur in pruinis immanibus obrigescat? Hæc etenim, & pleraq; alia non uoluntas, nec consiliū, nec ratio moderatur: sed naturæ, necessitatisq; decreta sunt. Fortitudo autem non ea est, quæ contra naturā monstri uice nititur ultraq; modum eius egreditur: aut stupore animi, aut immanitate, aut quadam misera, & necessaria in perpetiendis doloribus exercitatione. Qualem fuisse accepimus ferum quendam in ludo Cæsaris gladiatorem: qui, cum uulnera eius à medicis execabantur: ridere solitus fuit: sed ea uera, & proba fortitudo est, quam maiores nostri scientiam esse dixerunt rerum tolerandarum, & non tolerandarū. Per quod apparet, esse quædam intolerabilia, quibus fortes uiri, aut obeundis abhorreant: aut sustinendis. Cum hæc Taurus dixisset: uidereturq; in eandem rem plura etiam dicturus: peruentum est ad uehicula: & conscendimus.

A. GEL.

Quod græci ænigma dicunt, latini antiqui scirpos appellauerunt. Caput VI.

¶ Væ græci dicunt ænigmata, hoc genus quidam ex nostris ueteribus scirpos appellaauerunt: quale est quod nuper inuenimus per hercle antiquum, perquam lepidum tribus uersibus senarijs compositum ænigma: quod reliquimus inenarratum, ut legentium coniecturas, in requirendo acueremus.

Versus tres hi sunt.

- » Semel minus ne, an bis minus sit, non satis scio.
- » An utrunq; eorum, ut quondam audiui dicier,
- » Ioui ipsi regi noluit concedere.

Hoc qui nolet diutius apud se querere: inueniet quid sit in M. Varronis de sermone latino ad Marcellum secundo libro.

Quam ob causam Cn. Dolabella proconsul, ream mulierem ueneficij, confitentemq; ad Areopagitas reiecerit. Caput VII.

¶ D Cn. Dolobellā proconsulari imperio provinciam Asiam obtinentem deducta mulier Smyrnea est. Eadem mulier uirum, & filium eodem tempore, uenenis clam datis, uita interfecerat: atq; id fecisse se confitebatur. Dicebatq; habuisse se faciendi causam: quoniam ille idem maritus, & filius alterum filium mulieris ex uiro prioris genitum adolescentem optimum, & innocentissimum

num exceptum insidijs occidissent. Idq; ita esse factum controuersia non erat. Dolobella retulit ad consilium. Nemo quisquam ex consilio sententiam ferre in causa tam ancipiti audebat: quod & confessum ueneficium, quo maritus, & filius neati forent, non admittendum impunitum uidebatur: & digna tamen poena in homines sceleratos uindicatum fuisset. Dolobella eam rem Athenas ad Areopagitas, ut ad iudices grauiiores, exercitatioresq; reiecit. Areopagitæ cognita causa, accusatorem mulieris, & ipsam, quæ accusabatur, centesimo anno adesse iusserunt. Sic neq; absolutum mulieris ueneficium est: quod per leges non licuit: neq; nocens damnata, punitaq;: quæ digna uenia fuit. Scripta hæc historia est in libro Valerij Maximi factorum, & dictorum memorabiliũ octauo.

Reditiones in gratiam nobilium uirorum memoratu dignæ.

Caput VIII.

Aphricanus superior, & Ti. Grac. Tib. & P. Gracchorum pater rerum gestarum magnitudine, & honorum, atq; uitæ dignitate illustres uiri dissenserunt sæpenumero de rep. & ea, siue qua alia re non amici fuerunt. Ea similtas cum diu mansisset: & solenni die Ioui epulum libaretur: atq; ob id sacrificium Senatus in capitolio epularetur: fors fuit, ut apud eandem mensam duo illi iuētum locarentur. tum quasi Dijs immortalibus arbitris in conuiuio Iouis OPT. MAX. dexteras eorum conducentibus, repente amicissimi facti, neq; solum a-

amicitia incepta: sed ad finitas simul instituta. Nam P. Scipio si iam uirginem habens iam uiro maturam, ibi tunc eodem in loco despondit eam Tib. Graccho, quem probauerat, elegeratq; exploratissimo iudicij tempore, dum inimicus est. Aemilius quoq; Lepidus, & Fuluius Flaccus nobili genere, amplissimisq; honoribus, & summo loco in ciuitate praediti, odio inter sese graui, & simultate diutina conflictati sunt. Postea populus eos simul CENS. facit. Atq; illi, ubi uoce praconis renuntiati sunt: ibidem in campo statim non dum dimissa concione, ultroueterq; & pari uoluntate coniuncti, complexiq; sunt. Exq; eo die, & in ipsa censura, & postea iugis concordia fidissime, amicissimeq; uixerunt.

Quae dicantur uocabula ancipitia, & quod honoris quoq; uocabulum ancipiti sententia fuerit.

Caput

IX.

St. plurifariam uidere, atq; animaduertere in ueteribus scriptis pleraq; uocabula, quae nunc sermonibus uulgi unam, certaq; rem demonstrant: ita fuisse media, & communia, ut significare, & capere possent duas inter sese res contrarias. Ex quibus quaedam satis nota sunt, ut tempestas, ualetudo, facinus, dolus, gratia, industria. Haec enim fere iam uulgatum est ancipitia esse, & utroq; uersus dici posse. Periculum etiam, & uenenum, & contagium, non uti nunc dicuntur, pro malis tantum dicta esse, multum exemplorum eiusmodi reperias. Sed honorem quoq; mediam uocem fuisse: & ita appellatum, ut etiam malus honos diceretur: & significaret

caret iniuriam: id profecto rarissimum est. Q. autem  
 Metellus Numidicus in oratione, quam de triumpo suo  
 dixit: his uerbis usus est. Qua in re quanto uniuersi  
 me uuum antestatis: tanto uobis, quam mihi maiorem  
 iniuriam, atq; contumeliam facit quirites. Et quanto  
 probi iniuriã facilius accipiunt: quã alteri iradunt:  
 tanto ille uobis, quã gratiam mihi, peiorem honorem  
 habuit. Nam me iniuriam ferre, uos facere uult qui  
 rites: ut hic conquestio, istic uituperatio relinquatur.  
 Honorem inquit, peiorem uobis habuit, quã gratiã  
 mihi, cuius uerbi sententia est, quam ipse quoq; supra  
 dicit: maiore uos adfecit iniuria, & contumelia, quã  
 me. Præter huius autem uerbi notionem, adscriben-  
 dam esse hanc sententiam ex oratione Q. Metelli exi-  
 stimauit: ut definiremus Socratis esse decretum  
 καλίων εἶναι τὸ ἀδικεῖν ἢ ἀδικεῖσθαι.

Quod æditimus uerbum latinum sit. Cap. X.

Editimus uerbum latinum est, & uetus, ea  
 forma dictum, qua finitimus, & legitimus.  
 Sed pro eo à plerisq; nunc æditius dicitur,  
 noua, & commenticia usurpatione, quasi à tuendis  
 ædibus appellatus. Satis hoc esse potuit admonendi  
 gratia dixisse, propter agrestes quosdam, & indomi-  
 tos certatores: qui nisi auctoritatibus adhibitis, non  
 comprimuntur. M. Varro in libro secundo, ad Mar-  
 cellum de latino sermone æditimũ dici oportere cõset  
 magis, quam ædituum: quod alterum sit recenti nouã  
 tate fictum, alterum antiqua origine incorruptum,

Liuius quoq; (ut opinor) in Protefilaodamia clau-  
 stritimum dixit, qui claustris ianuæ præesset, eadem  
 scilicet figura, qua æditimum dici uidebat: qui ædi-  
 bus præest. In Verrem M. Tullij in exemplaribus fi-  
 delissimis, ita inueni scriptum. Aeditimi, custodesq;  
 mature sentiunt. In libris autē uulgarijs æditui scri-  
 ptum est. Pomponij fabula attellana est, quæ ita in-  
 scripta est Aeditimus, in qua hic uersus est.  
 Qui postquam tibi appareo, atque æditimor in tem-  
 plo tuo.

T. autem Lucretius in carmine suo pro ædituis ædi-  
 tuentes appellat,

- » Onerataq; passim
- » Cuncta cadaueribus coelestium templa manebant:
- » Hospitibus loca quæ complerant ædituentes.

Errare istos, qui spe, & fiducia latendi peccent:  
 cum latebra peccati perpetua nulla sit. Et super ea  
 re Peregrini philosophi sermo ex Sophoclis poeta  
 sententia. Caput XI.

p Hilosophum nomine Peregrinum, cui  
 postea cognomentum Proteus factum est:  
 uirum grauem, atq; constantem uidimus,  
 cum Athenis essemus, diuersantem in quo-  
 dam tugurio extra urbem. Cumq; ad eum fre-  
 quenter uentitarem: multa hercle dicere eum uti-  
 liter, & honeste audiui: in quibus id fuit,  
 quod præcipuum auditu meminimus. Virum qui-  
 dem sapientem, non peccaturum esse dicebat, etiam  
 si peccasse eum Di, atq; homines raturi forent. Non  
 enim



enim poenæ, aut infamæ metu non esse peccandum censebat: sed iusti, honestiq; studio, & officio. Siqui tamen non essent tali uel ingenio, uel disciplina præditi: ut se ui sua, ac sponte facile a peccando tenerent: eos omnes tunc peccare procliuus existimabat: cum latere posse id peccatum putarent: impunitatemq; ex ea latebra sperarent. At si sciunt inquit, homines, nihil omnium rerum diutius posse celari: suppressius, prudentiusq; peccabitur. Propterea uersus istos Sophoclis prudentissimi poetarum in ore esse habendos dicebat.

πρὸς ταῦτα κρυπτε μηδὲν ὡς ἀπανθ' ὄρων  
καὶ πάντ' ἀκλύων πάντ' ἀναπύσσει χρόνος.

Alius quidam ueterum poetarum, cuius nomen mihi nunc memoriæ non est: ueritatem temporis filiam esse dixit.

Faceta responsio M. Ciceronis amolientis a se crimen manifesti mendacij. Caput XII.

hæc quoq; disciplina rhetorica est: callide, & cum astu res criminosas citra periculum confiteri: ut si obiectum sit turpe aliquid: quod negari non queat: responsione ioculari eludas: & rem facias risu magis dignam, quam crimine. sicut fecisse Ciceronem scriptum est: cum id, quod inficiari non poterat: urbano, facetoq; dicto diluit. Nam cum emere uellet in palatio domum, & pecuniam in præsens non haberet: a P. Sulla, qui tum reus erat: mutua HS uicies tacite accepit. Ea res tamen prius q̄ emeret: prodita est, & in uulgus exiit.

A. GEL.

Etumq; ei est, quod pecuniam domus emendæ causa a reo accepisset. Tum Cicero inopinata opprobatione permotus accepisse se negavit: ac domum quoq; se empturum negavit. Atq; adeo inquit, uerum sit accepisse me pecuniam, si domum emero. Sed cum postea emisset: Et hoc mendacium in Senatu ei ab inimicis obijceretur: risit satis, atq; inter ridendum ἀποκρίντοι, inquit, homines estis, cum ignoratis: prudentis, Et cauti patrisfamilias esse, quod emere uelit: empturum se se negare propter competitores emptionis.

Intra Calendas cum dicitur, quid significet, Vtrū ante Calendas, an Calendis, an utrunq;. Atq; inibi quid sit in oratione M. Tullij, intra Oceanum, Et intra montem Taurum, Et in quadam epistola, intra modum. Caput XIII.

Um Romæ a' COSS. iudex extra ordinem datus, pronuntiare intra Calendas iussus essem: Apollinarem Sulpitium doctum hominem perconctatus sum, an his uerbis intra Calendas ipse quoq; Calendæ tenerentur. Dixi q; ei me uidelicet datum iudicem, Calendasq; mihi productas, ut intra eum diē pronuntiarem. Cur inquit, hoc me potius rogas quàm ex istis aliquem peritis, studiosisq; uiris: quos adhibere in consilium iudicaturi soletis? Tum illi ita ego respondi. Si aut de uetere inquam iure, aut recepto, aut controuerso, aut ambiguo, aut nouo, aut constituto discendum esset: issem plane sciscitatum ad istos, quos dicis. Sed cum uerborum latino-

rum sententia, usus, ratio exploranda sit seuus profecto, & cæcus animi forem: si cum haberem tui compiam: issem magis ad alium, quam ad te. Audi igitur inquit, de ratione uerbi quid existimem. Sed eo tamen pacto, ut id facias, non quod ego de proprietate differuero: sed quod in ea re omnium, plurimumue consensu obseruari cognoueris. Non enim uerborum tantum communium ueræ, atq; propriæ significationes longiore usu mutantur: sed legum quoq; ipsarum iussa consensu tacito obliterantur. Tum deinde differuit me, & plerisq; alijs audientibus, in hunc ferme modum. Cum dies inquit, ita præfinita est: ut iudex in Calen. pronuntiet: occupauit iam hæc omnes opinio: non esse dubium, quin ante Cal. iure pronuntietur. Et id tantum ambigi uideo, quod tu quaeris: an Cal. quoq; iure pronuntietur. Ipsum autem uerbum sic proculdubio natum est, atq; ita sese habet: ut cum dicatur intra Cal. non alius accipi dies debeat, quam solæ Cal. Nam tres istæ uoces, intra, citra, ultra, quibus certi locorum fines demonstrantur: singularibus apud ueteres syllabis appellabantur, in, cis, uls. Hæ deinde particulae, quoniam paruo, exiguoq; sonitu obscurius promebantur: addita est tribus omnibus eadem syllaba, & quod dicebatur, cis Tyberim, & uls Tyberim, dici coeptum est citra Tyberim, & ultra Tyberim. Item quæ erat in, accedente eadem syllaba, intra factum est. Sunt ergo hæc oia quasi contermina iunctis inter se finibus coherentia, intra oppidum, ultra oppidum, citra oppidum. ex quibus intra, in, sicuti dixi, significat. Nam qui dicit intra oppidum, intra cubiculum, intra

ferias, non dicit aliud, q̄ in oppido, in cubiculo, in ferijs. Intra Cal. igitur, non ante Cal. est: sed in Cal. idest eo ipso die, quo Cal. sunt. Itaq; secundum uerbi ipsius rationem qui iussus est, intra Cal. pronuntiare: nisi Cal. pronuntiet: contra iussum uocis facit. Nam si ante id fiat: non intra pronuntiat, sed citra. Nescio autem quo pacto recepta uulgo interpretatio est absurdissima: ut intra Cal. significare uideatur, etiam citra Calendas, & uel ante Calendas, nihil enī ferme interest. Atq; in super dubitatur, an Calendis quoq; pronuntiarī possit: quando neq; ultra, neq; citra, sed quod inter hæc medium est: intra Cal. idest Calendis pronuntiandum sit. Sed nimirum consuetudo uicit: quæ cum omnium domina rerum, tum maxime uerborum est. Ea omnia cum Apollinaris scite perquam, atq; enucleate disputauisset: tum ego hæc dixi. Cordi inquam mihi fuit, prius quã ad te irem: quærerere, explorareq; quonam modo ueteres nostri particula ista, qua de agitur, usi sint, atq; ita inuenimus Tullium in tertia in Verrem scripsisse. Est autem modo locus intra oceanum iam: nullus est neq; tam longinquus, neq; tam reconditus: quo non per hæc tempora nostrorum hominum libido, iniquitasq; peruasit. Intra oceanum dicit contra rationem tuã. Non enim uult (opinor) dicere in oceano. Terras. n. demonstrat omnes, quæ oceano ambiuntur: ad quas a nostris hominibus adiri potest: quæ sunt citra oceanum, non in oceano. Neq; n. uideri potest insulas significare nescio quas, quæ penitus esse intra æquora ipsa oceani dicuntur. Tunc Sulpitius Apollinaris  
renidens

renidens, non mehercule inargute inquit, nec incal-  
 lide opposuisti hoc Tullianum: sed Cicero intra ocea-  
 nū, non, ut tu interpretare: citra oceanū dixit. (Quid  
 enim potest dici citra oceanū esse, cum undiq; oceanus  
 circumscribat omnes terras, & ambiat? (Nā citra qđ  
 est: id extra est. Qui autem potest intra esse dici, quod  
 extra est? Sed si ex una tantum parte orbis oceanus  
 foret: citra oceanum esse dici potest, uel ante oceanum.  
 Cū uero omnes terras omnifariā, & undiq; uersum  
 circumfluat: nihil citra eum est: sed undarū illius am-  
 bitu terris omnibus conuallatis, in medio eius sunt  
 omnia, quæ intra oras eius inclusa sunt. Sicuti her-  
 cle Sol non citra cœlum uertitur: sed in cœlo, & in-  
 tra cœlum. Hæc tunc Apollinaris scite, acutēq; di-  
 cere uisus est. Sed postea in libro M. Tullij epistolarum  
 ad Ser. Sulpitium sic dictum esse inuenimus, intra  
 modum, ut intra Cal. dicunt, qui dicere Citra Calen-  
 das uolunt. Verba hæc Ciceronis sunt: quæ adposui.  
 » Sed tamen quoniam effugi eius occasionem, qui for-  
 » tasse arbitraretur, me hanc rem imperite non puta-  
 » re, si perpetuo tacerem, modice hoc faciam. Aut etiā  
 » intra modum, ut & illius uoluntati, & meis studijs  
 » seruiā. Modice dixerat hoc faciam. i. cum modo æquo,  
 & pari. Deinde quasi hoc displiceret, & corrigere id  
 uellet, addidit: Aut etiā intra modum. per quod mi-  
 nus sese ostendit id facturū esse: q̄ quod fieri modice  
 uideretur. i. non ad ipsum modum, sed retro paululū,  
 & citra modum. In oratione etiā quā pro. P. Sestio  
 scripsit: intra montem Taurum sic dicit, ut non signi-  
 ficet in monte Tauro: sed usq; ad montem Taurū cum

ipso monte. Verba sunt hæc ipsius M. Tullij ex ea,  
 » quam dixi oratione, Antiochum magnum illum ma-  
 » iores nostri magna belli contentione, terra, mariq; su-  
 » peratum, intra montem Taurū regnare iusserunt. A-  
 » siam, qua illum multarunt: Attalo, ut is in ea regna-  
 » ret: condonarunt. Intra montem inquit, Taurū regna-  
 re iusserunt: quod non perinde est, ut intra cubicu-  
 lum dicamus, nisi uideri potest id esse intra montem:  
 quod est intra regiones, quæ Tauri montis obiectu se-  
 parantur. Nam sicuti qui intra cubiculum est: is non  
 in cubiculi parietibus, sed intra parietes est: quibus cu-  
 biculum includitur: qui tamen ipsi quoq; parietes in cu-  
 biculo sunt: ita qui regnat intra montem Taurum,  
 non solum in monte Tauro regnat: sed in ijs etiā re-  
 gionibus, quæ Tauro monte cluduntur. Num igitur  
 secundum istam uerborum M. Tullij similitudinem,  
 qui iubetur intra Cal. pronuntiare, is & ante Calen-  
 das, & ipsis Calendis iure pronuntiare potest? Neque  
 id fit quasi priuilegio quodam insitæ consuetudinis:  
 sed certa rationis obseruatione, cum omne tempus, quod  
 Calendarum die includitur, intra Calendas esse re-  
 ète dicitur.

Saltem particula quam uim habeat, & quā ori-  
 ginem. Caput XIII.

Altem particula, quā haberet principalem  
 s significationem: quæq; uocis istius origo esset:  
 querebamus. Ita enim primitus factam esse  
 apparet: ut quæ uideatur, sicuti quædam supplemen-  
 ta orationis temere, & incondite adsumpta. Atq; erat  
 qui diceret legisse se in grāmaticis commentarijs P. Ni-

gidiū, saltem ex eo dictū, qđ esset, si aliter. Idq; ipsum  
 dici solitum per defectionem. Nā plenam esse senten-  
 tiam, si aliter non potest. Sed id nos in iisdem com-  
 mentarijs Nigidiū, cum eos non (opinor) incuriose le-  
 gissemus: nusquam inuenimus. Videntur autem uerba  
 ista, si aliter non potest, a significatione quidem uo-  
 culæ huius, de qua querimus: non abhorrere. Sed toe  
 uerba tamen in paucissimas literas cludere: improba  
 cuiusdam subtilitatis est. Fuit etiam qui diceret ho-  
 mo in libris, atq; in literis assiduus, Saltem sibi dictū  
 uideri, u, media litera extrita salutem enim ante di-  
 ctum, quod nos saltem diceremus. Nam cum alia que  
 dam petita, & non impetrata sunt: tum solentius in-  
 quit, quasi extremum aliquid petituri, quod negari  
 minime debeat, dicere, hoc saltem fieri, aut dari oportere,  
 tanq̄ salutem postremo petentes, quā & impetra-  
 ri certe, & obtineri sit æquissimū. Sed hoc itidem non  
 illepide quidem fictum, nimis tamen esse uidetur con-  
 uentitium. Censuimus igitur amplius querendum.

Quod Sisenna in libris historiariū ad uerbū huiusce  
 modi sæpenumero usus est, cælatim, uellicatim, saltua-  
 tim.

Caput XV.

Vm lectitaremus historiā Sisennæ adsiue:  
 c huiusmodi figuræ aduerbia in oratione  
 eius aī aduertimus, cuiusmodi sunt hæc, cur-  
 sim, properatim, cælatim, uellicatim, saltuatim. Ex qui-  
 bus duo prima, quia sunt notiora, exemplis non indi-  
 gebant. Reliqua in historiariū sexto sic scripta sunt.

» Quam maxime celatim poterat in insidijs suos dispo-  
 » nit. Item alio in loco. Nos una æstate in Asia, & Græ-  
 » cia literis gesta, idcirco continentia mandauimus, ne  
 » uellicatim, aut saltuatim scribendo, lectorum animos  
 » impediremus.

A V L I G E L L I N O C T I V M A T T I C A  
 R V M C O M M E N T A R I I .

L I B E R X I I I .

Inquisitio uerborum istorum M. Tullij curiosior, quæ  
 fuit in libro primo Antonianarū. Multa autem im-  
 pendere uidentur præter naturam etiam, præterq; fa-  
 tum, tractatumq; an idem duo ista significant fatum,  
 atq; naturam, an diuersum. Caput I.

Cicero in primo Antonianarū ita scri-  
 » ptum reliquit: Hunc igitur ut seque-  
 » M. rer properaui: quem præsentem non  
 » sunt secuti. Non ut proficerem aliqd  
 » (neq; enim sperabam id, nec præ-  
 » stare poteram) sed, ut siqd mihi humanitus accidisset  
 » (multa autem impendere uidentur, præter naturam  
 » etiam, præterq; fatum) huius diei uocem, testem Reip.  
 » relinquerem, meæ perpetuæ erga se uoluntatis. Præ-  
 » ter naturam inquit, præterq; fatum. An utrunq; idem  
 » ualere uoluerit, Fatum, Atq; naturam? Et duas res,  
 » ἀντὶ ἐνός ὑποκειμένων περὶ μέρους, καὶ φύσιν, An ue-  
 » ro diuiserit, separaritq; ut alios casus natura ferre uis-



deatur, alios fatum: considerandum equidem puto. Atque id maxime requirendum, qua ratione dixerit, accidere multa humanitus posse præter fatum: quando sic ratio, et ordo, et insuperabilis quaedam necessitas fati constituitur, ut omnia intra fatum claudenda sint. nisi illud sane Homeri secutus est.

μη κῆρ ὑπὲρ μοῖραν δόμον αἰδός εἰσαρίηται.

Nihil autem dubium est, quin uiolentam, et inopinatam mortem significauerit: quæ quidem potest recte uideri accidere, præter naturam. Sed cur id quoque genus mortis extra fatum posuerit: neque operis huius est explorare, neque temporis. Illud tamen non prætermittendum est: quod Virg. quoque id ipsum, quod Cicero de fato, opinatus est: cum hoc in quarto libro dixit de Elisa: quæ mortem per uim potita est.

✱ Nam quia nec fato, merita nec morte peribat.

Tanquam in faciendo fine uitæ, quæ uiolenta sunt: non uideantur e' fato uenire. Demosthenes autem uiri prudentia pari, atque facundia præditi, uerba idem ferre significantia de natura, atque fato M. Cic. secutus uideatur. Ita enim scriptum est in oratione illa egregia, cui titulus est περὶ σεφάνου, ὁ μὲν τοῖς γοναῶσι νομίζων μόνον γεννηθῆσαι τὸν τῆς εἰμαρμένης κῆρ τὸν αὐτόματον, θάνατον περιμένει. ὁ δὲ κῆρ τῆ παροῦσι ὑπὲρ τῆ μὴ ταύτην ἐπιθεῖν δαλῶσαν. ἀπὸ θνήσκειν ἐβλήσει. Quod Cicero fatum, atque naturam uideatur dixisse, id multo ante Demosthenes τὴν πεπωμένην κῆρ τὸν αὐτόματον θάνατον appellauit. αὐτόματος enim θάνατος quasi naturalis, et fatalis, nulla extrinsecus ui coactus uenit.

Super poetarum Pacuuij, & Accij colloquio fami-  
liari in oppido Tarentino.

Caput II.

Vibus otium, & studium fuit uitas, atq;  
q etates doctorum hominum querere, ac me-  
morie tradere: de M. Pacuio, & L. Accio  
tragicis poetis historiam scripserunt huiusmodi.  
Cum Pacuuius inquit, grandi iam etate, & diu-  
tino corporis morbo adfectus, Tarentum ex urbe Ro-  
ma concessisset: Accius tunc haud paruo iunior profi-  
ciscens in Asiam, cum in oppidum uenisset: diuertit  
ad Pacuuium, comiterq; inuitatus, plusculisq; ab eo  
diebus retentus, tragoediam suam, cui Atreus no-  
men est: desyderanti legit. Tum Pacuuium dixisse au-  
diunt, sonora quidem esse, quae scripsisset, & gran-  
dia: sed uideri ea tamen sibi duriora paulum, & a-  
cerbiora. Ita est inquit Accius, uti dicis. Neq; id sa-  
ne me poenitet. Meliora enim fore spero, quae deinceps  
scribam. Nam quod in pomis est, itidem inquit, esse  
audiunt in ingenijs. quae dura, & acerba nascuntur post  
fiunt mitia, & iucunda. Sed quae gignuntur statim  
uieta, & mollia, atq; in principio sunt uiuida: non  
matura mox fiunt, sed putria. Relinquendum igitur  
uisum est in ingenio, quod dies, atq; etas mitificet.

An uocabula haec, necessitudo, & necessitas, disse-  
renti significatione sint.

Caput III.

Isu prorsus, atq; ludo res digna est: cum ple-  
 riq; grammaticorum adseuerant, necessitu-  
 dinem, & necessitatem, mutare longe, dif-  
 ferre q; . Ideo quod necessitas sit uis quæpiam pre-  
 mens, & cogens: Necessitudo autem dicatur ius quod-  
 dam & uinculum religiosæ coniunctionis. Idq; u-  
 num solitarium significet. Sicut autem nihil quic-  
 quam interest, suauitudo dicatur, an suauitas, sanctitu-  
 do, an sanctitas, acerbitude, an acerbitas, acritudo,  
 an quod Acius in Neoptolemo scripsit, acritas: ita ni-  
 hil rationis dici potest: quin necessitudo, & necessitas  
 separentur. Itaq; in libris ueterum uulgo reperias  
 necessitudinem dici pro eo, quod necessum est. Sed neces-  
 sitas sane pro iure, officioq; obseruantia, adfinitatis  
 ue infrequens est. Quæquam qui ob hoc ipsum ius  
 adfinitatis, familiaritatis ue coniuncti sunt: necessa-  
 rij dicuntur. Reperi tamen in oratione. C. Cæsaris,  
 qua plautiam rogationem suasit: necessitatem dictam  
 pro necessitudine, idest iure adfinitatis. Verba hæc  
 sunt. Equidem mihi uideor pro nostra necessitate,  
 non labore, non opera, non industria defuisse. Hoc  
 ego scripsi de utriusq; uocabuli indifferentia, admo-  
 nitus forte uerbi istius, cum legerem Sempronij Ase-  
 lionis ueteris scriptoris quartum ex historia librum,  
 in quo de P. Africano Pauli filio ita scriptum est.  
 Nam se patrem suum audisse dicere L. Aemilium  
 Paulum, nimis bonum imperatorem signis collatis  
 decertare, nisi summa necessitudo, aut summa ei oc-  
 casio data esset.

Olympiadis Alexandri matris, comitis ac prudens  
ad filium rescriptio. Caput IIII.

N plerisque monumentis rerum ab Alexan-  
dro gestarum, & pauloante in libro M.  
Varronis, qui inscriptus est Orestes, uel de  
insania, Olympiadem philippi uxorem festuissime re-  
scripsisse legimus Alexandro filio. Nā cum is ad ma-  
trem ita scripsisset: Rex Alexander Iouis Hammo-  
nis filius Olympiadi matri salutem dicit. Olympias  
ei rescripsit ad hanc sententiam. Amabo inquit, mā  
fili quiescas: neq; deferas me, neq; criminere aduer-  
sum Iunonem. Malum mihi prorsum illa magnum  
dabit: cum tu me literis tuis pellicem illi esse confite-  
ris. Ea mulieris scite, atq; prudentis erga ferocem fi-  
lium comitas sensim, & comiter admonuisse eum ui-  
sa est: deponendam esse opinionem uanam, quā ille in-  
gentibus uictorijs, & adulantium blandimentis, &  
rebus supra fidem prosperis imbiberat: genitum esse  
se se de Ioue.

De Aristotele, Theophrasto, & Menedemo philo-  
sophis, deq; eleganti uerecundia Aristotelis successo-  
rem diatribæ suæ eligentis. Caput V.

Aristoteles philosophus annos iam fere na-  
tus duo & sexaginta, corpore egro, adfe-  
ctoq; ac spe, uitaq; tenui fuit. Tunc omnis  
eius sectatorum cohors ad eum accedit, orantes, obse-  
crantesq; ut ipse deligeret loci sui, & magistris suc-  
cessorem.

cessorem quo post summum eius diem perinde ut ipso  
 interentur ad studia doctrinarum complenda excolen-  
 daq; quibus ab eo imbuti fuissent. Erant tunc in eius  
 ludo boni multi: sed præcipui duo Theophrastus, &  
 Menedemus, ingenio ij, atq; doctrinis ceteros præsta-  
 bant. Alter ex insula Lesbo fuit: Menedemus autem  
 Rhodo. Aristoteles respondit facturum esse quod uel-  
 lent: cum id sibi foret tempestuum. Postea breui tem-  
 pore, cum ijdem illi, qui de magistro destinando pe-  
 tierant: presentes essent: uinum ait, quod tum biberet,  
 non esse id ex ualetudine sua, sed insalubre esse, atq;  
 asperum, ac propterea quæri debere exoticum, uel  
 Rhodium aliquod, uel Lesbium. Id sibi utrunq; ut  
 curarent, petiuit. Vtrumq; eo dixit, quod sese magis  
 iunisset. Eunt. curant. inueniunt. adferunt. Tum Ari-  
 stoteles Rhodium petit, degustat. Firmum inquit, her-  
 cle uinum, & iucundum. Petit mox Lesbium, quo  
 item degustato, utrunq; inquit, oppido bonum: sed  
 ἡδίστων ἔστιν ἰσθμίου. Id ubi dixit: nemini fuit dubium,  
 quin lepide simul, & uerecunde, successorem illa uo-  
 ce sibi, non uinum delegisset. Is erat e' Lesbo Theo-  
 phrastus, homo suauitate insigni, linguæ pariter, atq;  
 uitæ. Itaq; non diu post Aristotele uita defuncto ad  
 Theophrastum omnes concesserunt.

Quid ueteres latini dixerunt, quas græci πο-  
 τώδιαι appellat. Et item quod uocabulum barba-  
 rismi non usurpauerint neq; Romani antiquiores,  
 neq; Attici.

Caput VI.

7

A. GEL.

q *Vas graeci προσωδίας dicunt: eas uete-  
res docti, tum notas uocum, tum moderamē  
ta, tum accentuumculas, tum uoculationes ap=  
pellabant. Quod nunc autem barbare quē  
loqui dicimus: id uitium sermonis, non barbarum es=  
se, sed rusticum, Et cum eo uitio loquentes, rustice lo=  
qui distabant. P. Nigidius in commentarijs gram=  
maticis, Rusticus fit sermo inquit, si adspires perpe=  
ram. Itaq; id uocabulum, quod dicitur uulgo barba=  
risimus, qui ante diui Augusti aetatem pure, atq; inte=  
gre locuti sunt: an dixerint, non dum equidem in=  
ueni.*

*Diuersum de natura leonum dixisse Homerum in  
carminibus, Et Herodotum in historijs.*

Capit VII.

I *Eænas inter omnem uitam semel parere,  
eoq; uno partu nunquam edere plures, quā  
unum Herodotus in tertia historia scriptum  
reliquit. Verba ex eo libro hæc sunt.*

*ἡ δὲ λέαινα, ἰὸν ἰχυρότατον καὶ θρασύτατον, ἀπαξ ἐν  
τῷ βίῳ τίπτει. ἐντίκτασα γὰρ συνεβάλλει τῷ τέλει  
τὰς μήτρας. τὸ δὲ αἴτιον τούτου τοῦτ' ἐστίν, ἕπει' ἂν ὁ  
σύντροφος ἐν τῇ μήτρῃ ἐὼν ἀρχεται διακινούμενος ὁ  
δὲ ἔχων ὄνυχας θηρίων πολλὸν πάντων ὀξύτατους, ἀ=  
μύσει τὰς μήτρας. αὐξανόμενος δὲ πολλῶ μᾶλλον  
ἐξικνέεται καταγράφων πέλας τε δὴ ὁ τόμος ἐστίν, καὶ  
τὸ παράπαν λείπεται αὐτέων ὕγιες ὀδόν.*

*Homerus autem leones (sic enim foeminas quoq; ui=  
rili genere appellat,) quod grammatici ἐπίκοινον  
uocant, plures gignere, atq; educare catulos dicit.*

Versus

Verfus, quibus hoc aperte demonstrat: hi sunt.

εἰσὴκει ὡς τίς τε λέων περὶ οἷσι τέκεαιιν  
ὠράτε νηπιχόντι. συναντήσονται ἐν ὕλῃ  
ἄνδρες ἱπαικτῆρες.

Item alio in loco idem significat.

πυκνὰ μάλα πνάχων ὡς τε λῖς ἠυγένειος  
ὦ ράδ' ὑπὸ σπύμνους ἐλαρήβολος ἀρπασεν ἀνὴρ  
ὕλης ἐκ πυκινῆς. ὁ δὲ τ' ἀχνηται ὑπὸς ἐλθῶν  
πολλὰ δὲ τ' ἄγκ' ἐπῆλθε μετ' ἀνέρος ἰχνί ἐρουνῶν  
εἶποθεν ἐξέσροι μάλα γὰρ δοιμὸς χόλος ἀρει.

Et nos dissensio, atq; diuersitas cum agitaret inclu-  
tissimi poetarum, et historicorum nobilissimi: pla-  
cuit libros Aristotelis philosophi inspicere: quos de ani-  
malibus exquisitissime composuit. in quibus quod su-  
per ista re scriptum inueniremus: cum ipsius Aristo-  
telis uerbis in his commentarijs scriberemus. Verba  
Aristo. hæc sunt ex lib. de historia animalium. VI.

λέων δὲ ὅτι μὲν ὀχούει ὀπιθεν καὶ ἐστὶν ὀπιθρητι-  
κόν. εἴρηται πρότερον, ὀχούει δὲ καὶ τίηται οὐ πᾶσαν  
ὠραν, καθ' ἑκάστην μὲν τοι ἐνιαυτὸν τίηται μὲν ὄω τῆ  
ἔαρος, τίηται δ' ὡς ἐπιτοπολὺ θύω. τὰ μὲν τοι πλεῖστα  
ἐξ. τίηται δ' ἐνίστε καὶ ἐν. ὁ δὲ λεχθεὶς μῦθος περὶ τῆ  
ἐμβάλλειν τὰς ὑσέρας τίητοντα, λιρῶδης ἐστὶν. συνετέ-  
θη δὲ ἐκ τοῦ σπανίου εἶναι τοὺς λέοντας ἀποροῦντος  
τὴν αἰτίαν τοῦ τὸν μῦθον συνθέντος. σπάνιον γὰρ τὸ  
γένος τὸ πᾶν λέόντων. καὶ οὐκ ἐν πολλῷ γίνεται τό-  
πω. ἀλλὰ τῆς ἀρώπης ἀπάσης ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ ἀ-  
χελῶος καὶ τοῦ νέου ποταμῶν. τίηται δὲ καὶ ὁ λέων  
πάνυ μικρὰ ἔπος. ὡς τε δὲ μιννα ὄντα μόλις βαδί-  
ζειν, οἷδ' ἐν συρίᾳ λέοντες τίητασι πεντάκτισ. τοπρῶτεν

A. GEL.

πέντε· εἶτα αἰεὶ ἐλάττωα· μετὰ δὲ ταῦτα ὑπέτι ὑδὲν  
τίκτευσιν· ἀλλ' ἄλλοι διατελοῦσιν· οὐκ ἔχει δὲ ἡ λέαινα  
χαίτην ἀλλ' ὁ ἄρρην λέων· βάλλει δὲ ὁ λέων τοὺς κυνώ-  
δοντας καλυμένους τέπαρας μόνους· δύο καὶ ἄνωθεν,  
δύο δὲ κάτωθεν· βάλλει δὲ ἐξάμνηος ὦν τὴν ἡλικίαν·

Quod Afranius poeta prudenter, & lepide sapien-  
tiam filiam esse usus, & memoriae dixit.

Caput VIII.

*m* Axime hoc, atq; uerissime Afranius poeta  
de gignenda, comparandaq; sapientia opi-  
natus est, quod eam filiam esse usus, & me-  
morie dixit. Eo nanq; argumento demonstrat: qui sa-  
piens esse rerum humanarum uelit: non libris solis,  
neq; disciplinis rhetoricis, dialecticisq; opus esse: sed o-  
portere eum uersari quoq; exerceriq; in rebus cōmi-  
nis noscendis, periclitandisq;. eaq; omnia acta, &  
euenta firmiter meminisse: & proinde sapere, ac con-  
sulere ex ijs, quæ pericula ipsa rerum docuerunt. nō  
quæ libri tantum, aut magistri, per quasdam inani-  
tates uerborum, & imaginū, tanquam in mimo, aut  
in somnio delectauerint. uersus Afraniij sunt in to-  
gata, cui Sellæ nomen est.

» Usus me genuit, mater peperit Memoria.

» σοφίαν ἠοκάει με Γραί, υος sapientiam.

Item uersus est in eadem ferme sententia Pacuij,  
quem Macedo philosophus uir bonus familiaris me-  
us scribi debere censebat pro foribus omnium tem-  
plorum.

Ego



» Ego odi homines ignaua opa, & philosopha sententia.  
 Nihil enim fieri posse indignius, neq; intolerantius  
 dicebat, q̄ qđ homines ignaui, ac desides, operti bar-  
 ba, & pallio, mores & emolumenta philosophiæ, in  
 linguæ, uerborumq; artes conuertrent: & uitia faci-  
 dissime accusarent, intercibus ipsi uitijs madentes.

Quid Tullius Tiro in commentarijs scripserit de  
 suculis, & hyadibus, quæ sunt stellarum uocabula.

Caput IX.

» Ullius Tiro M. Ciceronis alumnus, & liber-  
 tus, adiutorq; in literis studiorum eius fuit.

Is libros complures de usu, atq; ratione lin-  
 guæ latinæ, Item de uarijs, atq; promiscuis quæstio-  
 nibus composuit. In ijs esse præcipui uidentur, quos  
 græco titulo πανδέκτας libros inscripsit, tanquam  
 omne rerum, atq; doctrinarum genus continentis.  
 » ibi de ijs stellis, quæ appellantur suculæ, hoc scriptũ  
 » est. A deo inquit ueteres Romani literas græcis nesci-  
 » uerunt: & rudes græcæ linguæ fuerunt: ut stellas, quæ  
 » in capite Tauri sunt: propterea suculas appellarint:  
 » quod eas ὑάδας græci uocant. tanquam id uerbum  
 » latinum græci uerbi interpretamentum sit: quia græ-  
 » ce ὑες sues latine dicuntur. Sed ὑάδας in-  
 » quit, οὐκ ἀπὸ τῶν ὑῶν, ita ut nostri opici  
 » putauerunt: sed ab eo, quod est ὑεῖν, appellan-  
 » tur. Nam & cum oriuntur: & cum occidunt, tem-  
 » pestates, pluias, largosq; imbres cient. Pluere au-  
 » tem græcæ linguæ ὑεῖν dicitur. Hæc quidem Tiro  
 » in Pandectis. Sed enim ueteres nostri, nõ usq; eo opici

A. GEL:

Et agrestes fuerunt, ut stellas hyadas idcirco succu-  
 las nominarent, quod uis latine sues dicantur, sed  
 ut quod graeci ὑπὲρ, nos super dicimus: quod illi  
 ὑμῖος, nos supinus: quod ὑποβόος, nos subculus:  
 quod item illi ὑπνος nos primo sypnus, deinde per  
 γ. graece, latineq; o, literae cognationem, somnus. Sic  
 quod ab illis ὑάδης à nobis primo syades, deinde  
 succulae appellatae. Stellae autem istae non in capite Tau-  
 ri sunt: ut Tiro dicit (Nullum enim uidetur praeter eas  
 stellas Tauri caput) sed cae ita circulo, qui Zodiacus  
 dicitur sitae, locatae q; sunt, ut ex earum positu species  
 quaedam, et simulachrum esse uideatur Tauri ca-  
 pitis, sicuti caeterae partes, et reliqua imago Tauri co-  
 formata, et quasi depicta est locis, regionibusq; ea-  
 rum stellarum, quas graeci μετὰδης nos uergilias  
 uocamus.

Quid sororis et tuum dixerit Labeo Antistius,  
 et quid fratris Nigridius.

Caput X.

Labeo Antistius iuris quidem civilis disci-  
 plinam principali studio exercuit: et con-  
 sulentibus de iure publice responsitauit.  
 caeterarum quoque bonarum artium non  
 expers fuit. Et in grammaticam sese, atque diale-  
 cticam, literasq; antiquiores, altioresq; penetra-  
 uerat. Latinarumq; uocum origines, rationesq; per-  
 calluerat. Ea q; praecipue scientia ad enodandos ple-  
 rosque iuris laqueos utebatur. Sunt adco libri post  
 mortem

mortem eius editi, qui posteriores inscribuntur. Quorum librorum tres continui tricesimus octavus tricesimus nonus, & quadragesimus pleni sunt id genus rerum ad enarrandam, & illustrandam linguam latinam conducentium. Præterea in libris, quos ad PRAET. edictum scripsit: multa posuit partim lepide, atque argute reperta: sicuti hoc est, quod in quarto, ad edictum libro scriptum legimus. Soror inquit appellata est, quod quasi seorsum nascitur, separaturque ab ea domo, in qua nata est: & in aliam familiam transgreditur. Fratris autem uocabulum P. Nigridius homo impense doctus non minus arguto, subtilique ἑτερομῶς interpretatur, frater inquit, est dictus, quasi fere alter.

Quem M. Varro iustum, aptumque esse numerum conuiuarum existimavit. Ac de mensis secundis, & de bellarijs. Caput XI.

Epidissimus liber est M. Varronis ex satyris menippæis, qui inscribitur, Nescis quid uesper serus uehat. In quo differt de apto conuiuarum numero, deque ipsius conuiuij habitu, cultuque. Dicit autem conuiuarum numerum incipere oportere à gratiarum numero, & progredi ad musarum, id est proficisci à tribus, & consistere in nouem ut cum paucissimi conuiuæ sunt: non pauciores sine, quam tres: cum plurimi, non plures quam nouem. Nam multos inquit, esse non conuenit, quod turba plerumque est turbulenta. Et Romæ quidem cō-

fiat, sed & Athenis. nusquam autem plures cubabāt.  
 Ipsum deinde conuiuū constat inquit, ex rebus qua-  
 tuor: & tum deniq; omnibus suis numeris absolutum  
 est: si belli hominū collecti sunt: si lectus locus: si  
 tempus lectum: si apparatus non neglectus. Nec lo-  
 quaces autem inquit, conuiuas, nec multos legere oportet.  
 Quia eloquentia in foro, & apud subsellia: si-  
 lentium uero non in conuiuio, sed in cubiculo esse de-  
 bet. Sermones igitur id temporis habendos censet, non  
 super rebus anxij, aut tortuosis: sed iucundos, atq; in-  
 uitabiles, & cum quadam illecebra, & uoluptate uti-  
 les: ex quibus ingenium nostrorum uenustus fiat, &  
 amoenius. Quod profecto inquit, eueniet: si de id ge-  
 nus rebus ad communem uitæ usum pertinentibus  
 confabulemur: de quibus in foro, atq; in negotijs agen-  
 dis loqui non est otium. Domum autem inquit, con-  
 uiuij esse oportet non tam lautum, q̄ sine sordibus.  
 Et in conuiuio legi non omnia debent: sed ea potissi-  
 mum, quæ simul sint βιωφιλή, & delectent. Neq; non  
 de secundis quoq; mensis cuiusmodi esse eas oporteat:  
 » præcipit. His enim uerbis utitur, Bellaria inquit, ea  
 » maxime sunt mellita: quæ mellita non sunt. πέρυ-  
 » μασι enim cum πέρυσι societas infida. Quod Var-  
 » ro in hoc loco dixit bellaria: nequis forte in ista uo-  
 » ce hæreat: significat id uocabulum omne mense se-  
 » cundæ genus. Nam quæ πέρυματα græci, aut πέρυ-  
 » ματα dixerunt: ea ueteres nostri bellaria appellaue-  
 » runt. Vina quoq; dulciora est inuenire in comædijs  
 » antiquioribus hoc nomine appellata, dictaq; esse ea  
 » Liberi Bellaria.

Tribunos

Tribunos plebis prehensionem habere, uocationem non habere. Caput XII.

In quadam epistola Attei Capitonis scriptum legimus Labeonem Antistium legum, atq; morum Po. Ro. iurisq; civilis doctum apprime fuisse. Sed agitabat inquit hominem libertas quaedam nimia, atq; uecors usq; eo, ut D. Augusto iam principe, & comp. obtinente ratum tamen, pensumq; nihil haberet: nisi quod iustum, sanctumq; esse in Romanis antiquitatibus legisset. ac deinde narrat quid idem Labeo per uiatorem a Tri. pleb. uocatus responderit. cum a muliere inquit, quadam Tri. PLE. aduersum eum aditi Gellianum ad eum misissent: ut ueniret: & mulieri responderet: iussit eum, qui missus erat: redire: & Tribunis dicere ius eos non habere, neq; se, neq; alium quenquam uocandi: cum moribus maiorum Tri. PLE. prehensionem haberent: uocationem non haberent. Posse igitur eos uenire, & prehendi se iubere: sed uocandi absentem ius non habere. Cum hoc in ea Capitonis epistola sublegissemus: id ipsum postea in M. Varronis rerum humanarum uno, & uicesimo libro enarratius scriptum inuenimus. Verbaq; ipsa super ea re Varronis adscripsimus. In magistratu inquit, habent alij uocationem, alij prehensionem, alij neutrum. Uocationem ut COSS. & ceteri, qui habent imperium. Prehensionem, ut TRI. PLE. & alij, habent uiatore. Neq; uocatione, neq; prehensionem, ut QVEST. & ceteri, qui neq; licetorem habent, neque uiatorem. Qui uocationem habent, uidem prehendere, tenere, abducere possunt, &

» hæc omnia, siue adsunt quos uocant: siue acciri iuss-  
 » serunt TRI. PL. uocationem habent nullam. Neque  
 » minus multi imperiti perinde, atque haberent, ea  
 » sunt usi. Nam quidam non modo priuatum, sed eti-  
 » am COS. in rostra uocari iusserunt. Ego III Vir  
 » uocatus a Portio TRI. PLE. non iui, authoribus prin-  
 » cipibus, & uetus ius tenui. Item tribunus cum essem,  
 » uocari neminem iussi: neque uocatum a collega parē-  
 » re inuitum. Huius ego iuris, quod M. Varro tradit:  
 Labconem arbitror uana tunc fiducia, cum priuatus  
 esset: uocatum a TRI. non esse. Quæ, malum, autem  
 ratio fuit uocantibus nolle obsequi: quos confiteare  
 ius habereprehendendi? Nam qui iureprehendi: is  
 etiam in uincula duci potest. sed querentibus nobis  
 quam ob causam TRI. qui haberent summam coer-  
 cendi potestatem, ius uocandi non habuerint: illud  
 occurrit, quod TRI. PL. antiquitus creati uidentur: nõ  
 iuri dicundo, nec causis, querelisq; de absentibus  
 noscendis: sed intercessionibus faciendis: quibus præ-  
 sentes fuissent: ut iniuria, quæ coram fieret: arce-  
 tur. Ac propterea ius ad se uocandi ademptum: quo-  
 niam ut uim fieri uetarent: assiduitate coru, & præ-  
 sentium oculis opus erat.

Quod in libris humanarum M. Varronis scri-  
 ptum est, ædiles & QVAEST. PO. RO. in ius, a priuato  
 ad prætorem uocari posse.

Um ex angulis, secretisq; librorum, ac magistrorum in medium iam hominum, & in lucem fori prodissim: quæsitum esse me-  
mini in plerisq; Romæ stationibus ius publice docen-  
tium, aut respondentium, an QVAEST. Po. Roma. ad  
PRAET. in ius uocari posset. Id autem non ex otio-  
sa questione agitabatur: sed usus forte natæ rei ita  
erat, ut uocandus esset in ius QVAEST. Non pau-  
ci igitur existimabant, ius uocationis in eum Præ-  
tori non esse: cum magistratus Po. Ro. proculdubio  
esset. Et neque uocari, neque, si uenire nollet: capi,  
atque prehendi, salua ipsius magistratus maiestate  
posse. sed ego, qui tum assiduus in libris M. Var-  
ronis fui: cum hoc queri, dubitariq; animaduertis-  
sem: protuli unum & uicesimum rerum humana-  
rum, in quo ita scriptum fuit. Qui potestatem ne-  
que uocationis populi uiritim habent, neque prehensio-  
nis: eos magistratus à privato in ius quoq; uoca-  
ri est potestas. M. Leninius ædilis curulis à priva-  
to ad prætorem in ius est eductus. Nunc stipen-  
di seruis publicis non modo prehendi non possunt:  
sed etiam ultro summonent populum. Hoc Var-  
ro in ea libri parte de ædilibus. Supra autem in eo-  
dem libro. QVAEST. neque uocationem habere,  
neque prehensionem dicit. Vtraq; igitur libri par-  
te recitata in Varronis omnes sententiam concesserunt: quæstor'que in ius ad PRAET. uocatus est.

Verba ex libro Messalæ auguris, quibus docet qui sint minores magistratus, & Consulem, Prætoresq; collegas esse, & quedã alia de auspicijs. Cap. XIII.

Pomoerium quid esset augures Popu. Ro. qui  
 libros de auspicijs scripserunt: istiusmodi sen-  
 tentia definierunt. Pomoerium est locus in-  
 tra agrum effatum, per totius urbis circuitum pone-  
 muros regionibus certis determinatus: qui facit finem  
 urbani auspicij. Antiquissimum autẽ pomœrium, qđ  
 ab Romulo institutum est: palatij montis radicibus  
 terminabatur. Sed id pomœrium pro incrementis  
 REIP. aliquoties prolatum est, & multos, editosq; col-  
 les circumplexum est. Habebat autem ius proferen-  
 di pomœrij, qui Po. Ro. agro de hostibus capto auxe-  
 rat. Propterea quæsitum est, ac nunc etiam in quæ-  
 stione est: quam ob causam ex septem urbis montibus,  
 cum cæteri sex intra pomœrium sint, Aventinus so-  
 lus, quæ pars non longinqua, nec infrequens est: ex-  
 tra pomœriũ sit. Neq; id Ser. Tullius rex, neq; Sulla,  
 qui proferendi pomœrij titulum quæsit: neq; postea  
 D. Iulius, cum pomœrium proferret: intra effatos ur-  
 bis fines incluserint. Huius rei Messala aliquot cau-  
 sas uideri scripsit. Sed præter eas omnes ipse unam  
 probat: quod in eo monte Remus urbis condendæ gra-  
 tia auspiciatus: auesq; irritas habuerit, superatusq;  
 in auspicio à Romulo sit. Idcirco inquit, omnes, qui  
 pomœrium protulerunt: montem istum excluserunt,  
 quasi auibus obscœnis ominosum. Sed de Aventino  
 monte prætermittendum non putavi: quod non pri-



dem ego in Elidis grammatici ueteris commentario of-  
fendi: in quo scriptum erat, Auentinū antea, sicuti di-  
ximus, extra pomerium exclusum. Post auctore D.  
CLAV. receptum, & intra pomerij fines obseruatū.  
In edicto COSS. quo edicunt: quis dies comitijs cen-  
turiatis futurus sit: scribitur. Ex uetere forma perpe-  
tua nequis magistratus minor de caelo seruasse uelit.  
Quæri igitur solet, qui sint magistratus minores. Su-  
per hac re meis uerbis nil opus fuit: quoniam liber M.  
Messalæ auguris de auspicijs primus, cum hoc scribe-  
remus: forte adfuit: propterea ex eo libro uerba ipsi-  
us Messalæ subscripsimus. Patriciorum auspicia in du-  
as sunt potestates diuisa. Maxima sunt COSS. PRAE-  
TO. CENS. Neq; tamen eorum omnium inter se eadē,  
aut eiusdē potestatis, ideo qđ collegæ non sunt CENS.  
COSS. aut PRAET. PRAE. COSS. sunt. Ideo neq;  
COSS. aut PRAET. CENS. neq; CENS. COSS. aut  
PRAET. turbant, aut retinent auspicia. At CENS. in-  
ter se. rursum PRAET. COSS. que inter se & uitiant,  
& obtinent. PRAET. & si collegæ COS. est, neq;  
PRAET. neq; COS. iure rogare potest: ut quidem nos  
a superioribus accepimus, aut ante hæc tempora ser-  
uatum est. Et ut in cōmentario. XIII. C. Tuditani pa-  
tet, quia imperiū minus PRAET. maius habet COS.  
& a minore iperio maius, aut a maiore collega roga-  
re iure non potest. Nos his temporibus PRAET. præ-  
tore creante ueterum auctoritatem sumus secuti: neq;  
his comitijs in auspicio fuimus. CENS. æque non eodē  
rogantur auspicio, atq; COSS. & PRAET. Reliquo-  
rum magistratuum minora sunt auspicia. Ideo illi

» minores, hi maiores magistratus appellantur. Minora  
 » ribus creandis magistratibus Tributis comitijs magis-  
 » stratus: sed iustus curiata datur lege. Maiores centu-  
 » riatis comitijs fiunt. Ex his omnibus uerbis Messalæ  
 » manifestum fit, & qui sine magistratus minores, &  
 » quamobrem minores appellentur. Sed & collegam  
 » esse PRAET. COS. docet: quod eodem auspicio crean-  
 » tur. Maiora autem dicuntur auspicia habere, quia eo-  
 » rum auspicia magis rata sunt, quã aliorum.

Item uerba eiusdem Messalæ differentis, aliud  
 esse ad populum loqui, aliud cum populo agere: &  
 qui magistratus a quibus auocent comitiatum, eiusdē  
 capituli XIII portio. Caput XV.

Dem Messalæ in eodem libro de minoribus  
 » i magistratibus ita scribit. COS. ab oibus  
 » magistratibus, & comitiatum, & concio-  
 » nem auocare potest. PRAET. & comitiatum, & con-  
 » cionem usquequaq; auocare potest, nisi a COS. Mino-  
 » res magistratus nusquam nec comitiatum, nec concio-  
 » nem auocare possunt, ea re, qui eorum primus uocat  
 » ad comitiatum, is recte agit: quia bifariam cum po-  
 » pulo agi non potest. Nec auocare alius alij possit: si  
 » concionem habere uolunt: uti ne cum populo agant:  
 » quamuis multi magistratus simul concionem habere  
 » possunt. Ex his uerbis Messalæ manifestum est, aliud  
 » esse cum populo agere, aliud concionem habere. Nam  
 » cum populo agere, est rogare quid populum, qđ suf-  
 » fragijs suis aut inbeat, aut uetet. Concionem au-

tem habere, est uerba facere ad populum sine ulla rogatione.

Humanitatem non id significare, quod uulgus putat: sed eo uocabulo qui sinceriter locuti sunt, magis proprie esse usos. Caput XVI.

Vi uerba latina fecerunt: quiq; ijs probe  
 q. usi sunt: humanitatem non id esse uoluerunt,  
 quod uulgus existimat: quodq; a graecis  
 φιλανθρωπία dicitur: & si significat dexteritatem  
 quandam, beneuolentiamq; erga omnes homines pro  
 misuam: sed humanitatem appellauerunt id prope  
 modum, quod graeci παιδεία uocant: nos erudi  
 tionem, institutionemq; in bonas artes dicimus: quas  
 qui sinceriter cupiunt, adpetuntq; ijs sunt uel maxi  
 me humanissimi. Huius enim scientiae cura, & di  
 sciplina ex uniuersis animantibus, uni homini data  
 est. Idcircoq; humanitas appellata est. Sic igitur eo  
 uerbo ueteres esse usos, & cum primis M. Varronem,  
 M. q; Tullium omnes ferme libri declarant. Quam  
 obrem satis habui unum interim exemplum prome  
 re. Itaq; uerba posui Varronis, e libro rerum huma  
 narum primo, cuius principium hoc est, Praxiteles;  
 qui propter artificium egregium, nemini est paulum  
 modo humaniori ignotus. Humaniori inquit, non ita,  
 ut uulgo dicitur, facili, & tractabili, & beneuolo,  
 tametsi rudis literarum sit (hoc enim cum sententia  
 nequaquam conuenit) sed eruditiori, doctiori q; , qui  
 Praxitelem, quid fuerit, & ex libris, & ex histo  
 ria cognouerit.

Quid apud M. Catonem significant uerba hæc,  
inter os, atq; offam. Caput XVII.

Ratio est M. Catonis Censorij, de ædil. uitio  
creatis: ex ea oratione uerba hæc sunt. Nunc  
ita aiunt in segetibus, & in herbis bona fru-  
menta esse. Nolite ibi nimiam spem habere. Sæpe au-  
diui inter os, atq; offam multa interuenire posse. Ve-  
rum inter offam, atq; herbam ibi uero longum inter-  
uallum est. Erutius Clarus, qui PRAEFEC. urbi, &  
bis COS. fuit, uir morum, literarumq; ueterum stu-  
diosissimus ad Sulpitium Apollinarem scripsit, homi-  
nem memoriae nostræ doctissimum quærerere sese, &  
petere, ut sibi rescriberet: quenam esset eorum uer-  
borum sententia. Tum Apollinaris nobis præsentibus  
(nam id temporis ego adolescens Romæ sectabar eum  
discendi gratia) rescripsit Claro, ut uiro erudito, bre-  
uissime. Vetus esse prouerbium inter os, & offam, idē  
significans, quod græcus ille παροιμιώδης uersus.  
πολλὰ μεταξὺ πέλαι κὺλικος, καὶ χείλεος ἄνθρα.

Platonem tribuere Euripidi Sophoclis uersum. Et  
inueniri uersus uerbis iisdem, aut paucis syllabis im-  
mutatis, apud diuersos poetas temporibus uarijs na-  
tos. Caput XVIII.

Ersus est nota uenustatis senarius.  
σοφοὶ τὸ ῥαῖνοι πῶν σοφῶν ξυνουσία.  
Eum uersum Plato in Theætheto Euripidi  
esse dicit. Quod quidem nos admodum mi-  
ramur.

nam scriptum eum legitur in tragœdia Sophoclis: quæ inscripta est, αἴας ὁ λόκος. Prior autem natus fuit Sophocles, quàm Euripides. Sed etiam ille uersus non minus notus.

τέρων τέρωντα παιδαγωγῆσω σ' ἐγώ.

Et in tragœdia Sophoclis scriptum est, cui titulus est, φιλοκτήτης, & in Bacchis Euripidis id quoq; animaduertimus apud Aeschylum ἐν τῷ πυρφόρῳ προμήθει. Et apud Euripidem in tragœdia, quæ inscripta est Ἴνώ, eundem esse uersum, absq; paucis syllabis. Aeschylus sic.

σιγῶν τε ὅπου δεῖ. καὶ λέγων τὰ καίρια.

Euripides ita.

σιγῶν τε ὅπου δεῖ, καὶ λέγειν ἀσφαλές.

Fuit autem Aeschylus non breui antiquior!

De genere, atq; nominibus familiae Portiæ.

Caput

XIX.

Um in domus Tiberianæ Bibliothecæ seden-  
 c renus, ego, & Apollinaris Sulpitius, & q  
 dam alijs mihi, aut illi familiares: prolatus  
 forte liber est, ita inscriptus, M. Catonis nepotis. Tum  
 quæri coeptum est, quisnam is fuisset M. Cato Nepos.  
 Atq; ibi adolescens quispiam (quod ex eius sermoni-  
 bus coniectare potui) non abhorrens a literis. Hic in-  
 quit est M. Cato, non cognomento Nepos, sed M. Ca-  
 tonis Censorij ex filio Nepos, qui pater fuit M. Cato-  
 nis prætorij uiri, qui bello ciuili Vticæ necem sibi gla-  
 dio manu sua consciiuit: de cuius uita liber est Mar-  
 Ciceronis, qui inscribitur laus Mar. Catonis: quem in

Cir-Libr

eodem lib. idem Cicero pronepotem fuisse dicit M. Catonis Censorij. Eius igitur, quem Cicero laudavit: pater hic fuit M. Cato, cuius orationes feruntur inscripte M. Catonis Nepotis. Tum Apollinaris (ut mos eius in reprehendendo fuit) placide admodum, leniterq; Laudo inquit, te mi fili, quod in tantula ætate etiã, si hunc M. Catonem, de quo nunc quæritur, quis fuerit ignoras: auditum tamen quadam de Catonis familia aspersus es. Non unus autem, sed complures M. illius catonis Censorij nepotes fuerunt geniti, non eodem patre. Duos enim M. ille Cato, qui & orator, & CENS. fuit, filios habuit, & matribus diuersos, & ætatibus longe dispares. Nam iam adolescente altero matre eius amissa, ipse quoq; iam multum senex: Salonij clientis sui filiam uirginem duxit in matrimonium. Ex qua natus est ei M. Cato Salonianus. hoc enim illi cognomentum fuit, à Salonio patre matris datũ. Ex maiore aut Catonis filio, qui PRAET. designatus patre uiuo mortuus est: & egregios de iuris disciplina libros reliquit: nascitur hic, de quo quæritur, M. Cato. M. filius. M. nepos. Is satis uehemens orator fuit: multasq; orationes ad exemplum Aui scriptas reliquit, & COS. cũ Q. Martio REGE fuit. Inq; eo consulatu in Africam profectus in ea prouincia mortem obiit. Sed is, non ita, ut dixisti M. Catonis praetorij uiri, qui se Vticae occidit: & quem Cicero laudavit, pater fuit. Nec quia hic nepos Catonis Censorij, ille autem pronepos fuit, propterea necessum est, patrem hunc ei fuisse. Hic enim nepos, cuius hæc modo prolata oratio est: filium quidem maiorem Cato-

nem

nem habuit: sed non eum, qui Vtica perijt: sed qui cum edil. curulis, & PRAET. fuisset in Gallia Narbonensem profectus, ibi uitae functus est. Ex altero autem uiro Censorij filio longe natu minore, quem Salonianum esse appellatum dixi: duo nati sunt. L. Cato, & M. Cato. Is M. Cato. TRIB. Pleb. fuit, & praeturam petens mortem obiit, ex quo conatus est M. Cato praetorius, qui se bello civili Vticae interemit: de cuius uita, laudibus quoque, cum M. Tullius scriberet: pronem potem eum Catonis Censorij dixit fuisse. Videtis igitur hanc partem familiae, quae ex minore Catonis filio progenerita est: non solum generis ipsius tramitibus, sed temporum quoque spatio differre. Nam quia ille Salonianus, in extrema patris aetate, sicuti dixi, natus fuit: prognati quoque ab eo aliquanto posteriores fuerunt, quam qui a maiore fratre eius geniti erant. Hanc quoque temporum differentiam facile animaduertetis ex hac ipsa oratione, cum eam legetis. Haec Sulpitius Apollinaris, nobis audientibus dixit: quae postea ita esse, uti dixerat, cognouimus: cum & laudationes funebres, & librum commentariorum de familia Porcia legeremus.

Quod a scriptoribus elegantissimis maior ratio habita sit sonitus uocum, atque uerborum iucundioris, quae a graecis ἀρῳία dicitur, quam regula disciplina, quae a grammaticis reperta est.

Caput

XX.

A 2

A. GELI

Interrogatus est Probus Valerius, quod ex  
 i familiari eius quondam comperi, has ne ur-  
 bis, an has urbes, & hanc turrem, an hanc  
 turrim dici oporteret. Si aut uersum inquit, pangis,  
 aut orationem solutam struis: atque ea uerba dicenda  
 sunt: non finitiones illas prærancidas, neque fetudinas  
 grammaticas spectaueris: sed aurem tuam interroga,  
 quo quid loco conueniat dicere: quod illa suaferit: id  
 profecto erit rectissimum. Tum is, qui quaesierat: quo  
 nam modo inquit, uis aurem meam interrogem? Et Pro-  
 bum ait respondisse, quo suam Virgilius per cuncta-  
 tus est: qui diuersis in locis, urbes, & urbis dixit, arbi-  
 trario, consilioque usus auris. Nam in primo Georgicon,  
 quem ego inquit, librum manu ipsius collectum le-  
 gi, urbis per i literam scripsit.  
 Verba e uersibus eius hæc sunt.

» - Urbis ne inuisere Caesar,

» Terrarumque uelis curam.

Verte enim, & muta, ut urbes dicas, insipidius ne-  
 scio quid facies, & pinguius. Contra in. III. Aenei-  
 dos, Urbes dixit, per e literam.

» Centum urbes habitant magnas.

Hic item muta, ut urbis dicas: nimis exilis uox erit,  
 & exanguis. Tanta quippe iuncturae differentia est  
 in consonantia uocum proximarum. Præterea idem  
 Virg. turrim dixit, non turrem, & securim non se-

» Turrim in præcipiti stantem. & (curē.

» Incertam excussit ceruice securim.

Quæ sunt (opinor) iucundioris gracilitatis, quam  
 si suo utrumque loco per e literam dicas. At ille, qui in-  
 terrogauerat:



terrogauerat: rudis profecto, & aure agresti homo,  
 Cur inquit, aliud alio in loco potius, rectiusq; esse di-  
 cas, non sane intelligo. Tum Probus iam commotior,  
 Noli inquit, igitur laborare, utrum istorum debe-  
 as dicere, urbis, an urbes. Nam cum id genus sis, qđ  
 uideo, ut sine iactura tu pecces: nihil perdes utrum  
 dixeris. His tum uerbis Probus, & hac fini hominem  
 dimisit: ut mos eius fuit erga indociles prope incle-  
 menter. Nos autem aliud quoq; postea consimiliter  
 a Virgilio duplici modo scriptum inuenimus. Nam  
 tres, & tris posuit eodem in loco, ea iudicij subtili-  
 tate, ut si aliter dixeris, mutauerisq;, & aliquid ta-  
 men auris habeas: sentias suauitatem sonitus diuidere.  
 Versus ex decimo hi sunt.

- » Tres quoq; threicios boreæ de gente suprema,
- » Et tris, quos idas pater, & patria Ismara mittit.  
 Tres hic, tris illic, utrumq; pensiculate, modulateq; re-  
 peries suo quicq; in loco sonare aptissime. Sed in il-  
 lo quoq; itidem in Virgilij uersu.
- » Hæc finis Priami fatorum, simul ut & hic fi-  
 nis dicas, durum, atq; absonum erit. Respuentq; au-  
 res, quod mutaueris. sicut illud contra eiusdem Virgi-  
 lij insuauius facias, si mutes.
- » Quem das finem rex magne laborum?  
 Nam si ita dicas, quam das finem? iniucundū nescio  
 quo pacto, & laxiorem uocis sonum feceris. Ennius  
 item rectos cupressos dixit, contra receptum uocabu-  
 li genus, hoc uersu.
- » Capitibus mutantibus pinos, rectosq; cupressos.  
 Firmior ei credo, & uiridior sonus esse uocis uisus est

rectos dicere cupressos, quàm rectas. Contra uero idē  
 Ennius in annali duodeuicesimo, aere fulua dicit non  
 fuluo. Non ob id solum, quod Home. ἀέρα βαθείαν di-  
 cit: sed quod hic sonus (opinor) uocabilior est uisus,  
 & amoenior. Sicuti etiam M. Ciceroni mollius, tereti-  
 usq; uisum est in quinta, in Verrem. fretu scribere  
 quàm freto. Per angusto inquit, fretu diuisa. Erat enim  
 crassius, uastiusq;, per angusto freto dicere. Itidem in  
 secunda simili usus modulamine. Manifesto peccatu  
 inquit, non peccato. hoc enim scriptum in uno, atq;  
 in altero antiquissimæ fidei libro Tironiano repe-  
 ri. Verba sunt Cicer. hæc. Nemo ita uiuebat, ut nul-  
 la eius uitæ pars, summæ turpitudinis esset expers:  
 nemo ita in manifesto peccato tenebatur: ut cum im-  
 pudens fuisset in facto, tum impudentior uideretur,  
 si negaret. Huius autem uocis cum elegantior hoc in  
 loco sonus, & tum ratio certa, & probata est. hic. nō  
 peccatus, quasi peccatio, recte, latineq; dicitur. Sicut  
 hic incestus, non qui admittit, sed quod admissum est:  
 & hic tributus, quod tributum nos dicimus, a ple-  
 risq; ueterum dicta sunt. hic quoq; adlegatus, & hic  
 arbitratus, pro allegatione, proq; arbitratione dicun-  
 tur. Qua ratione seruata, arbitrato, & adlegatu meo  
 dicimus. sic igitur in manifesto peccatu dixit: ut in ma-  
 nifesto incestu ueteres dixerunt. Non quin latinū esset  
 peccato dicere: sed quia in loco isto positum subtilius  
 ad aurē, molliusq; est. Lucretius æque auribus inser-  
 uens, funem foeminino genere appellauit, in hisce  
 uersibus,

» Haud, ut opinor, enim mortalia sæcla superne

AUREA

» Aurea de caelo demisit funis in arua.

Cum dicere usitatus, manente numero posset.

Aureus e' caelo demisit funis in arua.

Sacerdotes quoq; foeminas M. Cicero antistitas dicit, non secundum grammaticam legem antistites. Nam cum insolentias uerborum a ueteribus dictorum plerunq; respueret: huius tamen uerbi in ea parte sonitu

» delectatus. Sacerdotes inquit, Cereris, atq; illius funis

» antistitae usq; adeo in quibusdam, neq; rationem uerbi, neq; consuetudinem, sed solam aurem secuti sunt,

» suis uerba modulis pensitantem. Quod qui non sentiunt, inquit idem ipse M. Cicero cum de numerosa,

» et apta oratione differeret: quas aures habeant, aut

» quid in ijs hominis simile sit: nescio. Illud uero cum

primis apud Homerum ueteres grammatici adnota-

tauerunt: qd cum dixisset quoda in loco, *κολλοιου's τε*

*φῆρας τε*, Alio in loco no *φῆρων τε*, sed *φάρων* dixit:

*τῶν δ' ὠστε φάρων νέφος ἔρχεται ἢ ἐ κολλοιῶν.*

Secutus non communem, sed propriam in quocunq;

uocis situ incunditatem. Nam si alterum in alterius

loco ponas: utrunq; feceris sonitu insuaue.

Verba T. Castritij rhetoris ad discipulos adolescentes de uestitu, atq; calciatu non decoro. Cap. XXI.

Castritius rhetoricae disciplinae doctus, qui

T. habuit Romae locum principem declaman-

di, et docendi summa uir authoritate, gra-

uitateq; et a D. Adriano in mores atq; literas spe-

ctatus, cum me presente (usus sum enim eo magistro) di-

scipulos quosdam suos senatores uidisset die feriato tu-

A. GEL.

nicis, & lacernis indutos, & gallicis calciatos, equi-  
dem inquit, maluissem uos togatos esse. Pigritum est cir-  
ctos saltem esse, & penulatos. Sed si hic uester hu-  
iusmodi uestitus de multo iam usu ignoscibilis est:  
soleatos tamen uos Po. Ro. Senatores, per urbis uias in-  
gredi nequaquam decorum est. Non hercle uobis mi-  
nus, quam illi tum fuit, cui hoc M. Tul. proturpi cri-  
mine obiecit. Hæc me audiente Castritius, & quæ-  
dam alia ad eam rem conducentia romane, & se-  
uere dixit. pleriq; autem ex ijs, qui audierant: requi-  
rebant, cur soleatos dixisset, qui gallicas, non soleas  
haberent. Sed Castritius profecto scite, atq; incorru-  
pte locutus est. Omnia enim ferme id genus, quibus  
plantarum calces tantum infime teguntur: cætera pro-  
pe nuda, & teretibus habenis iuncta sunt: soleas di-  
xerunt. Nonnunquam uoce græca crepidulas. Galli-  
cis autem uerbum esse opinor nouum, non diu ante  
etatem M. Ciceronis usurpari coeptum. Itaq; ab eo ipso  
positum est in secunda Antoniarum. Cum gallicis in-  
quit, & lacerna cucurristi. Neq; in ea significatione  
id apud quenquam alium scriptum lego, grauioris  
duntaxat authoritatis scriptorem. sed (ut dixi) cre-  
pidas, & crepidulas, prima syllaba correpta id genus  
calciamentum appellauerunt, quod græci κρηπίδας  
uocant. Eiusq; calciamenti sutores crepidarios dixe-  
runt. Sempronius Asellio in libro rerum gestarum  
XIII Crepidarium inquit, cultellum rogauit a  
crepidario sutore.

Compreationes

Comprecationes, quæ ritu Romano fiunt Dijs, expositæ sunt in libris sacerdotum, inter quas Marti Nerienem tribuunt, & quid Neriene, seu Nerio nomē importet.

Caput XXII.

Comprecationes deorum immortalium, quæ ritu Romano fiunt, expositæ sunt in libris sacerdotum Populi Romani. & in plerisque antiquis orationibus. In ijs scriptum est Laciæ Saturni, Salaciæ Neptuni, Horæ Quirini, Iurites Quiritij, Mariæ Volcani, Nerien Junonis, Molæ Martis, Nerienem quoque Martis. Ex quibus id, quod postremum posui, sic plerosque dicere audio, ut primam, in eo syllabam producant: quo græci modo dicunt *vpeidas*, maris deas. Sed qui probe locuti sunt: primam correptam dixerunt, tertiam produxerunt. Est enim rectus casus uocabuli, sicut in libris ueterum scriptum est: *nerio*. quâquam M. Varro in satyra Menippæa, quæ inscribitur *κριαμαξία* uel *κρομαξία* non *nerio*, sed *neriones* uocatiue dicit in his uersibus.

- » Theanna, & Peranna, Pranda, Celato, Pales,
- » Nerienes, Minerva, Fortuna, ac Ceres.

Ex quo nominandi quoque casum eundem fieri necessum est. Sed *nerio* à ueteribus sic declinatur quasi *Anio*. Nam perinde ut *amenem*, sic *nerienem* dixerunt, tertia syllaba producta. Id autem, siue *nerio*, siue *nerienes* est, *sabinum* uerbum est: eoque significatur uirtus, & fortitudo, itaque ex Claudijs, quos à Sabinis oriundos accepimus: qui erat egregia, atque præstanti fortitudine, Nero appellatus est. sed id *Sabinum*

ni à grecis accepisse uidentur: qui uincula, & fir-  
 mamenta membrorum uox dicunt. Vnde nos quoq;  
 latine nervos appellamus. Nerio igitur Martis uis, &  
 potentia, & maiestas quaedam esse Martis demonstra-  
 tur. Plautus aut in truculento, coniugem esse Nerienē  
 Martis dicit. Atq; id sub persona militis in hoc uersu.  
 Mars peregre adueniens salutatur Nerienē uxore suā  
 super ea re audiui non incelebrem hominem dicere,  
 nimis comice Plautum imperito, & incōdito militi fal-  
 sam, uouamq; opinionem tribuisse, ut Nerienem con-  
 iugem esse Martis putaret. Sed id perite magis, q̄ co-  
 mice dictum intelliget; qui leget Cn. Gellij annalem  
 tertium, in quo scriptum est, Herfiliam, cum apud T.  
 Tatium uerba faceret: pacemq; oraret: ita precatam  
 esse. Neria Martis te obsecro pacem date, uti liceat nu-  
 ptijs proprijs, & prosperis uti: quod de tui coniugis  
 consilio contigit uti nos itidē integras raperent: unde  
 liberos sibi, & suis posteris, patriæ pararent. De tui  
 inquit coniugis consilio, Martem scilicet significans, per  
 quod apparet non esse id poetice à Plauto dictum, sed  
 eā quoq; traditionem fuisse, ut Nerio à quibusdam uxor  
 esse Martis diceretur. Inibi autem animaduertendum  
 est, quod Gellius Neria dicit per a literam, non nerio,  
 neq; Nerienes. Præter Plautum etiam, Præterq; Gel-  
 lium, Licinius Imbrex uetus comœdiarum scriptor in  
 fabula, quæ Neera inscripta est: ita scripsit.  
 Nolo ego Neeram te uocent, sed Nerienem.  
 Cum quidem Marti es in connubium data.  
 Ita autem senarij numerus huiusce uersus habet, ut  
 tertia in eo nomine syllaba, contra quam supra di-

Etum est: corripienda sit. Cuius sonitus quanta apud ueteres indifferentia sit: notius est, q̄ ut plura in id uerba sumenda sint. Ennius autem in primo annali in hoc uersu.

- » Nerienem Mauortis. Et hercle, nisi, quod minime solet: numerum seruaui: primam syllabam intendit, terciam corripuit. Ac ne id quidem praetermittendum puto, cuiusmodi est, quod in commentario quodam Seruij Claudij scriptum inueni. Nerio dictum quasi neirio, hoc est sine ira, & cum placiditate, ut eo nomine matrem, tranquillumq; fieri Martem precemur. Ne enim particula, ut apud graecos, ita plerunq; in latina quoq; lingua priuatiua est.

M. Catonis consularis, & censorij pulcherrima exprobratio contra philosophantes nomine, & non re.  
Caput XXIII.

- M. Cato consularis, & censorius publicas iam, priuatisq; opulentus rebus uillas suas inexcultas, & rudes ne tectorio quidem praeli-  
tas fuisse dicit: ad annum usq; aetatis suae septuagesimum, atq; ibi postea his uerbis utitur. Neq; mihi inquit  
» aedificatio, neq; uasum, neq; uestimentum ullum est in  
» manu pretiosum, neq; pretiosus seruus, neq; ancilla  
» Siquid est inquit, quo utar: uxor. Si non est, ego sum,  
» cuiq; per me uti, atq; frui licet. Tum deinde addit,  
» uitio uertunt, q̄a multa egeo. At ego illis, q̄a nequeunt  
» egere. Haec mera ueritas Tusculani hominis, egere se multis rebus, & nihil tamē cupe dicentis: plus her-

cle commouet ad exhortandam parsimoniam, sustinendamq; inopiam: quàm græcæ istorum præstigiæ philosophari sese dicentium, umbrasq; uerborum inanes fingentium: qui se nihil habere, & nihil tamen egere, ac nihil cupere dicunt, cum & habendo, & egendo, & cupiendo ardeant.

Quæsitum, tractatumq; quid sint manubiæ, atq; inibi dicta quædam de ratione utendi uerbis pluribus idem significantibus. Caput XXIIII.

IN fastigijs fori Traiani simulachra sunt seta circumundiq; inaurata equorum, atq; signorum militarium, subscriptumq; est ex manubijs. quærebat Phauorinus, cum in area fori ambularet, & amicum suum COS. operiretur: causas pro tribunali cognoscentem, nosq; tunc eum sectaremur. quærebat inquam, quid nobis uideretur significare proprie manubiæ illa inscriptio. tum quispiam, qui cum eo erat, homo in studijs doctrinæ multum, atque celebrati nominis: ex manubijs inquit, significat ex præda: manubiæ enim dicuntur præda, quæ manu capta est. Etiam si inquit Phauorinus, opera mihi princeps, & propè omnis in literis, disciplinisq; græcis sumpta est: non usq; eo tamen infrequens sum uocum latinarum, quas subsicuo, atq; tumultuario studio colo, ut hanc ignorem interpretationem uulgariam, quod esse dicuntur manubiæ præda. Sed quæro an M. Tullius uerborum homo diligentissimus in oratione, quàm dixit de lege agrarum.



ria Calendis Ianuarij, contra Rullum, inani,  
 & illepida geminatione iunxerit manubias, & præ-  
 dam: si duo hæc uerba idem significant: neq; ulla re  
 aliqua dissident. Atq; ut erat Phauorinus egregia  
 quadam, uel diuina memoria, uerba ipsa M. Tullij  
 statim dixit: ea nos adscribimus hic, prædam, manu-  
 bias, sectionem, Castra deniq; Cn. Pompeij, sedente im-  
 peratore Xuiru uendent. Et infra itidem duo hæc si-  
 mul iunctim posita dixit, ex præda, ex manubijs, ex  
 auro coronario. Ac deinde ad eum conuertit, qui ma-  
 nubias esse prædam dixerat. Et uidetur ne tibi inqt,  
 utroq; in loca M. Cicero duobus uerbis idem, sicuti tu  
 putas, significantibus inepte, & frigide esse usus? Ac  
 tali ioco dignus, quali apud Aristophanem facetissi-  
 mum comicorum Euripides Aeschylum insectatus  
 est, cum ait.

δὲς ταυτὸν ἡμῖν εἶπεν ὁ σοφὸς αἰχυλός,

ἦνω γὰρ εἰς τὴν φησὶ, καὶ κατέρχομαι.

ἦνω δὲ ταυτὸν ἐστὶ τῷ κατέρχομαι.

τὴν δὲ ὡς περ εἰ τίς εἶποι γείτονι.

χρήσον σὺ μάκτραν· εἰ δὲ βύλει κάρδοπον.

Nequaquam uero inqt ille, talia uidentur, quale est,  
 μάκτρα καὶ κάρδοπος, quæ a poetis, uel oratoribus  
 græcis, nostrisq; celebrandæ, & ornandæ rei gra-  
 tia, duobus eadem pluribus uel nominibus frequen-  
 tantur. Quid igitur inquit Phauorinus, ualet hæc re-  
 petitio, instauratioq; eiusdem rei, sub alio nomine in  
 manubijs, & in præda? Num ornat, ut alioqui so-  
 let, orationem? Num eam modulatiorem, aptioreq;  
 reddit? Num onerandi, uel exprobrandi criminis cau-

fa, exaggerationem aliquam speciosam facit? Sicuti  
 in libro eiusdem M. Tullij, qui de constituendo acu-  
 satore est, una eademq; res pluribus uerbis uehemen-  
 ter, atq; atrociter dicitur. Sicilia tota, si una uoce loque-  
 retur, hoc diceret. Quod auri, quod argenti, quod or-  
 namentorum in meis urbibus, sedibus, delubris fuit.  
 Nam cum urbes totas semel dixisset: sedes, delubraq;  
 addidit: quæ sunt ipsa quoq; in urbibus. Item in eo-  
 dem libro simili modo. Siciliam inquit, provinciam,  
 C. Verres per triennium depopulatus esse: siculorum  
 ciuitates uastasse: domos exinanisse: fana spoliasse dici-  
 tur. Ecquid uidetur, cum Siciliam provinciam dixerit,  
 atq; etiam insuper ciuitates addiderit: domos etiã, &  
 fana, quæ infra posuit, comprehendisset: uerba hæc  
 item multa, atq; uaria depopulatus esse, uastasse, exina-  
 nisse, spoliasse. Non'ne unam, & eandem uim in sese  
 habent? Sane, sed quia cum dignitate orationis, &  
 cum graui uerborum copia dicuntur, quanquam ead-  
 dem ferè sint, & ex una sententia cooriantur: plura  
 tamen esse existimantur: quoniam & aures, & ani-  
 mum sæpius ferunt, hoc ornatus genus in crimine  
 uno uocibus multis, atq; sæuis extruendo, ille iam tunc  
 M. Cato antiquissimus in orationibus suis celebra-  
 uit: sicuti in illa, quæ inscripta est, de decem homini-  
 bus, cum Thermum accusauit: quod decem liberos ho-  
 mines eodem tempore interfecisset: hisce uerbis ean-  
 dem rem omnibus significantibus usus est. Quæ quo-  
 niam sunt eloquentiæ latinæ tunc primum exorien-  
 tis lumina, uerba quædam sublustria, libitum est ea-  
 mihi ἀπομνημονεύειν. Τὴν nefarium facinus pe-

iore facinore operire postulas: succidias humanas faci-  
 cis: decem funera facis: decem capita libera interfici-  
 cis: decem hominibus uitam eripis indicta causa, in-  
 iudicatis, indemnatis. Item M. Cato in orationis prin-  
 cipio, quam dixit in Senatu pro Rhodiensibus, cum  
 uellet res nimis prosperas dicere: tribus uocabulis idem  
 sentientibus dixit. Verba eius haec sunt. Scio so-  
 lere plerisque hominibus in rebus secundis, atque pro-  
 lixis, atque prosperis animum excellere, atque super-  
 biam, atque ferocitatem auferere. Itidem Cato ex ori-  
 gine septimo in oratione, quam contra Ser. Gal-  
 bam dixit: compluribus uocabulis super eadem re  
 usus est. Multa me dehortata sunt huc prodire, anni,  
 aetas, uox, uires, senectus, uerum enim uero cum tan-  
 tam Rem P. ager arbitrarer. Sed ante omnes apud  
 Homerum eiusdem rei, atque sententiae luculenta ex-  
 aggeratio est.

ἔκτορα δ' ἐμβελίων ὑπαγε ζυῖς. ἐκ τε κοίης.

ἔκτ' ἀνδρουτασίης. ἐκθ' αἵματος. ἐκ τὸ κνυδοῖμου.

Item alio in uersu.

ὁσμίναί τε. μάχαι τε. φόνοι τ' ἀνδρουτασίαι τε.

Nam cum omnia ista utrobique multa, et continua no-  
 mina nihil plus demonstrant, quam praelium: huius  
 tamen rei uaria facies delectabiliter, ac decore mul-  
 tis, uariisque uerbis depicta est. Neque non illa quoque a-  
 pud eundem poetam una in duobus uerbis sententia  
 cum egregia ratione repetita est. Idem enim cum in-  
 ter Aiacem, et Hectorem decertantes armis interce-  
 deret, his ad eos uerbis usus est.

μηκέτι παῖδε φίλω πολεμίζετε μηδὲ μάχεσθον.

A. GEL.

In quo uersu non oportet alterum uideri uerbum, idem quod superius significans supplendi numeri causa extrinsecus additum, & consarcinatum. Est enim hoc inane admodum, & futile. Sed cum in iuuenibus gloriae studio flagrantibus peruicaciam, ferociamq; & cupidinē pugnae, leniter tamen, ac placide obiurgaret: atrocitatem rei, & culpam perseverandi bis idem dicendo alio, atq; alio uerbo auxit, inculcauitq; duplexq; eadem compellatio admonitionem facit instantiorem. Nec illa quidem eiusdem significationis repetitio ignaua, & frigida uideri debet.

μνησθῆρες δ' ἄρα τηλεμάχῳ θάνατόν τε μῦρον τε ἦρτυον, quod bis idem dixerit θάνατον καὶ μῦρον.

Indignitas enim moliendae tam acerbae, tamq; iniuste necis, miranda mortis iteratione defleta est. Ceterum quis tam obtuso ingenio est: qui non intelligat πολεμιζετε, καὶ μάχεσθον, uerba idem duo significantia non frustra posita esse, ut illa quoq;

βάσιν ἴθι ἢ λὲ ὄνειρε, καὶ βάσιν ἴθ' ἴρι ταχέια neq; ἐν παραλλήλῳ, ut quidā putant, sed hortamentum esse acre, imperataq; celeritatis. Verba quoq; illa M. Ciceronis in L. Pisonem trigemina, etiam si dure auris hominibus non placent: non uenustatem modo numeris quaesiuere: sed figuram, simulationemq;

- » oris pluribus simul uocibus uerberauerunt. vultus
- » deniq; inquit totus, qui sermo quidā tacitus mentis est:
- » hic in fraudem homines impulit. hic eos, quibus erat
- » ignotus: decepit: fefellit: induxit. Quid igitur simile est, inquit, apud eundem in praeda, & manubijs? Nihil profecto istiusmodi. Nam neq; ornatus fit addi-

tis manu-

tis manubijs, neq; exaggeratius, modulatus ue. sed  
 aliud omnino præda est, ut in libris rerum, uerbo-  
 rumq; ueterum scriptum est, aliud manubiæ. Nam  
 præda dicitur corpora ipsa rerum, quæ capta sunt.  
 Manubiæ uero appellatæ sunt pecunia à quæst. ex  
 uenditione prædæ redacta. utrunq; ego dixit M. Tul-  
 lius cumulandæ inuidiæ gratia Xuiros ablaturus,  
 persecuturosq; prædam, quæ non dum esset uenun-  
 data, & pecuniam, quæ ex uenditione prædæ perce-  
 pta esset. Itaq; hæc inscriptio, quam uidetis ex manu-  
 bijs, non res, corporaq; ipsa prædæ demonstrat. (Ni-  
 hil enim captum est horum à traiano ex hostibus)  
 sed facta esse hæc, comparataq; ex manubijs, idest  
 ex pecunia prædatitia declarat. Manubiæ enim sunt,  
 sicuti iam dixi, non præda, sed pecunia per quæst.  
 Po. Ro. ex præda uendita contracta. Quod per quæst.  
 autem dixi, intelligi nunc oportet præfectum æra-  
 rio significari. Nam cura ærarij à quæst. ad præfec-  
 trāslata est. Est tamen non nusquam inuenire, ita scri-  
 psisse quosdam non ignobiles scriptores, ut aut teme-  
 re, aut incuriose prædam pro manubijs, & manubias  
 pro præda posuerint: & tropica quadam figura mu-  
 tationem uocabuli fecerunt. Quod facere concessum  
 est, scite id, periteq; faciētibus. Sed enim qui proprie,  
 atq; signate locuti sunt: sicuti hoc in loco M. Tullius,  
 manubias pecuniam dixerunt.

Verba P. Nigidij, quibus dicit, in nomine Valeri  
 in casu uocandi, primam syllabam ac uendam esse:  
 & item alia ex eiusdem uerbis ad rectam scripturā

Nigridij uerba sunt, ex commentariorū grā-  
 P. maticorum. XXIIII. hominis in discipli-  
 » nis doctrinarum omnium præcellentis. De-  
 » inde inquit, uoculatio qui poterit seruari, si non scie-  
 » mus in nominibus, ut Valeri, utrum interrogandi,  
 » aut uocandi sint? Nam interrogandi secunda syllaba  
 » superiore tono est quā prima. Deinde nouissima dei-  
 » citur. At in casu uocandi summo tono est prima. Dein-  
 » de gradatim descendunt. Sic quidem P. Nigridius di-  
 » ci præcipit. Sed si quis nunc Valerium appellans, in  
 casu uocandi secundum id præceptum Nigridij acue-  
 rit primam: non aberit, quin rideatur. Summum au-  
 tem tonum ἠπορωδίαυ acutam dicit, & quem ac-  
 centum nos dicimus: uoculationem appellat: & casum  
 interrogandi eum dicit: quem nunc nos genitium  
 dicimus. Id quoq; in eodem libro Nigridiano animad-  
 » uertimus. Si huius inquit, amici, uel huius magni scri-  
 » bas unum, i, facito extremum: sin uero hi magnei, hi  
 » amiceri casu multitudinis recto, tum ante, i, scribendum  
 » erit e. Atq; id ipsum facies in similibus. Item si huius  
 » terre scribas, i, litera sit extrema: si huic terræ per  
 » e scribendum est. Item mi qui scribit in casu inter-  
 » rogandi, uelut cum dicimus mi studiosus, per i, unum  
 » scribat non per e: ac cum mei, tum per e, & i, scri-  
 » bendum est, quia dandi casus est. Hæc nos authorita-  
 te doctissimi hominis adducti, propter eos, qui harum  
 quoq; rerum scientiam quærunt: non prætermitten-  
 da existimauimus.

De uersibus

De uersibus, quos Virgilius sectatus uidetur Ho-  
meri, ac Parthenij. Caput XXVI.

Arthenij poetæ uersus est,

ῥ  
πλαῦκω, καὶ νῆρει, καὶ εἰραλίῳ μελικέρτῃ

Eum uersum Virgilius æmulatus est.

Itaq; fecit duobus uocabulis uenuste immutatis pa-  
rem,

» Glauco, & Panopææ, & Inoo melicertæ.

Sed illi Homericæ non sanè rem parem, neq; similem  
fecit. Esse enim uidetur Homeri simplicior, & synce-  
rior. Virgilij autem νεωτερικότερος, & quodam  
quasi ferrumine immisso fucatiior.

ταῦρον δ' ἀλφειῷ, ταῦρον δὲ ποσειδάωνι.

» Taurum Neptunno, taurum tibi pulcher Apollo.

De sententia Panætij philosophi, quã scripsit in li-  
bro de officijs secundo: qua hortatur, ut homines ad  
auendas iniurias in omni loco intenti, paratiq; sint.

Caput XXVII.

Egebatur Panætij philosophi lib. de officijs  
secundus, ex tribus illis inclitis libris, quos

M. Tullius magno cum studio, maximoq;  
opere æmulatus est. Ibi scriptum est, tum multa a-  
lia ad bonam frugem ducentia: tum uel maxime quod  
esse, hæreretq; in animo debet. Id autem est ad hanc

» ferme sententiam. Vita inquit, hominum, qui æta-  
» tem in medio rerum agunt, ac sibi, suisq; esse usui uo-  
» lunt: negotia, periculaq; ex improviso adsidua,

» Et prope quotidiana fert. ad ea cauenda, atq; decli-  
 » nanda perinde esse oportet animo semper prompto,  
 » atq; intento: ut sunt athletarum, qui pancratiastæ uo-  
 » cantur. Nam sicuti illi ad certandum uocati, proiectis  
 » alte brachijs consistunt: caputq; Et os suum manibus  
 » oppositis quasi uallo premuniunt: membrâq; eorum  
 » omnia, prius quam pugna mota est: aut ad uitandos  
 » ictus cauta sunt, aut ad faciendos parata: ita animus,  
 » atq; mens uiri prudentis aduersus uim, Et petulan-  
 » tias iniuriarum omni in loco, atq; in tempore prospici-  
 » ens debet esse erecta, ardua, septa, solida, expedita,  
 » nunquam conuiuens, nusquam aciem suam flectens.  
 » Consilia, cogitationesq; contra fortune uerbera, con-  
 » traq; insidias iniquorum, quasi brachia, Et manus  
 » protendens, nequa in re, aduersa, Et repentina incur-  
 » sio imparatis, improtectisq; nobis oboriatur.

Quod Quadrigarius cum multis mortalibus di-  
 xit, an quid, Et quantum differret, si dixisset cum mul-  
 tis hominibus. Caput XXVIII.

Erba sunt Claudij Quadrigarij ex anna-  
 » u lium eius. XIII. Concione dimissa Metel-  
 » lus in capitolium uenit cum multis mortali-  
 » bus. Inde cum domum proficiscitur tota ciuitas eum  
 » reduxit. Cum is liber, eaq; uerba M. Frontoni no-  
 » bis ei, ac plerisq; alijs assidentibus legerentur: Et cui-  
 » dam, haud sane uiro indocto, uideretur multis morta-  
 » libus, pro hominibus multis inepte, frigideq; in histo-  
 » ria, nimisq; id poetice dixisse: tum fronto illi, cui hoc  
 uidebatur,



uidebatur, An tu inquit aliarum homo rerum iudicij elegantissima, mortalibus multis ineptum tibi uideri, & frigidum dicis? Nil autem arbitrare causæ fuisse: quod uir modestus, atq; puri, & prope' quotidiani sermonis mortalibus maluit, quam hominibus dicere? Eandemq; credis futuram fuisse multitudinis demonstrationem, si cum multis hominibus, ac non cum multis mortalibus diceret? Ego quidem inquit, sic existimo: nisi me scriptoris istius, omnisq; antiquæ orationis amor, atq; ueneratio cæco esse iudicio facit: longe, lateq; esse amplius, prolixius, fustius in significanda totius prope' ciuitatis multitudine mortales q̄ homines dixisse. Namq; multorum hominum appellatio intra modicum quoq; numerum cohiberi, atq; includi potest. Multi autem mortales nescio quo pacto, & quodam sensu inenarrabili omne ferè genus, quod in ciuitate est, & ordinum, & ætatum, & sexus comprehendunt. Quod scilicet Quadrigarius ita (ut res erat) ingentem, atq; promiscuam multitudinem uolens ostendere, cum multis mortalibus Metellum in capitolium uenisse dixit ἐμπάτιον ὄρερον, q̄ si cum multis hominibus dixisset. Ea nos oia, quæ Fronto dixit, cum, ita ut par erat, non adprobantes tantum, sed admirantes quoq; audiremus: uidete tamen inquit, ne existimatis semper, atq; in omni loco mortales multos, pro multis hoibus dicendum. Ne plane fiat græcum illud de Varronis Satyra prouerbium, τὸν ἐπὶ τῆ φᾶν ἡ μύρον. Hoc iudicium Frontonis etiã in paruis, minutisq; uocabulis, non prætermittendū putauit, ne nos forte fugeret, lateretq; subtilior, huiuscemodi uerborum

consideratio.

Nō haecenus esse faciē, qua uulgo dicitur. Ca. XXIX.

nimaduertere est pleraq; uerborū latinorū,  
 a ex ea significatione, in qua nata sunt: decess-  
 sisse: uel in aliā longe, uel in proximā, eamq;  
 decessione factam esse consuetudine, & inscitia teme-  
 re dicentium, quae cuiusmodi sint: nō didicerint. Sicuti  
 quidā faciē esse hominis putant, os tantū, & oculos,  
 & genas, quod graeci πρόσωπον dicunt. Quando fa-  
 cies sit forma ois, & modus, & factura quaedā corpo-  
 ris totius a' faciēdo dicta, ut ab aspectu spēs, & a' fin-  
 gēdo figura. Itaq; Pacuuius in tragoedia, quae Niptra  
 inscribitur: faciē dixit hominis pro corpis longitudine.

- 1 » Aetate inqt, integra, feroci ingenio, faciē procerā uirū.  
 Non solum autem in hominum corporibus, sed etiā in  
 rerum cuiusq; modi aliarum faciēs dicitur. Nam mon-  
 tis, & coeli, & maris faciēs, si tempestiue dicitur: probe  
 » dicitur. Sallustij uerba sunt ex historia secunda. Sar-  
 » dinia in Africo mari, faciē uestigij humani in orientē,  
 » q̄ in occidentem latior prominet. Ecce autem id quoque  
 in mentem uenit: q̄ etiā Plautus in penulo, faciē pro  
 totius corporis, colorisq; habitu dixit.

Verba Plauti haec sunt,

- » Sed earum nutrix, qua sit faciē mihi expedi.  
 » Statura non magna corpore aquilo'st.  
 » Ipsa'st specie uenusta ore, atq; oculus pernigris.  
 formam q̄dem hercle uerbis depinxit probe. Præte-  
 rea memini Quadrigarium in XIX. faciē pro sta-  
 tura, totiusq; corporis figura dixisse.

Quid

Quid sit in satyra M. Varronis caninū prandiū.

Caput XXX.

Audabat, uenditabatq; se nuper quispiam  
 l in libraria sedens, homo inepte gloriosus,  
 tanq̄ unus esset sub omni coelo satyrarum  
 M. Varronis enarrator, quas partim cynicas, alij me-  
 nippæas appellant. Et iacebat inde quædam nõ ad  
 modū difficilia, ad quæ conijcienda adspirare posse ne  
 minem dicebat. Tum forte eum ego librum ex iisdem  
 satyris ferebam, qui ὑποκρίνω inscriptus est. Pro-  
 pius igitur accessi, Et nosti inquam magister uerbum  
 illud scilicet uetus? Egregram Musicam, quæ sit ab-  
 scondita, eam esse nulli rei. Oro ergo te legas hos uer-  
 sus pauculos, Et prouerbij istius, quod in his uersibus  
 est: sententias dicas mihi. Lege inquit, tu mihi potius,  
 quæ non intelligis, ut ea tibi ego enarrem. Quonam  
 inq̄ pacto legere ego possum, quæ non adsequor? In-  
 distincta nanq; fient, Et confusa, quæ legero: Et tuã  
 quoq; impediens intentionem. Tunc alijs etiam, qui ibi  
 aderant, compluribus idẽ comprobantibus, desyderan-  
 tibusq; accipit a me librū ueterem fidei spectata lu-  
 culente scriptum. Accipit aut̄ inconstantissimo uultu, Et  
 mœstissimo. Sed quid deinde dicam? Non audeo hercle  
 postulare, ut id credatur mihi. Pueri in ludo rudes,  
 si eum librum accipissent: nõ ij magis in legēdo deridi-  
 culi fuissent. Ita Et sententias intercidebat: Et uerba  
 corrupte pronuntiabat. Reddit igitur mihi librū mul-  
 tis iã ridentibus. Et uides inqt, oculos meos ægros, adse-  
 dnisq; lucubrationibus propē iã pditos? Vix ipsos li-

A. GEL.

terarum apices potui comprehendere. Cum ualebo ab oculis reuise ad me, & librum istum tibi totum legā. Recte inquam sit oculis magister tuus. Sed in quo illis nihil opus est id rogo te, dicas mihi. Caninum prandium in hoc loco, quem legisti, quid significat? Atq; ille egregius nebulo, quasi difficili quæstione perterritus exurgit statim: & abiens non inquit, paruam rē quæris: talia ego gratis non doceo. Eius autem loci, » in quo id prouerbiū est: uerba hæc sunt: non ui- » des apud Mnesitheum scribi, tria genera esse uini, ni- » grum, album, medium. Quod uocant uī' p'pov gi- » lum, & nouum, uetus, medium, & efficere nigrum » uires, album urinam, medium π'iv. Nouum refri- » gerare, uetus calefacere, medium uero esse prandium » caninum. Quid significet prandium caninum, rem leuiculam diu, & anxie quæsiuimus. Prandium autem abstemium, in quo nihil uini potatur: caninum dicitur: quoniam canis uino caret. Cum igitur medium uinum appellasset, quod neq; nouum esset, neq; uetus: & plerunq; homines ita loquantur, ut omne uinum, aut nouum esse dicant, aut uetus: nullam uim habere significauit, neq; noui, neq; ueteris, quod medium esset. Idcirco pro uino non habendum, q̄a neq; refrigeraret, neq; calefaceret, refrigerare id dicit, q̄d græce dicitur ἀψύχου.

Dissertatio Phauorini philosophi aduersus eos, qui  
Chaldaei appellantur, & ex coetu, motibusq; syderu,  
& stellarum facta se hominum dicturos pollicentur.

Caput Primum.

Duersum istos, qui sese chaldaeos,  
seu genethliacos appellant, ac de  
motu, deq; positu stellarum dice-  
re posse, quae futura sunt: profi-  
tentur: audiuius quondam Pha-  
uorinum philosophu Romae grae-  
ce differente egregia, atq; illustri oratione, exercendi-  
ne, aut ostendendi gratia ingenij, an quod ita serio,  
iudicatioq; existimaret: non habeo dicere. Capita au-  
tem locorum, argumentorumq; quibus usus est, quo-  
ad eius meminisse potui: egressus ibi ex auditione pro-  
pere annotaui. Eaq; fuerunt ad hanc ferme senten-  
tiam. Disciplinam istam Chaldaeorum tantae uenu-  
statis non esse, quantae uideri uolunt. Neq; eos prin-  
cipes eius, authoresq; esse, quos ipsi ferant: sed id pra-  
stigarum, atq; officiarum genus commentos esse homi-  
nes aeruscatores, & cibum, quæstumq; ex mendacijs  
captantes: atq; eos, quoniam uiderent terrena quaedam  
inter homines sita: coelestium rerum sensu, atque  
ductu moueri: quale est, quod oceanus, quasi lunæ co-

A. GEL.

ines cum ea simul senescit, adolescitq; , hinc videlicet sibi argumentum ad persuadendum parauisse: ut crederemus omnia rerum humanarum, & parua, & maxima, tanquam stellis, atq; syderibus euncta ducta, & regi esse autem nimis q̄ ineptum, absurdumq;, ut quonia aëstus oceani cum lunæ curriculo congruit: negotium quoq; alicuius, quod ei forte de aquæ ductu cum riuatibus, aut de communi pariete cum vicino apud iudicem est: ut existimemus id negotium, quasi habena quadã de cœlo uinctum gubernari. Quod & si ui, & ratione quapiam diuina fieri potest: ne quaquam tamen id censebat in tam breui, exiguoq; uitæ spatio, quantum hominis ingenio comprehendi posse, & percipi. Sed coniectari pauca quedam, ut uerbo ipsius utar, πᾶχυ μὲρ ἄρα. nullo scientiarum fundo concepta, sed fusa, & uaga, & arbitraria, qualis longinqua oculorum acies est, per interualla media caligantium. Tolle enim quod maximum inter deos, atq; homines differt, si homines quoq; res omnes post futuras prænoscere. Ipsam deinde syderum, stellarumq; obseruationem, quam esse originem scientiæ suæ prædicarent: haud quaquam putabat liquide consistere. Nam si principes Chaldæi, qui in patentibus campis colebant stellarum motus, & uias, & discessionem, & coetus, intuentes quid ex ijs efficeretur: obseruauerunt: procedat inquit, hæc sane disciplina, sed sub ea modo inclinatione cœli, sub qua tunc chaldæi fuerunt. Non enim potest inquit, ratio chaldæorum obseruationis manere: si quis ea uti uelit sub diuersis cœli regionibus. Nam quanta inquit,

partium, circuloꝝq; coeli, ex deuergentia, & conue-  
xionibus mundi uarietas sit: quis non uidet? Eadem  
igitur stellæ, per quas omnia diuina, humanaq; fieri  
contendunt: sicuti ne usquequaq; pruinas, aut calores  
cient: sed mutant, & uariant: tempestatesq; eodem in  
tempore alibi placidas, alibi uiolentas mouent: cur nõ  
euenta quoq; rerum, ac negotiorum, alia efficiunt in  
Chaldæis, alia in Getulis, alia apud Danubium, alia  
apud Nilum? Per autem inquit, insequens, ipsum  
quidem corpus, & habitum tam profundi aeris sub  
alio, atq; alio coeli curuamine non eundem manere:  
in hominum autem negotijs stellas istas opinari idem  
semper ostendere, si eas ex quacunq; terra conspexeris.  
Præterea mirabatur id cuiq; pro præcepto lique-  
re, stellas istas, quas a Chaldæis, & Babylonijs siue  
Aegyptijs obseruatas ferunt: quas multi erraticas, Ni-  
grius erroneas uocat, non esse plures quàm uulgo di-  
cerentur. Possesse enim fieri existimabat, ut & alij qui-  
dam planetæ pari potestate essent: sine quibus recta:  
atq; perpetua obseruatio perfici non quiret: neque  
eos tamen cernere homines possent propter exupe-  
rantiam uel splendoris, uel altitudinis. Nam & quæ-  
dam inquit sydera è quibusdam terris conspiciun-  
tur: earumq; terrarum hominibus nota sunt. sed ea-  
dem ipsa ex omni terra alia non uidentur, & sunt  
alijs omnino ignotissima. Atque ut uidemus in-  
quit, & has tantummodo stellas, & ex una par-  
te terræ obseruari debuisse: quæ tandem finis ob-  
seruationis istius fuit: & quæ tempora satis esse  
uisa sunt ad percipiendum, quid præmonstra-

ret, aut coetus stellarum, aut circuitus, aut transitus? Nam si isto modo coepta fieri observatio est: ut animadverteretur, quo habitu, quaque forma, quaque positura stellarum aliquis nasceretur: tum deinceps ab in eunte uita fortuna eius, & mores, & ingenium, & circumstantia rerum, negotiorumque, & ad postremum finis etiam uitae spectaretur. Eaque omnia, ut uisu uenerant, literis mandarentur. Ac postea longis temporibus, cum ipsae illae eodem in loco, eodemque habitu forent: eadem caeteris quoque euentura existimaret: qui eodem illo tempore nati fuissent. Si isto inquit, modo observari coeptum est: exque ea observatione composita quaedam disciplina est: nullo id pacto potest procedere. Dicant enim quot tandem annis, uel potius quot seculis orbis hic observationis perfici qui uerit. Constare quippe inter astrologos dicebat stellas istas, quas erraticas dicerent: quae esse omnium rerum fatales dicerentur: infinito prope, & innumerable numero annorum ad eundem locum cum eodem habitu simul omnes profectae sunt: regredi, ut neque ullus observationis tenor, neque memoria ulla effigies literarum tanto aeuo potuerint edurare. Atque illud etiam cuiusmodi esset: considerandum putabat: quod aliud stellarum agmen foret, quo primum tempore conciperetur homo in utero matris, aliud postea, cum in decem mensibus proximis in lucem ederetur. Quarebatque qui conueniret diuersam super eodem fieri demonstrationem, si, ut ipsi putarent, alius atque alius earundem stellarum situs, atque ductus alias atque alias fortunas daret. Sed & nuptiarum tempore;



ex quibus liberi quærentur: atq; ipso etiam illo ma-  
 ris, atq; foeminae coitu iam declarari oportere dicebat:  
 certo quodam, & necessario stellarum ordine, qua-  
 les, qualiq; fortuna homines gignerentur, ac multo  
 etiam ante, quam pater ipse, atq; mater nascerentur, ex  
 eorum genitura debuisse iam tum prospici, qui nam  
 olim futuri essent, quos ij creaturi forent, et supra lon-  
 ge, atq; longe per infinitum. ut si disciplina ista fun-  
 damento aliquo ueritatis nixa est, centesimo usq; ab  
 hinc seculo, uel magis primo coeli, atq; mundi exor-  
 dio: atq; inde iam deinceps continua significatione,  
 quoties generis authores eiusdem homines nasceren-  
 tur stellæ istæ præmonstrare debuerint: qualis, qua-  
 liq; fato futurus sit quisquis hodie natus est. Quo au-  
 tem inquit, pacto credi potest uniuscuiusq; stellarum  
 formæ, & positionis sortem, atq; fortunam uni omni-  
 no homini certam, destinatamq; esse: eamq; formam  
 post longissima seculorum spatia restitui: si uitæ, for-  
 tunarumq; eiusdem hominis indicia, in tam breuibus  
 interuallis per singulos maiorum eius gradus, perq;  
 infinitum successionum ordinem, tam sæpe, ac tam  
 multipliciter, eadem ipsa, non eadem stellarum facie  
 denotantur. Quod si id fieri potest, eaq; diuersitas,  
 atq; uarietas admittitur: per omnes antiquitatis gra-  
 dus ad significanda eorum hominum, qui post nascē-  
 tur, exordia, imparilitas hæc turbat observationem:  
 omnisq; ratio disciplinæ confunditur. iam uero id mi-  
 nime ferendum esse censebat, quod non modo casus,  
 & euenta, quæ euenirent extrinsecus, sed consilia  
 quoq; hominum ipsa, & arbitria, & uarias uolunta-

tes, adpetitionesq; & declinationes, & fortuitos, re-  
 pentinosq; in leuissimis rebus animorum impetus, re-  
 cessusq; moueri, agitariq; de super e' coelo putarent.  
 Tanquam si forte ire in balneas uolueris: ac dein-  
 de nolueris: atq; id rursum uolueris: non ex aliqua  
 dispari, uariaq; animi agitatione, sed. IX. necessaria  
 quadã errantium syderum reciprocatione contigerit:  
 ut plane homines, non quod dicitur λογικὰ (ωα),  
 sed ludicra, & ridenda quaedam νομοβιατὰ esse  
 uideantur: si nihil sua sponte, nihil arbitrati suo fa-  
 ciunt, sed ducentibus stellis, & aurigantibus. Ac si  
 inquit, potuisse prædici affirmant, Pyrrhus'ne rex,  
 an Manius Curius prælio uicturus esset: cur tandem  
 non de alea quoq; ac de calculis, & alueolo audeat  
 dicere, quisnam ibi ludentium uincat? An uidelicet  
 magna sciunt, parua nesciunt? & minora maiori-  
 bus imperceptiora sunt? Sed si magnitudines rerum  
 sibi uendicant: magisq; esse perspicuas, & facilius com-  
 prehendi posse dicunt: uolo inquit, mihi respondeant,  
 quid in hac totius mundi contemplatione præstan-  
 tis naturæ operibus in tam paruis, atq; breuibus ne-  
 gotijs, fortunisq; hominum magnum putent? Atq; id  
 uelim etiam inquit, ut respondeant: si tam paruum,  
 atq; rapidum est momentum temporis, in quo homo  
 nascens fatum accipit: ut in eodem illo puncto sub eo-  
 dem circulo coeli, plures simul ad eandem competen-  
 tiam nasci non queant: & si idcirco gemini quoq; nõ  
 eadem uitæ sorte sunt: quoniam non eodem temporis  
 puncto editi sunt: peto inquit, respondeant, cur sum il-  
 lum temporis transuolantis, qui uix cogitatione ani-

im̄ comprehendi potest: quonam pacto, aut consulto  
 adsequi queant: aut ipsi perspicere, & deprehende-  
 re, cum in tam præcipiti dierum noctiumq; uertigi-  
 ne, minima momenta ingentes facere dicant mutatio-  
 nes? Ad postremum autem, & quid esset, quod aduer-  
 sum hoc dici posset, requirebat: quod homines utriusq;  
 sexus, omnium ætatum, diuersis stellarum motibus  
 in uitam editi, regionibus sub quibus geniti sunt, longe  
 distantibus, omnes tamen isti, aut hiantibus terris, aut  
 labentibus tectis, aut oppidorum expugnationibus,  
 aut eadem in nauis fluctu obruti, eodem genere mor-  
 tis, eodemq; ictu temporis interirent? Quod scili-  
 cet inquit, nunquam eueniret: si momenta nascendî  
 singulis attributa, suas unumquodq; leges haberent.  
 quod si quedam inquit, in hominum morte, atq; ui-  
 ta etiam diuersis temporibus editorum, per stellarum  
 pares quosdam postea conuentus paria nonnulla,  
 & consimilia posse dicuntur obtingere: cur non ali-  
 quando possint omnia quoq; paria usuenire, ut exi-  
 stant per huiuscemodi stellarum concursiones, & si-  
 militudines Socrates simul, & Aristhones, & Plato-  
 nes multi, genere, forma, ingenio, moribus, uita omni,  
 & morte pari? Quod nequaquam inquit, prorsus  
 fieri potest. Non igitur hac causa probe uti queunt  
 aduersum hominum impares ortus, interitus pares.  
 Illud autem condonare se ijs dicebat: quod non id  
 quoq; requirerent: si uitæ, mortisq; hominum, rerûq;  
 humanarum omnium tempus, & ratio, & causa in  
 cœlo, & apud stellas foret, quid de muscis, aut uer-  
 miculis, aut echinis, multisq; alijs minutissimis,

aiunt, magistris cognoscerem. Atque in rerum quidem  
 diffusionibus, comperendinationibusque, et alijs qui-  
 busdam legitimis in rebus, ex ipsa lege Iulia, et ex  
 Sabini Massurij, et ex quorundam aliorum iuris pe-  
 ritorum commentarijs communiti, et adminiculati su-  
 mus. In ijs autem, quae existere solent: negotiorum am-  
 bagibus, et in ancipiti rationum diuersarum circun-  
 stantia: nihil quicquam nos huiusmodi libri inue-  
 runt. Nam et si consilia iudicibus ex praesentiu cau-  
 sarum statu capienda sunt: generalia tamen quaedam  
 praemonita, et praecpta sunt: quibus ante causam,  
 praemuniri iudex, praepararique ad incertos casus fu-  
 turarum difficultatum debeat: sicut illa mihi tunc ac-  
 cidit inexplicabilis reperiendae sententiae ambiguitas.  
 Petebatur apud me pecunia: quae dicebatur data nu-  
 merataque: sed qui petebat, neque tabulis, neque testibus  
 id factum docebat: et argumentis admodum exili-  
 bus nitebatur. Sed eum constabat uirum esse ferme bo-  
 num, notaeque, et expertae fidei, et uitae inculpatis-  
 simae. Multaque et illustria exempla probitatis, synce-  
 ritatisque eius expromebantur. Illum autem, unde pe-  
 tebatur: hominem esse non bonae rei, uitaque turpi, et  
 sordida, coniunctumque uulgo in mendacijs, plenumque  
 esse perfidiarum, et fraudum ostendebatur. Is ta-  
 men cum suis multis patronis clamitabat. Probari  
 apud me debere pecuniam datam consuetis modis, ex  
 pensu latione, mense rationibus, chirographi exhi-  
 bitione, tabularum obsignatione, testium intercessio-  
 ne. Ex quibus omnibus si nulla re probaretur: di-  
 mitti iam sane oportere: et aduersarium de calum-  
 nia damnari,

nia damnari. Quod de utriusq; autem uita, atq; fa-  
 ctis diceretur, frustra id fieri, atq; dici. Rem enim  
 de petenda pecunia apud iudicem priuatum agi non  
 apud CENS. de moribus. Tunc ibi amici mei, quos ro-  
 gaueram in consilium, uiri exercitati, atq; in patro-  
 nijs, & in operis fori celebres, semperq; se circum-  
 undiq; disirahentibus causis festinantes, non sedendum  
 diutius, ac nihil esse dubium dicebant, quin absolu-  
 dus foret quem accepisse pecuniam illam, nulla pro-  
 batione solenni docebatur. Sed enim ego homines cum  
 considerabam alterum fidei, alterum probri ple-  
 num, spurcissimæq; uitæ, ac defamatissimæ, nequa-  
 quam adduci potui ad absolucndum. Iussi igitur diem  
 diffundi: atq; inde à subsellijs pergo ire ad Phauo-  
 rinum philosophum, quem meo tempore Romæ plu-  
 rimum sectabar. Ac de hominibus, quæ apud me di-  
 cta fuerant: uti res erat: narro omnia, ac peto, ut  
 & ipsum illud, in quo hærebam, & cætera etiam,  
 quæ obseruanda mihi forent in officio iudicis: faceret  
 me, ut earum rerum essem prudentior. Tum Phauo-  
 rinus religione illa cunctationis, & sollicitudinis no-  
 stræ comprobata, id quidem inquit, super quo nunc  
 deliberas: uideri potest specie tenui: paruaq; esse.  
 Sed si de omni quoq; officio iudicis præire tibi me-  
 uis: nequaquam est, uel loci huius, uel temporis. Est  
 enim disceptatio ista multiuige, & sinuose quæ-  
 stionis, multaq; , & anxia cura, & circumspectia  
 indigens. Namq; ut pauca tibi nunc questionum ca-  
 pita adtingam: iam omnium primū hoc de iudicis of-  
 ficio quæritur. Si iudex forte id sciat, super qua re

aiunt, magistris cognoscerem. Atq; in rerum quidem diffusionibus, comperendinationibusq; , & alijs quibusdam legitimis in rebus, ex ipsa lege Iulia, & ex Sabini Massurij, & ex quorundam aliorum iuris peritorum commentarijs communiti, & adminiculati sumus. In ijs autem, quæ existere solent: negotiorum ambagibus, & in ancipiti rationum diuersarum circumstantia: nihil quicquam nos huiuscemodi libri inueniunt. Nam & si consilia iudicibus ex presentiu causarum statu capienda sunt: generalia tamen quedam premonita, & precepta sunt: quibus ante causam, premoneri iudex, preparariq; ad incertos casus futurarum difficultatum debeat: sicut illa mihi tunc accidit inexplicabilis reperiendæ sententiæ ambiguitas. Petebatur apud me pecunia: quæ dicebatur data numerataq;: sed qui petebat, neq; tabulis, neq; testibus id factum docebat: & argumentis admodum exilibus nitebatur. Sed eum constabat uirum esse ferme bonum, notæq;, & expertæ fidei, & uitæ inculpatisimæ. Multaq; & illustria exempla probitatis, sinceritatisq; eius expromebantur. Illum autem, unde petebatur: hominem esse non bonæ rei, uitæq; turpi, & sordida, coniunctumq; uulgo in mendacijs, plenumq; esse perfidiarum, & fraudum ostendebatur. Is tamen cum suis multis patronis clamitabat. Probari apud me debere pecuniam datam consuetis modis, expensilatione, mensurationibus, chirographi exhibitione, tabularum obsignatione, testum intercessionem. Ex quibus omnibus si nulla re probaretur: dimitti iam sane oportere: & aduersarium de calumnia damnari,

nia damnari. Quod de utriusq; autem uita, atq; fa-  
 ctis diceretur, frustra id fieri, atq; dici. Rem enim  
 de petenda pecunia apud iudicem priuatum agi non  
 apud CENS. de moribus. Tunc ibi amici mei, quos ro-  
 gaueram in consilium, uiri exercitati, atq; in patro-  
 nijs, & in operis fori celebres, semperq; se circum-  
 undiq; disrahentibus causis festinantes, non sedendum  
 diutius, ac nihil esse dubium dicebant, quin absolu-  
 dus foret quem accepisse pecuniam illam, nulla pro-  
 batione solenni docebatur. Sed enim ego homines cum  
 considerabam alterum fidei, alterum probri ple-  
 num, spurcissimæq; uitæ, ac defamatissimæ, nequa-  
 quam adduci potui ad absoluendum. Iussi igitur diem  
 diffundi: atq; inde a' subsellijs pergo ire ad Phauo-  
 rinum philosophum, quem meo tempore Romæ plu-  
 rimum sectabar. Ac de hominibus, quæ apud me di-  
 cta fuerant: uti res erat: narro omnia, ac peto, ut  
 & ipse sum illud, in quo hærebam, & cætera etiam,  
 quæ obseruanda mihi forent in officio iudicis: faceret  
 me, ut earum rerum essem prudentior. Tum Phauo-  
 rinus religione illa cunctationis, & sollicitudinis no-  
 stræ comprobata, id quidem inquit, super quo nunc  
 deliberas: uideri potest specie tenui: paruaq; esse.  
 Sed si de omni quoq; officio iudicis præire tibi me-  
 uis: nequaquam est, uel loci huius, uel temporis. Est  
 enim disceptatio ista multiingæ, & sinuose quæ-  
 stionis, multaq; , & anxia cura, & circumspicientia  
 indigens. Nanq; ut pauca tibi nunc questionum ca-  
 pita adtingam: iam omnium primū hoc de iudicis of-  
 ficio quæritur. Si iudex forte id sciat, super qua re

A. GEL.

apud eum litigatur: eaq; res uni ei prius quam agi coepta, aut in iudicium deducta sit: ex alio quodam negotio, casuq; aliquo cognita liquido, & comperta sit: neq; id tamen in agenda causa probatur: oporteat ne eum secundum ea, quae sciens uenit iudicare, an secundum ea, quae aguntur? Id etiam inquit, quæri solet: an deceat, atq; conueniat iudicij causa iam cognita, si facultas esse uideatur componendi negotij: officio paulisper iudicis dilato, communis amicitiae, & quasi pacificatoris partes recipere. Atq; illud amplius ambigit, ac dubitari scio: debeat ne iudex inter cognoscendum ea, quae dicto, quæsitoq; opus est, dicere, & quærere, etiam si cuius ea dicta, quæriq; interest, neq; dicat, neq; postulet. Patrocinari enim prorsus hoc esse aiunt non iudicare. Præter hæc super ea quoq; re dissentitur.

An ex usu, exq; officio sit, iudicis rem, causamq; de qua cognoscit, interlocutionibus suis ita exprimere, consignareq; ut ante sententiæ tempus ex ijs, quae apud eum in præsens confuse, uarièq; dicuntur: perinde ut quoq; in loco, ac tempore mouetur: signa, & indicia faciat motus, atq; sensus sui. Nam qui iudices inquit, acres, atq; celeres uidentur: non aliter existimant rem, qua de agitur, indagari, comprehendiq; posse: nisi is, qui iudicat: crebris interrogationibus, necessarijsq; interlocutionibus & suos sensus aperiat: & litigantium deprehendat. Contra autem qui sedatiores, & grauior res putantur: negant iudicem debere ante sententiam, dum causa utrinq; agitur: quoties aliqua re proposita motus est: toties significare quid sentiat. Euenturum enim aiunt, ut quia pro uarietate propositionum,



num, argumentorumq; alius, atq; alius motus animi  
 patiendus est, aliter, atq; aliter eadem in causa, eo-  
 demq; in tempore sentire, & interloqui uideatur. Sed  
 de his inquit, & cæteris huiusmodi iudicialis officij  
 tractatibus, & nos posthac, cum erit otium, dicere  
 quid sentiamus, conabimur: & præcepta Aelij Tu-  
 beronis super officio iudicis, quæ nuperrime legi, re-  
 censebimus. Quod autem ad pecuniam pertinet, quam  
 apud iudicem peti dixisti, suadeo hercle tibi utare M.  
 Catonis prudentissimi uiri consilio: qui in oratione,  
 quam pro L. Turio contra Cn. Gellium dixit: ita esse  
 moribus maiorum traditum, obseruatumq; ait: ue si  
 quid inter duos actum est, neq; tabulis, neq; testibus  
 planum fieri possit: tum apud iudicem, qui de ea re  
 cognosceret, uter ex ijs uir melior esset: quæreretur.  
 Et si pares essent, seu boni pariter, seu mali, tum illi  
 unde petitur, crederetur: ac secundum eum iudicare-  
 tur. In hac autem causa, de qua tu ambigis, optimus  
 est, qui petit. Unde petitur deterrimus, & res est in-  
 ter duos acta sine testibus. eas igitur & credas ei, qui  
 petit, condemnesq; eum, de quo petitur: quoniam sicuti  
 dicis, duo pares non sunt: & qui petit melior est.  
 Hoc quidem mihi tum Phauorinus, ut uirum philo-  
 sophum deuit: suasisit. Sed maius ego, altiusq; id es-  
 se existimaui: quàm quod meæ ætati, & mediocrita-  
 ti conueniret: ut cognouisse, & condemnasse de mori-  
 bus, non de probationibus rei gestæ uiderer: ut ab-  
 soluerem tamen, inducere in animum non quivi: &  
 propterea iuravi mihi non liquere, atq; ita iudicatu il-  
 lo solutus sum. Verba ex oratione M. Catonis, cuius

A. GEL.

» commemorat Phauorinus: hæc sunt. Atq; ego à maiori-  
 » ribus memoria sic accepi, si quis quid alter ab altero  
 » peteret: si ambo pares essent, siue boni, siue mali es-  
 » sent: quod duo res gessissent, uti testes non interessent:  
 » illi unde petitur, ei potius credendum esse. Nunc si spon-  
 » sionem fecisset Gellius cum Turio, uti uir melior esset  
 » Gellius, quam Turius, nemo opinor tam insanus esset,  
 » qui iudicaret meliorem esse Gellium quam Turium. Si  
 » non melior est Gellius Turio, potius oportet credi un-  
 » de petitur.

An æmuli, in fensq; inter sese fuerint Xenophon,  
 & Plato. Caput III.

q Vi de Xenophontis, Platonisq; uita, & mo-  
 ribus pleraq; omnia exquisitissime scripse-  
 re, non abfuisse ab eis motus quosdam taci-  
 tos, & occultos similitatis, æmulationisq; mutue pu-  
 tauere: & eius rei argumenta quedam coniectatorie  
 ex eorum scriptis protulerunt. Ea sunt profecto hu-  
 iusmodi. quod neq; à Platone in tot numero libris  
 mentio usquam facta sit Xenophontis: neq; item con-  
 tra ab eo Platonis, in suis libris, quanquam uterq; ac  
 maxime Plato complurium Socratis sectatorum in  
 sermonibus, quos scripsit, commemorerit. Id etiam  
 esse non synceræ, neq; amicæ uoluntatis indicium cre-  
 diderunt: qđ Xenophon in clyto illi operi Platonis, qđ  
 de optimo statu Reip. ciuitatisq; administrandæ scri-  
 ptum est, lectis ex eo duobus fere libris, qui primi in  
 uulgo exierant: opposuit contra, conscripsitq; diuer-  
 sum regæ administrationis genus: quod *παυδαίας νο-*  
*ου* in-

ρου inscriptum est. eo facto, scriptoq; eius, usque adeo  
 permotum esse Platonem ferunt: ut quodam in libro  
 mentione Cyri regis habita retractandi, leuandiq;  
 eius operis gratia, uirum quidem Cyrum nauum,  
 & strenuum fuisse dixerit *παυδαίας δ' οὐκ ὀρθῶς ἴ  
 φθαι τὸ παράπαν.* Hæc enim uerba sunt de Cyro  
 Platonis. Præterea putant id quoq; ad ista, quæ di-  
 xi, accedere: quod Xenophon in libris, quos dictorum,  
 atq; factorum Socratis commentarios composuit: ne-  
 gat Socratem de cæli, atq; naturæ causis, rationibusq;  
 unquam disputauisse. Ac ne disciplinas quidem cæte-  
 ras, quæ *μαθηµατὰ* græci appellant, quæ ad be-  
 ne, beatq; uiuendum non pertinerent: aut attigisse,  
 aut comprobasse. Idcircoq; turpiter eos mentiri dicit,  
 qui dissertationes istiusmodi Socrati attribuerent.  
 hæc autem inquit, Xenophon cum scripsit: Pla-  
 tonem uidelicet notat: in cuius libris Socrates de phy-  
 sica, & musica, & Geometria differit. Sed enim de  
 uiris optimis, & grauissimis, si credendum hoc,  
 aut suspicandum fuit, causam equidem esse arbitror  
 non obtrectationis, neq; inuidiæ, neq; de gloria ma-  
 iore parienda certationis. Hæc enim procul a mo-  
 ribus philosophiæ absunt, in quibus illi duo omnium  
 iudicio excelluerunt. Quæ igitur est istius opinio-  
 nis ratio? Hæc profecto est æquiparatio ipsa ple-  
 runq; , & paritas uirtutum inter sese consimili-  
 um, etiam si contentionis studium, & uoluntas ab-  
 est: speciem tamen æmulationis creat. Nam cum  
 ingenia quædam magna duorum, plurum'ue in e-  
 iusdem rei studio, illustrium, aut pari sunt fama,

A. GEL.

aut proxima, oritur apud diuersos fautores eorum in  
 diuina, laudisq; æstimandæ contentio. Tum postea ex  
 alieno certamine ad eos quoq; ipsos contagium certa-  
 tionis adspirat: cursusq; eorum ad eandem uirtutis  
 calcem pergentium, quando est compar, uel ambiguus  
 in emulandi suspensiones, non suo, sed fauentium stu-  
 dio delabitur. Proinde igitur & Xenophon, & Plato  
 Socraticæ amœnitatis duo lumina, certare, emula-  
 riq; inter sese existimati sunt: quia de ijs apud alios  
 uter esset exuperantior certabatur. Et quia duæ em-  
 nentiæ cum simul iunctæ in arduum nituntur, simul  
 lachrum quoddam contentionis emulae pariunt.

Quod apte Chrysippus, & graphice imaginem iu-  
 stitiæ modulis, coloribusq; uerborum depinxit.

Caput IIII.

ONDIGNE mehercle, & condecere Chry-  
 sippus in librorum, qui inscribuntur  $\pi\rho\iota$   
 $\kappa\alpha\lambda\tilde{\upsilon}$ ,  $\kappa\alpha\tilde{\iota}$  ἰδουῖς primo, Os, & oculos Iu-  
 stitiæ, uultumq; eius seueris, atque uenerandis uerbo-  
 rum coloribus depinxit. Facit quippe imaginem Iu-  
 stitiæ, fieriq; solitam esse dicit a pictoribus, rhetori-  
 busq; antiquioribus ad hunc ferme modum Forma;  
 atq; filio uirginali, aspectu uehementi, & formida-  
 bili, luminibus oculorum acribus, neq; humilis, neq;  
 atrocis, sed reuerendæ cuiusdam tristitiæ dignitate.  
 Ex imaginis autem istius significatione intelligi uo-  
 luit iudicem, qui Iustitiæ antistes est: oportere esse gra-  
 uem, sanctum, seuerum, incorruptum, inadulabilem,  
 contrâq; improbos, nocentesq; immisericordem, atq;  
 inexorabilem,

*inexorabilem, erectumq; & arduum, ac potentem,  
ui, & maiestate æquitatis, ueritatisq; terrificum. Ver-  
ba ipsa Chrysippi de iustitia scripta hæc sunt.*

*παρβένος δὲ εἶναι λέγεται. κατασύμβολον τὸ ἀδιάφθο-  
ρος εἶναι, καὶ μηδ' αὐτῶς ἐνδιδόναι τοῖς κακῦργοις. μὴ  
δὲ προσίεσθαι, μήτε τῶν ἐπιεικῆς λόγος, μήτε παρα-  
πῆσιν, καὶ δέησιν, μήτε κολακείαν. μήτε ἄλλο μηδὲν  
τῶν τοιούτων. οἷς ἀκολούθως, καὶ σκυθρωπὴ γράφεται.  
καὶ συνεπιηκὸς ἔχουσα τὸ πρόσωπον, καὶ ἔντονον. καὶ δε-  
δορκὸς βλέψουσα. ὥστε τοῖς κατὰ ἀδίκους φόβον ἐμποιεῖν.  
τοῖς δὲ δίκαιοις θάρσος, τοῖς κατὰ ὡς πρὸς φίλους ὄντος  
τὸ τοιούτου προσώπου. τοῖς δὲ ἑτέροις, προσάντης.*

*Hæc uerba Chrysippi, eo etiam magis ponenda exi-  
stimauimus: ut prompta, atq; exposita ad considerandum,  
iudicandumq; sint. Quoniam legentibus nobis ea de-  
licatiores quidam disciplinarum philosophi sæuitiæ  
imaginem istam esse non Iustitiæ dixerunt.*

*Lis, atq; contentio grammaticorum Romæ illustri-  
um enarrata super casu uocatiuo uocabuli, quod est  
egregius. Caput V.*

*E fessus ego quondam ex diutina commenta-  
d tione, laxandi, leuitandiq; animi gratia in  
Agrippæ campo deambulabam. Atq; ibi  
duos forte grammaticos conspicatus, non parui in ur-  
be Roma nominis, certationi eorum acerrimæ adfui-  
cum alter in casu uocatiuo uir egregi dicendum con-  
tenderet: alter uir egregie. Ratio autem eius, qui egre-  
gi oportere dici censebat: huiusmodi fuit. Quæcumq;*

A. GEL.

inquit nomina, seu uocabula recto casu, numero singulari, us syllaba finiuntur: in quibus ante ultimam syllabam posita est, i, litera, ea omnia casu uocatiuo, i, litera terminantur, ut Coelius coeli, modius modi, tertius tertii, Accius acci, Titius titi, & similia omnia. Sic igitur egregius, quoniam us syllaba in casu nominandi finitur: eamque syllabam praecedit, i, litera: habere debet in casu uocandi, i, literam extremam, & ideo egregi non egregie, rectius dicitur. Nam diuus, & riuus, & cliuus, non us syllaba terminantur: sed ea, quae per duo u scribenda est. Propter cuius syllabae sonum declarandum, reperta erat noua litera, F, quae digamma appellabatur. Hoc ubi ille alter audiuit, O inquit egregie grammaticae, uel, si id mauis, egregissime, dic oro te, inscius, & impius, & sobrius, & ebrius, & proprius, & propitius, & anxius, & contrarius, quae us syllaba finiuntur: in quibus ante ultimam syllabam, i, litera est, quem casum uocandi habent? Me enim pudor, & uerecundia tenet pronuntiare ea secundum tuam definitionem. Sed cum ille paulisper oppositu horum uocabulorum commotus reticisset: & mox tamen se collegisset: eandemque illam, quam definierat regulam, retineret: & propugnaret: diceretque, & proprium, & propitium, & anxium, & contrarium itidem in casu uocatiuo dicendum, quia & aduersarius, & extrarius ita diceretur: inscium quoque, & impium, & ebrium, & sobrium, insolentius quidem paulo, sed rectius, per, i, literam non per e in casu eodem pronuntiandum, eaque inter eos contentio cum longius duceretur: non arbitra-

tus ego operæ pretium esse, eadem hæc ista diutius au-  
dire: clamantes, compugnantesq; illos reliqui.

Cuiusmodi sint quæ speciem doctrinarum habe-  
ant: sed neq; delectent, neq; utilia sint: atq; inibi de  
uocabulis singularum urbium regionumq; immu-  
tatis.

Caput

VI.

homo nobis familiaris, in literarum cultu  
non ignobilis, magnamq; ætatis partem in  
libris uersatus, adiutum inquit, ornatumq;  
uolo ire noctes tuas. Et simul dat mihi librum gran-  
di uolumine, doctrinis omnigenis (ut ipse dicebat)  
præsentem, quem elaboratum sibi esse ait ex mul-  
tis, Et uarijs, Et remotis lectionibus: ut ex eo sumerem  
quantum liberet rerum memoria dignarum. Acci-  
pio cupidus, Et libens tanquam si copie cornu nactus  
essem: Et recondo me penitus, ut sine arbitris legam.  
At quæ scripta erant, pro' Iupiter, mera miracula.  
Quo nomine fuerit, qui primus grammaticus ap-  
pellatus est. Et quot fuerint Pythagoræ nobiles, quot  
Hippocrates, Et cuiusmodi Homerus dicat in Ulyssis  
domo seipsum. Quam ob causam Telemachus  
cubans iunctum sibi cubantem Pisistratum, non ma-  
nus attigerit: sed pedis ictu excitarit. *ἀπέκλυσε*  
Telemachus, quo genere claustrum inclusit, Et quæ  
propter idem poeta rosam non norit: oleum ex ro-  
sa norit. Atq; illud etiam scriptum fuit: quæ no-  
mina fuerint sociorum Ulyssis: qui a Scylla ra-  
pti, laceratiq; sunt: utrum *ἐν τῇ ἴσῳ θαλάσσῃ*.

A. GEL.

Ulysses errauerit κατὰ ἀρίσταρχον, ἀνὲν τῆ ἕξω  
κατὰ κράτητα. Id etiam istico scriptum fuit, qui  
sint apud Homerum uersus ἰσόφιστοι, & quorum  
ibi nominum reperiatur παραστῆσις. Et quis adeo  
uersus sit, qui per singula uocabula singulis syllabis in  
crescat. Ac deinde qua ratione dicit singulas pecudes,  
in singulos annos terna parere. Et ex quinque operime  
tis, quibus Achilles clypeus munitus est: quod factum  
ex auro est, summum sit, an medium. Et praeterea qui=  
bus urbibus, regionibusque uocabula iam mutata sint.  
Quod Boeotia ante appellata fuerit Aonia. Quod  
Aegyptus aeria dicta est. Quod Creta eodem quoque  
nomine Aeria dicta est. Quod Attica ἀττική, & acta  
apud poetam. Quod Corinthus, Ephyrre. Quod Ma=  
cedonis ora ἡμαθία. Quod Thessalia αἰμωνία, Quod  
Tyrus, Sarra. Quod Thracia ante Sithen dicta sit.  
Quod Seston ποσειδώνιον. Haec atque item alia  
multa istiusmodi scripta in eo libro fuerant. Quem  
cum statim properans redderem, ὄναός σου inquam  
doctissime uirorum ταύτης τῆς πολυμαθίας, & li=  
brum hunc opulentissimum recipe, nil prorsus ad no=  
stras paupertinas literas congruentem. Nam meae no=  
ctes, quas instructum, ornatumque isti de uno maxime  
illo uersu Homeri quaerunt: quem Socrates praee omni=  
bus semper rebus sibi esse cordi dicebat.

ὅτιτοι ἐν μεγάροισι κακὸν ἀγαθὸν τε τίτουνται!

Quod M. Varro Cn. Pompeio Consuli primum  
designato, commentarium dedit: quem appellauit ipse  
isagogicum de officio senatus habendi. Caput. VII.



N. Pompeio consulatus primus cum Mar-  
 c. Crasso designatus est. eum magistratum Pom-  
 peius cum initurus foret: quoniam per mi-  
 litiae tempora, senatus habendi, consulendiq; rerum  
 expers humanarum fuit. M. Varronem familiarem  
 suum rogauit: uti commentarium faceret εἰσαγωγικόν,  
 (sic enim Varro ipse appellat,) ex quo disceret, quid  
 facere, diceréq; deberet: cum senatum consuleret. Eum  
 librum commentarium, quem super ea re Pompeio  
 fecerat: perisse Varro ait in literis, quas ad Oppia-  
 num dedit: quæ sunt in libro epistolicarum quæstio-  
 num. IIII. In quibus literis, quoniam quæ ante scri-  
 pserat, non comparebant: docet rursum multa ad eam  
 rem ducentia. Primum ibi ponit, qui fuerint, per quos  
 more maiorum senatus haberi solet, eosq; nominat,  
 DICTAT. COSS. prætor. Tri. pleb. interregem, præ-  
 fec. urbi, neq; alij præter hos ius fuisse dixit facere SE-  
 NAT. CON. Quotiesq; usu uenisset, ut oës isti magi-  
 stratus eodem tempore Romæ essent: tum quo supra or-  
 dine scripti essent: qui eorum prior alijs esset: ei po-  
 tissimum senatus consulendi ius fuisse. Addit deinde  
 extraordinario iure tribunos quoq; militares, qui pro  
 consulibus fuissent. Item Xuiros, quibus imperium  
 consulare tum esset: item III uiros reipu. constituendæ  
 causa creatos, ius consulendi senatum habuisse. Postea  
 scripsit de intercessionibus, dixitq; intercedendi, ne  
 SENAT. CON. fieret, ius fuisse ijs solis, qui eadem  
 potestate, qua ij, qui SENAT. CON. facere uellent, ma-  
 iores uel essent. Tum adscripsit de locis, in quibus SE-  
 NAT. CON. fieri iure posset, docuit, confirmauitq;

nisi in loco per aug. constituto, quod templum appel-  
 laretur: SENAT. CON. factum esset, iustum id non  
 fuisse, propterea & in curia Hostilia, & in Pompe-  
 ia, & post in iulia, cum profana ea loca fuissent: tem-  
 pla esse per aug. constituta, ut in ijs senat. consul. more  
 maiorum iusta fieri possent. Inter quæ id quoq; scri-  
 ptum reliquit, non omnes ædes sacras, templa esse.  
 Ac ne ædem quidem vestæ templum esse. Post hæc  
 deinceps dicit. senat. con. ante exortum, aut post occi-  
 sum solem factum ratum non fuisse. opus etiam cen-  
 sorium fecisse existimatos, per quos eo tempore senat.  
 con. factum esset. Docet deinde inibi multa, quibus die-  
 bus haberi senatum ius non sit, immolareq; hostiã  
 prius, auspiciariq; debere, qui senatum habiturus es-  
 set. De rebus quoq; diuinis prius quã humanis ad se-  
 natum referendũ esse. Tum porro referri oportere, aut  
 infinite de rep. aut de singulis rebus finite. Senat. q;  
 con. fieri duobus modis, aut per discessionem, si con-  
 sentiretur: aut si res dubia esset: per singulorum sen-  
 tentias exquisitas. singulos autem debere consuli gra-  
 datim. Incipi q; a cõsulari gradu: ex quo gradu sem-  
 per quidem antea primum rogari solitum, qui prin-  
 ceps in senatum lectus esset. Tum autem, cum hæc  
 scriberet: nouum morem institutum refert, per ambi-  
 tionem, gratiamq; , ut is primus rogaretur, quem ro-  
 gare uellet: qui haberet senatum, dum is tamen ex gra-  
 du consulari esset. Præter hæc de pignore quoq; ca-  
 piendo disserit, deq; multa dicenda senatori: qui cum  
 in senatum uenire deberet: non adesset. Hæc, & alia  
 quædam id genus in libro, quo supra dixi: M. Varro

epistola ad Oppianum scripta executus est. Sed quod ait senat. con. duobus modis fieri solere, aut conquisitis sententijs, aut per discessionem, parum conuenire uidetur cum eo, quod Atteius Capito in coniectaneis scriptum reliquit. Nam in lib. CCLIX. Tiberonem dicere ait, nullum senat. con. fieri posse, non discessione facta. Quia in omnibus senatus consul. etiã in ijs, quæ per relationem fierent: discessio esset necessaria. Idq; ipse Capito uerum esse adfirmat. sed de hac omni re alio in loco plenius, acuratusq; nos memin scribere.

Quæsitum esse, dissensumq; an præfectus latinarum causa creatus ius Senatus conuocandi, consulendiq; habeat.

Caput VIII.

Ræfec. urbi, latinarum causa relictum, senatum habere posse Mutius negat: quoniam ne senator quidem sit, neq; ius habeat sententiæ dicendæ, cum ex ea ætate præfec. fiat, quæ non sit senatoria. M. autem Varro in. IIII. epistolicarum questionum, & Atteius Capito in coniectaneorum CCLIX. ius esse præfec. senatus habendi dicunt. Deq; ea re ad sensum esse Capitonem Tiberoni contra sententiam Mutij refert. Nanq; & Tribunis inquit, pleb. Senatus habendi ius erat, quanquam senatores non essent ante Atinium plebiscitum.

A V L I G E L L I I N O C T I V M A T T I C A  
R V M C O M M E N T A R I I .

L I B E R X V .

Quod in Quinti Claudij Annalibus scriptum est  
lignum alumine illitum non ardere.

Caput Primum.

d Eclamauerat Antonius Iulianus  
rhetor præterquam semper aliàs;  
tum ueronimum quã delectabili-  
ter, & feliciter. Sunt enim ferme  
scholasticæ istæ declamationes, e-  
iusdem hominis, eiusdemq; facun-  
diæ, non eiusdem tamen quotidie felicitatis. Nos ergo  
familiares eius circûfusi undiq; eum prosequeremur  
domum: cum deinde subeuntes montem Cispium, con-  
spicimus insulam quandam occupatam igni, multis, ar-  
duisq; tabulatis editam, & propinqua iam omnia  
flagrare uasto incendio. Tum quispiam ibi ex comi-  
tibus Iuliani, Magni inquit, reditus urbanorum præ-  
diorum, sed pericula sunt longe maxima. Siquid au-  
tem posset remedij fore, ut ne tam assidue domus Ro-  
mæ arderent: uenum hercle dedissem res rusticas, &  
urbicas emissem. Atqui illi Iulianus læta, ut mos eius  
fuit, inter fabulandum uenustate: si annalem inquit,  
undeuigesimũ Q. Claudij legisse optimi, & synce-  
rissimi scriptoris, docuisset te profecto Archelaus re-  
gis Mithridatis præfectus, qua medela, quãq; soler-  
tia ignem

tia ignem defenderes: ut ne ulla tua ædificatio è ligno, correpta, atq; insinuata flammis arderet. Percuntatus ego sum, quid esset illud mirum Quadrigarij. repetit. In eo igitur libro scriptum inueni, cum oppugnaret L. Sylla in terra Attica, Pireum: & contra Archelaus regis Mithridatis præfectus ex eo oppido propugnaret: turrim ligneam defendendi gratia structam, cum ex omni latere circumplexa igni foret: ardere nõ quisse, qđ ab Archelao alumine oblita fuisset. Verba Quadrigarij ex eo libro hæc sunt:

» Tum Sylla conatus est, & tempore magno eduxit copias: ut Archelai turrim unam, quam ille interposuit: ligneam incenderet. uenit: accessit: ligna subdidit: submouit græcos: ignem admouit: satis sunt diu conati, nunquam quauerunt incendere. Ita Archelaus omnem materiam obliuerat alumine. Quod Sylla, atq; milites mirabantur, & postquam non succendit: reduxit copias.

Quod Plato in libris, quos de legibus composuit: largiores, lætioresq; in conuiuijs inuitatiunculas uini non inutiles esse existimauerit. Cap. II.

X insula Creta quispian ætatem Athenis agens, Platonicum esse se philosophum dicebat: & uiderier gestiebat. Erat autem nihil homo, & rugator, atq; in græca facundie gloria iactabundus. præterea uini libidine adusq; ludibria ebriosus. Is in conuiuijs inuenum, quæ agitare Athenis hebdomadibus lunæ solene nobis fuit: si-

imulatq; modus epulis factus, & utiles, delectabi-  
 lesq; sermones ceperant: tum silentio ad audiendum  
 petito, loqui coeptabat. Atq; id genus uili, & incon-  
 dita uerborum caterua, hortabatur omnes ad biben-  
 dum. Idq; se facere ex decreto Platonico predicabat:  
 tanquam Plato in libris, quos de legibus composuit:  
 laudes ebrietatis copiosissime scripserit: utilemq; eam  
 esse bonis, ac fortibus uiris censuisset. Ac simul inter  
 eiusmodi orationum crebris, & ingentibus poculis  
 omne ingenium ingurgitabat: fomitem esse quendam  
 dicens, & incitabulum ingenij, uirtutisq; si mens, et  
 corpus hominis uino flagraret. Sed enim Plato in pri-  
 mo, & in secundo de legibus, non ut ille nebulo opi-  
 nabatur, ebrietatem istam turpissimam, quae labeface-  
 re, & minuire hominum mentes solet: laudauit. Sed  
 hanc largiorem paulo, iucundiolemq; uini inuitatio-  
 nem, quae fieret sub quibusdam quasi arbitris, &  
 magistris conuiuiorum sobrijs non improbauit. Nam  
 & modicis, honestisq; inter bibendum remissionibus re-  
 fici, integrariq; animos, ad instauranda sobrietatis  
 officia existimauit. reddiq; eos sensim laetiores, atq;  
 ad intentiones rursus capiendas fieri habiliores. Et  
 simul siqui penitus in ijs adfectionum, cupiditatumq;  
 errores inessent: quos aliquis pudor reuerens conce-  
 laret: ea omnia sine graui periculo libertate per ui-  
 num data detegi, & ad corrigendum, medendumq;  
 fieri oportuniora. atq; etiam hoc Plato ibidem di-  
 cit, non defugiendas esse, neq; respuendas huiusmo-  
 di exercitationes, aduersum propulsandam uini uio-  
 lentiam. Neq; ullum unquam continentem prorsus,  
 ac temperantem

ac temperantem satis fideliter uisum esse, cuius uita;  
 uictusq; non inter ipsa errorum pericula, & in me-  
 dijs uoluptatum illecebris explorata sit. Nam cui li-  
 bentia, gratiaq; omnes conuiuiorum incognita sint,  
 quiq; illarum omnino expers sit: si eum forte ad par-  
 ticipandas eiusmodi uoluptates, aut uoluntas tulerit:  
 aut casus induxerit: aut necessitas compulerit: deleni-  
 ri plerunq; , & capi. Neq; mentem, animumq; eius  
 consistere: sed ui quadam noua ictum labascere. Con-  
 grediendum igitur censuit: & tanquam in acie qua-  
 dam cum uoluptarijs rebus, cumq; ista uini licentia  
 comminus decernendum, ut aduersum eas, non fuga  
 sumus tuti, nec abstinentia, sed uigore animi, & con-  
 stanti praesentia, moderatoq; usu, temperantiam, con-  
 tinentiamq; tueamur, & calefacto simul, refotoq; ani-  
 mo, siquid in eo uel frigidae tristitia, uel torpentis ue-  
 recundiae fuerit: diluamus.

Quid M. Cice. de particula ista senserit, scripse-  
 ritq; , quae praeposita est uerbis aufugio, & aufero.  
 Et an in uerbo autumo eadem ista haec praepositio es-  
 se uideri debeat. Caput III.

Egimus librum Ciceronis, qui inscriptus est  
 I Orator. In eo lib. Cicero cum dixisset uer-  
 ba haec aufugio, & aufero, composita qui-  
 dem esse ex praepositione ab, & ex uerbis fugio, & fe-  
 ro, sed eã praepositionem, quo fieret uox pronuntiati,  
 audituq; lenior, uersam, mutatamq; esse in au sylla-

bam, cœptumq; esse dici aufugio, & aufero pro ab-  
fugio, & abfero. Cum hæc inquam ita dixisset: tum  
postea ibidem super eadem particula ita scripsit.

- » Hæc inquit, præpositio, præter hæc duo uerba, nul-  
» lo alio in uerbo reperitur. Inuenimus autem in com-  
mentario Nigidiano uerbum autumo compositum ex  
ab præpositione, & uerbo æstumo, dictumq; interci-  
se, autumo, quasi abæstumo, quod significaret totum  
æstumo, tanquam abnumero. Sed quod sit cum hono-  
re multo dictum P. Nigidij hominis eruditissimi au-  
dacius hoc, argutiusq; esse uidetur, quã uerius. Autu-  
mo enim non id solum significat: sed & dico, & opi-  
nor, & censeo, cum quibus uerbis præpositio ista, neq;  
coherencia uocis, neq; significatione sententiæ conue-  
nit. Præterea uir acerrimæ in studio literarum licen-  
tiæ M. Tullius, non sola esse hæc duo uerba dixisset:  
si reperiri posset ullum tertium. Sed illud magis quæ-  
ri, inspicq; dignum est, uersa ne sit, & mutata ab præ-  
positio in au syllabam propter lenitatem uocis, an po-  
tius au particula sua sit propria origine, & proinde  
ut pleraeq; alia præpositiones à grecis, ita hæc quoq;  
inde accepta sit, sicuti est in illo uersu Homeri.  
αὐέρουσαν ἰδὸν πρῶτα. καὶ ἑσφαξαν, καὶ ἑδερσαν,  
καὶ ἀβρομοὶ ἀνίαχοι.

Historia de Ventidio Basso ignobili homine, quem  
primum de Parthis triumphasse memoriæ traditum est.

Caput IIII.

i N sermonibus nuper fuit seniorum homi-  
num, & eruditorum multos in uetere me-  
moria



moria altissimum dignitatis gradum ascendisse ignobilissimos prius homines, & despicatissimos. Nihil adeo tamen de quoq̄ tantæ admirationi fuit: quantæ fuerunt quæ de Ventidio Basso scripta sunt. Eum pientem fuisse genere, & loco humili, & matrem eius à Pompeio Strabone Pompeij magni patre, bello sociali, quo Asculanos subegit, captam cum ipso esse. Mox triumphante Pompeio Strabone, eum quoq; puerum inter cæteros ante currum Imperatoris sinu matris uectum esse. Post cum adoleuisset: uictum sibi ægre quæsisse: eumq; sordide inuenisse: comparandis mulis, & uehiculis magistratibus, qui sortiti prouincias forent: præbenda publice conduxisse. In isto quæstu notum esse cœpisse C. Cæsari: & cum eo profectum esse in Gallias. Tum quia in ea prouincia satis nauiter uersatus esset: & deinceps civili bello mandata sibi pleraq; impigre, & strenue fecisset: non modo in amicitiam Cæsaris, sed ex ea in amplissimum quoq; ordinem peruenisse. Mox tribunum quoq; plebis, ac deinde prætor. creatum. Atq; in eo tempore iudicatum esse à Senatu hostem cum M. Antonio. Post uero coniunctis partibus, non pristinam tantum dignitatem recuperasse, sed pontificatum, ac deinde consulatum quoq; adeptum esse. Eamq; rem tam intoleranter tulisse Popu. Ro. qui Ventidium Bassum meminerat curandis mulis uictitasse: ut uulgo per uias urbis uersiculi proscriberentur.

Concurrite omnes augures, aruspices,  
Portentum inusitatum conflatum est recens,  
Nam mulos qui fricabat, consul factus est.

Eundem Bassum Suetonius Tranquillus præpositum esse a Mar. Antonio provincijs orientalibus, Parthosq; in Syriam introrumpentes, tribus ab eo prælijs fusos scribit. Eumq; primum omnium de Parthis triumphasse, & morte obita publico funere sepultum esse.

Verbum profligo a plerisq; dici improprie, insciteq;.

Caput

V.

Icut alia uerba pleraq; ignoratione, & inscitia improbe dicentium quæ non intelligant, deflexa, ac deprauata sunt a ratione recta, & consuetudine, ita huius quoq; uerbi, quod est profligo, significatio uersa, & corrupta est. Nam cum ab adfligendo, & ad perniciem, interitumq; deducendo inclinatum id, tractumq; sit: semperq; co uerbo, qui diligenter locuti sunt: ita usi sint, ut profligare dicerent, prodigere, & deperdere, profligatasq; res, quasi proflictas, & perditas appellarint: nunc audio ædificia, & templa, & alia ferè multa, quæ prope absoluta, adfectaq; sunt, in profligato esse dici, ipsaq; esse iam profligata. Quapropter urbanissime respondisse præ. non indoctum uirum barbatulo cuidam, ex aduocatorum turba Sulpitius Apollinaris in quadam epistola scriptum reliquit. Nam cum ille inquit, rabula audaculus, ita postulasset, uerbaq; ita fecisset: omnia V. CLSS. negotia, de quibus te cogniturum esse hodie dixisti: diligentia, & uelocitate tua profligata sunt. unum id solum relictum est, de quo rogo audias. Tum præ. satis ridicule, an illa negotia, de

tia, de quibus iam cognouisse me dicis, profligata sine, equidem nescio. Hoc autem negotium, quod in te incidit, proculdubio, siue id audiam, siue non audiam: profligatum est. Quod significare autem uolunt, qui profligatum dicunt, ij, qui latine locuti sunt, non profligatum, sed affectum dixerunt: sicut Mar. Cic. in oratione, quam habuit de prouincijs consularibus. eius uerba hæc sunt. Bellum adfectum uidemus, & uere ut dicam, penè confectum. Item infra. Nam ipse Cæsar quid est, quod in ea prouincia commorari uelit, nisi ut ea, quæ per eum affecta sunt: perfecta Reipu. tradat? Idem Cicero in æconomico. Cum uero affecta iam propè æstate, uinas à sole mitescere tempus est.

In libro M. Cice. de gloria secundo, manifeste est erratum in ea parte, in qua scriptum est super Hectore, & Aiace. Caput VI.

i In libro M. Tullij, qui est secundus de gloria, manifestus error est non magnæ rei.

Quem errorem esse possit cognoscere non aliquis eruditorum: sed qui tantum legerit ὁ μὴ ποῦ τὸ ἦ. Quamobrem non tam id mirabamur errasse in eam rem M. Tullium quam non esse animaduersum hoc postea, correctumq; uel ab ipso, uel à Tirone liberto eius diligentissimo homine, & librorum patroni sui studiosissimo. Ita enim scriptum in eolibro est apud eundem poetam, Ajax cum Hectore congregiens depugnandi causa agit, ut sepeliatur:

A. GEL.

- si sit forte uictus. Declaratq; se uelle ut suum tumu-  
lum, multis etiã post seculis prætereuntes sic loquãtur.
- » Hic situs est, uitæ iam pridem lumina linquens,
  - » Qui quondam Hectoreo percussus concidit ense.
  - » Fabitur hoc aliquis. mea semper gloria uiuet.

Huius autem sententiæ uersus, quos Cicero in linguam latinam uertit: non Ajax apud Homerum dicit: neq; Ajax agit, ut sepeliatur: sed Hector dicit, & Hector de sepultura agit, prius quàm sciat, an secum depugnandi causa congressurus sit Ajax.

ἄνδρως μὲν τόδ' ὄψμα πάλαι κατὰ τεθνεώτος  
ὄν ποτ' ἄριστόντα κατέτανε φαιδίμος ἕκτωρ  
ὡς ποτ' ἴτις ἔρεα. τὸ δ' ἐμὸν κλέος ὄν ποτ' ὀλείται.

Observatum esse in senibus, quod annũ ferè æta-  
tis tertium, & sexagesimum agant, aut laboribus,  
aut interitu, aut clade aliqua insignitum. Atq; ini-  
bi super eadem obseruatione exemplum appositum  
Epistolæ diuini Augusti ad Caium filium. Cap. VII.

Observatum in multa hominum memoria,  
o expertumq; est in senioribus plerisq; omni-  
bus sexagesimum tertium uitæ annum cum  
periculo, & clade aliqua uenire, aut corporis, mor-  
biq; grauioris, aut uitæ interitus, aut animi ægritu-  
dinis. Propterea qui rerum, uerborumq; istiusmodi  
studio tenentur: eum ætatis annum appellant κλιμα  
πριουόν. Nocte quoq; ista proxima superiore cum li-  
brum epistolarum D. Augusti, quas ad C. nepotem  
suum scripsit: legeremus: duceremurq; elegantia ora-  
tionis,

tionis, neq; morosa, neq; anxia: sed facili hercle, & simplici: id ipsum in quadam epistola super eodem anno scriptum offendimus. Eiusq; epistolæ exemplum hoc est. IX. Calen. Octobres, Ave mi Cai, meus Ocellus iucundissimus, quem semper medius fidius desidero, cū a me abes. sed præcipue diebus talibus, qualis est hodiernus, oculi mei requirunt meum Caium: quem ubicunq; hoc die fuisti: spero letum, & benevalentem celebrasse quartum & sexagesimum natalem meum: nam ut uides καὶ μακτῦρα communem seniorum omnium tertium & sexagesimum annum euasimus. Deus autem oro, ut mihi quantumcunq; superest temporis: id saluis uobis traducere liceat, in statu REI p. felicissimo ἀνδοραβούτων ὑμῶν, καὶ διαδεχομένων.

Locus ex oratione Phauorini ueteris oratoris de coenarum, atq; luxuriæ exprobratione: qua usus est, cum legem liciniam de sumptu minuendo suasisit.

## Caput VIII.

Um legremus orationem ueterem Phauorini, non indiserti uiri, quam orationem totam ut meminisse possemus: odio esse hercle istiusmodi sumptus, atque uictus perdidicimus. Verba, quæ adposuimus Phauorini, hæc sunt. Prefecti popinæ, atq; luxuriæ negant coenam lautam esse, nisi cum libentissime edis: tum auferatur, & alia esca melior, atq; amplior succenturietur. Is nunc flos cœnæ habeatur inter istos, quibus sumptus, & fastidium pro facetijs procedit. Qui negant ullam auem,

» præter ficedulam, totam comesse oportere. Cæterarum  
 » auium, atq; altiliū, nisi tantum apponatur, ut a' clu-  
 » niculis, inferiori parte saturi fiant: conuiuium putāt  
 » inopia sordere. Superiorem partem auium, atq; alti-  
 » lium, qui edunt: eos palatum non habere. Si pro por-  
 » tione crescit luxuria: & debere epulas crescere.  
 » Videte quid relinquatur, nisi ut delibari sibi cœnas iu-  
 » beant: ne edendo defatigentur: quando stratus auro,  
 » argento, purpura, amplior aliquot hominibus, quam  
 » dijs immortalibus adornantur.

Quod Cæcilius poeta frontem genere uirili, non  
 poetice, sed cum probatione, & cum analogia ap-  
 pellauit. Caput IX. (psit.

Ere, ac diserte Cæcilius hoc in subditio scri-  
 » u Nam ij sunt inimici pessimi fronte hilario,  
 » Corde tristi, quos, neq; ut adprehendas, neq;  
 » ut mittas, scias.

Hos ego uersus, cum de quodam istiusmodi homine ser-  
 mones essent, in circulo forte iuuenum eruditorum di-  
 xi. Tum de grammaticorum uulgo quispiam nobis-  
 cum ibi adstans non sane ignobilis, Quanta inquit  
 licentia, audaciaq; Cæcilius hic fuit: cum fronte hila-  
 ro, non fronte hilare dixit: & tam immanem solœ-  
 cismum nihil ueritus est. Immo inquam potius nos,  
 & quā audaces, & quam licentes sumus: qui frontem  
 improbe, indocte q; non uirili genere dicimus: cum &  
 ratio proportionis, que analogia appellatur, & ue-  
 terum authoritas, non hanc, sed hunc frontem debe-  
 re dici suadeant. Quippe M. Cato in quinta originū,

ita scripsit. Postridie signis collatis, equo fronte, pe-  
ditatu, equitibus, atq; alijs cum hostium legionibus pu-  
gnavit. Recto quoq; fronte idem Cato, eodem in li-  
bro dicit. At ille semidoctus grammaticus. Missas in-  
quit, authoritates facias: quas quidem ut habeas, pos-  
se fieri puto. Sed rationem dic, quam non habes. Atq;  
ego his eius uerbis, ut tum ferebat ætas, irritator, au-  
di inquam mi magister rationem, falsam quidem, sed  
quam redarguere falsam esse tu non queas. Omnia  
inquam uocabula tribus literis finita, quibus frons fi-  
nitur, generis masculini sunt, si in genituo quoq; ca-  
su eadem syllaba finiatur, ut mons, pons, frons. At  
ille contra renitens, audi inquit, discipule plura a-  
lia consimilia, quæ non sint generis masculini. Pete-  
bant ibi omnes, ut uel urum statim diceret. Sed cum  
homo uultum intorqueret: & non hisceret: coloresq;  
mutaret: tum ego intercessi, & uade inquam nunc,  
& habeto ad requirendum. XXX. dies. Postquam in-  
ueneris: repetes nos. Atq; ita hominem nulli rei, ad in-  
dagandum uocabulum, quo rescinderet finitionem fi-  
ctam dimisimus.

De uoluntario, & admirando interitu uirginum  
Milestarum. Caput X.

Lutarchus in librorum, quos περι τοχῆς  
P inscripsit primo, cum de moribus dissi-  
ret in animos hominum incidentibus: uirgi-  
nes dixit, milesij nominis, ferme quot tum in ea ciui-  
tate erant: repente sine ulla euidenti causa, uolunta-  
tem coepisse obeundæ mortis. Ac deinde plurimas ui-  
tam suspendio amisisse. id. cum accideret in dies cre-

brius: neq; animis earum mori perseverantium medicina adhiberi quiret: decreuisse Milesios, ut uirgines, quæ corporibus suspensis demortuæ forent: ut eæ omnes nudæ cum eodem laqueo, qui essent præuinctæ: esserentur. Post id decretum uirgines uoluntariam mortem non petisse, pudore solo deterritas tam in honesti funeris.

Verba sena. con. de exigendis urbe Roma Philosophis. Item uerba edicti cens. quo improbat, & coerciti sunt, qui disciplinam rhetoricam instituerent, & exercere Romæ cœperant.

## Caput XI.

Fānio Strabone M. Valerio Messala COSS.  
 C. sena. con. de philosophis, & rhetoribus latinis factum est M. Pomponius præet. senat. consuluit: quod uerba facta sunt de philosophis, & de rhetoribus, D. E. R. I. C. ut M. Pomponius præet. animaduerneret, curaretq; uti ei e' re p. fideque sua uideretur, uti Romæ ne essent. Aliquot deinde annis post id senat. con. Cn. Domitius Aenobarbus, & L. Licinius Crassus cens. de coercendis rhetoribus latinis,  
 » ita edixerunt. Renuntiatum est nobis esse ho-  
 » mines, qui nouum genus discipline instituerunt. Ad  
 » quos iuuentus in ludum conueniat: eos sibi nomen im-  
 » posuisse Latinos rhetoras. Ibi hoies adolescentulos di-  
 » es totos desiderare. Maiores nostri quæ liberos suos disce-  
 » re, & quos in ludos itare uellent: instituerunt. Hæc no-  
 » ua, quæ præter consuetudinē, ac morē maiorū sunt,



neq; placent, neq; recta uidentur. Quapropter  
 ijs, qui eos ludos habent: Et ijs, qui eo uenire con-  
 fuerunt: uisum est faciendum: ut ostenderemus no-  
 stram sententiam, nobis non placere. Neq; illis solū  
 temporibus nimis rudibus, nec dum græca disciplina  
 expolitis philosophi ex urbe Roma pulsi sunt: uerum  
 etiam Domitiano imperate, senat. con. eieci, atq; urbe,  
 Et Italia interdicti sunt. Qua tempestate Epictetus  
 quoq; philosophus propter id senat. con. Roma decessit.

Locus ex oratione Gracchi de parsimonia, ac de  
 pudicitia sua memoratissimus.

Caput XII.

Gracchus, cum ex Sardinia redijt: oratio-

C. nem ad populum in concione habuit. ea uer-

ba sunt hæc. Versatus sum inquit, in pro-

uincia, quomodo ex usu uestro existimabam esse: non

quomodo ambitioni meæ conducere arbitrabar. nul-

la apud me fuit popina: neq; pueri eximia facie sta-

bant: sed in conuiuio liberi uestri modestius erāt quā

apud principem. Post deinde hæc dicit. Ita uersatus

sum in prouincia, ut nemo posset uere dicere assem,

aut eo plus in muneribus me accepisse: aut mea opera

quempiam sumptum fecisse. Biēnium fui in prouin-

cia, si ulla meretrix domum meam introiuit: aut cu-

iusquam seruulus propter me sollicitatus est: omnium

nationum postremissimum, nequissimumq; existima-

tote. Cum a seruis eorum tam caste me habuerim: in

de poteritis consyderare: quomodo me putetis cum li-

beris uestris uixisse, atq; ibi ex interuallo. Itaq; in-

- » quit quiritēs, cum Roma profectus sum, Zonas, quas
- » plenas argenti extuli: eas ex prouincia inanes retu-
- » li. Alij uini amphoras, quas plenas tulerunt: eas ar-
- » gento plenas domum reportauerunt.

De uerbis inopinatis, quæ utroq; uersum dicuntur, & a grammaticis communia uocantur.

## Caput XIII.

utor, & uereor, & hortor, & consolor communia uerba sunt, ac dici utroque uersum possunt, uereor te, & uereor abs te, idest tu me uereris: utor te, & utor abs te, idest tu me uteris: hortor te, & hortor abs te. i. tu me hortaris: consolor te, & consolor abs te. i. tu me consolaris. testor quoq; & interpretor significatione reciproca dicuntur. Sunt autem uerba hæc omnia ex altera parte inusitata. Et an dicta sint in eam quoq; partem quæri solet. Afranius in consobrinis.

- » Hem hisco parentum est uitabilis liberis,
  - » Vbi malunt metui quam uereri se suis.
- Hic uereri ex ea parte dictum est, qua est non usitatior. Nouius in ligararta liciniaria uerbum, quod est utitur, ex contraria parte dicit.
- » Quia supellex multa, quæ non utitur, emitur tamen.
  - » Idest quæ usui non est. M. Cato in quinta origine, exercitum inquit, suum pransum paratum cohortatum
  - » eduxit foras, atq; instruxit. Consolor quoq; in partem alteram, præterquam dici solitum est in epistola Q. Metelli, quam cum in exilio esset, ad Cn. & ad L. Domitios dedit, ac cum animum inquit, uestrum er-

quia me uideo uehementer consolor, & fides uirtusq; ue-  
 stra mihi ante oculos uersatur. Testata itidem, & in-  
 terpretata eadem ratione dixit M. Tullius in pri-  
 mo libro de diuinatione, ut testor, interpretorq; uer-  
 ba communia uideri debeant. Sallustius quoq; eodem  
 modo dilargitis proscriptorum bonis dicit, tanquam  
 uerbum largior sit ex uerbis communibus. Veritum  
 autem sicut puditum, & pigritum, non personaliter  
 per infinitum modum dictum esse, non a uetustiori-  
 bus tantum uidemus, sed a M. quoq; Tullio in secun-  
 do de finibus. Primum inquit, Aristippi Cyre-  
 naicorumq; omnium, quos non est ueritum in ea uo-  
 luptate, quæ maxima dulcedine sensum moueret: sum-  
 mum bonum ponere. Dignor quoq;, & ueneror,  
 & confiteor, & testor, habita sunt in uerbis commu-  
 nibus, sicut illa in Virgilio dicta sunt.

Coniugio Anchisa ueneris dignate superbo,      &  
 -Cursusq; dabit uenerata sacerdos

Confessi autem æris, de quo facta confessio est, in. XII.  
 tabulis scriptum est his uerbis. Aëris confessi, rebusq;  
 iudicatis. XXX. dies iusti sunt. Item ex iisdem tabulis  
 id quoq; est. Quæ si erit testator, libripens uel fuerit  
 in testimonium feriatur improbus, intestabilisq; esto.

Quod Metellus Numidicus figuram orationis nouam, ex orationibus græcis mutuatus est.

Caput XIII.

a Pud Q. Metellum Numidicum in lib. ac-  
 cusationis in Valerium Messalam tertio noue  
 dictum esse adnotauimus. Verba ex oratio-

A. GEL.

ne eius hæc sunt. Cum sese sciret in tantum crimen uenisse: atq; socios ad Senatum quæstum fientes uenisse: sese maximas pecunias exactas esse. pecunias se maximas exactas id nobis uidebatur græca figura dictum. Græci enim dicunt εἰς ἄπασα τὸ με ἀπὸ πρῶτον. Id significat exegit me pecuniam: quod si id dici potest, etiam exactus esse aliquis pecuniam dici potest. Cælius quoq; eadem figura in hypobolimeo Aeschiano usus uidetur.

- » Ego illud minus nihilo exigor portorium.  
Idest nihilo minus exigitur de me portorium.

Passis uelis, & passis manibus dixisse ueteres, non a uerbo suo, quod est patior, sed ab alieno, quod est pando.

Caput. XV.

B eo, quod est pando passum ueteres dixerunt: non pansum, & cum præpositione ex passum, non expansum. Cælius in Synaristusis.

- » Heri uero prospexisse eum se ex tegulis,
- » Hæc nuntiasse, & flammæum expassum domi.  
Capillo quoq; esse mulier passo dicitur, quasi porrecto, & expanso, & passis manibus, & uelis passis dicimus: quod significat diductis, atq; distentis. itaq; Plautus in milite glorioso a litera in e mutata, per compositi uocabuli morem dispassis dicit, pro eo quod est dispassis.
- » Credo ego istoc exemplo tibi esse eundum extra
- » Portam dispassis manibus patibulum cum habebis.

De nouo

## De nouo genere interitus Crotoniensis Milonis.

Caput XVI.

*m* Ilo Crotoniensis athleta Illustris, quem in Chronicis scriptum est olympiade prima coronatum esse: exitum habuit uitæ miserandum, & mirandum. Cum iam nata grandis artem athleticam desisset: iterq; faceret forte solus in locis Italiae syluestribus: quercu uident proxime uiam, patulis in parte media ramis hiantem. Tum experiri (credo) etiam tunc uolens, an ullæ sibi reliquæ uires adessent: immixtis in caernas arboris digitis, diducere, & rescindere quercum conatus est. Ac mediam quidem partem discidit, diuellitq;. Quercus autem in duas diducta partes, cum ille quasi perfecto, quod erat connixus, manus laxasset: cessante ui, redijt in naturam: manibusq; eius retentis, inclusisq; stricta denuo, & cohesa dilacerandum hominem feris præbuit.

Quam ob causam nobiles pueri Atheniensium sibi canere desierint, cum patrium istum morem canendi haberent. Caput XVII.

*a* Labiades Atheniensis, cum apud amicum Periclem puer, artibus, ac disciplinis liberalibus erudiretur: & arcessi Pericles Antigenidam Tibicinem iussisset, ut eum canere Tibijs, (quod honestissimum tum uidebatur) doceret: traditas sibi tibias cum ad os adhibuisset; inflassetq;, pudofactus oris deformitate, abiecit, infre-

grūq; Ea res cum percrebuiſſet: omnium tum Athe-  
niensium conſenſu diſciplina tibijs canendi deſita eſt.  
ſcriptum hoc eſt in commentario Pamphile nono &  
uigeſimo.

Quod pugna belli civilis, uictoriaq; C. Caſaris,  
quā uicit in pharſalicis campis, nuntiata, prædictaq;  
eſt per cuiuſdam Cornelij ſacerdotis uaticinium, eo-  
dem ipſo die in Italia Patauij. Cap. XVIII.

Vo C. Caſar, & Cn. Pompeius die civile  
q bellum ſignis collatis in Theſſalia conſixe-  
runt, res accidit Patauij in traſpadana Ita-  
lia, memoria digna. Cornelius quidam ſacerdos  
& loco nobilis, & ſacerdotij religionibus ueneran-  
dus, & aſtute uitæ ſanctus, repente mota mente cō-  
ſpicere ſe procul dixit pugnam acerrimam pugna-  
ri. Ac deinde alios cedere, alios urgere, cædem, fu-  
gam, tela uolantia, inſtaurationem pugnae, impres-  
ſionem genitus, uulnera. perinde ut ſi ipſe in prælio  
uerſaretur, coram uidere ſeſe uociſeratus eſt. Ac po-  
ſtea ſubito exclamauit Caſarem uiciſſe. At Cornelij  
ſacerdotis ariolatio leuis tum quidem uifa eſt, & ue-  
cors, magnæ mox admirationi fuit, quod non modo  
pugnae dies, quæ in Theſſalia pugnata eſt: neq; præ-  
lij exitus, qui erat prædictus: idem fuit: ſed omnes  
quoq; pugnandi reciproce uices, & ipſa exercituum  
duorum conſictatio uaticinantis motu, atq; uerbis re-  
præſentata eſt.

Verba M. Varronis memoria digna ex ſatyra,  
quæ inſcribitur

quæ inscribitur περί ἰσομῶτων. Cap. XIX.

Non paucissimi sunt, in quos potest conuenire id, quod M. Varro dicit in satyra, quæ inscribitur περί ἰσομῶτων, uerba hæc sunt. Si quantum operæ sumpsisti, ut tuus pistor bonum faceret panem: eius duodecimam philosophiæ dedisses: ipse bonus iam pridem esses factus. Nunc illum qui norunt: uolunt emere millibus centum. Te qui nouit: nemo centussis.

Notata quædam de Euripidis poetæ genere, uita, moribus, deq; eiusdem fine uitæ. Cap. XX.

Euripidis poetæ matrem Theopompus agrestia olera uendentem uictum quæsisse dicit. Patri autem eius, nato illo, responsum est à Chaldæis, eum puerum, cum adoleuisset: uictorem in certaminibus fore. Id ei puero fatum esse, pater interpretatus: athletam debere esse, roborato, exercitatoq; filij sui corpore Olympiam certaturum eum inter Athletas pueros deduxit. Ac primo quidem in certamen per ambiguam ætatem receptus non est. Post Eleusinio, & Thesco certamine pugnavit, & coronatus est. Mox à corporis cura ad excolendi animi studium transgressus, auditor fuit Physici Anaxagoræ, & rhetoris Prodicij. In morali autem philosophia, Socratis. Tragœdiam scribere natus annos duodeuiginti adortus est. Philochorus refert in insula Salamine speluncam esse tetram, & hor-

A. GEL

vidam, quam nos vidimus, in qua Euripides tra-  
gœdias scriptitarit. Mulieres fere omnes in maio-  
rem modum exosus fuisse dicitur. siue quod natura  
abhorruit a mulierum cœtu: siue quod simul duas  
uxores habuerat: cum id decreto ab Atheniensibus fa-  
cto ius esset: quarum matrimonij pertædebat. Eius odij  
in mulieres Aristophanes quoq; meminit

ἐν ταῖς προτέραις θεομοροριαζούσαις

In his uersibus.

νῦν δ' αὖ ἀπάσαισι παραινῶ, καὶ λέγω.  
τοῦτον κολάσαι τὸν ἄνδρα πολλῶν οὐνεκα.  
ἄγρια γὰρ τινὰ ὧ γυναικες δοῶτε, ἐν ἀργείοις  
τοῖς λαχάνοις αὐτὸς πραφεῖς.

Alexander autem Aetolus hos de Euripide uersus  
composuit.

ὁ δὲ ἀναξαγόρου πρόφιμος ἀρχαίου.  
εὐφρόνης γὰρ ἐμοί γε εἶοικε προσειπεῖν  
καὶ μισογέλωσ καὶ τωβάζειν. οὐδὲ πάροινον  
μεμαθηνῶς. ἄλλοτι γράφαι τοῦτ' ἄν.  
μέλιτος καὶ σειρήνων ἐτεταύχει.

Is, cum in Macedonia apud Archelaum Regem esset:  
utereturq; eo rex familiariter: rediens nocte ab eius cœ-  
na, canibus a quodam æmulo immixtis dilaceratus est,  
Et ex his uulneribus mors secuta est. Sepulchrū au-  
tem eius, Et memoriam Macedones eo dignati sunt  
honore: ut in gloria quoq; loco prædicarent.

οὐποτε σὸν μνήμα εὐριπίδης ὄλετο ποῦ.

Quod egregius poeta morte obita sepultus in eo-  
rum terra foret. Quamobrem cum legati ad eos ab  
Atheniensibus missi petissent: ut ossa Athenas in ter-  
ram illius



ram illius patriam permitterent transferri: maximo consensu Macedones in ea re deneganda perstiterunt.

Quod a poetis Iouis filij prudentissimi, humanissimiq; Neptuni autem inhumanissimi, & ferocissimam traduntur.

Caput XXI.

**P**restantissimos uirtute, prudentia, uiribus Iouis filios poetæ appellauerunt: ut Acacum, & Minoa, & Sarpedona: ferocissimos, & immanes, & alienos ab omni humanitate tanquam e mari genitos, Neptuni filios dixerunt, Cyclopa, & Ceriona, & Lestrygonas.

Historia de Sertorio duce, deq; astu eius, commentum eiusq; simulamentis, quibus ad barbaros milites continendos, conciliandosq; sibi utebatur. Cap. XXII.

**S**ertorius uir acer, egregiusq; Dux, & utendi, regendiq; exercitus peritus fuit. Is in temporibus difficillimis mentiebatur ad milites si mendacium prodesset: & literas compositas pro ueris legebat, & somnium simulabat: & falsas religiones conferebat, siquid istæ res eum apud militum animos adiutabant. Illud adeo Sertorij nobile est, Cerua alba eximie pulchritudinis, & uinacissime celeritatis a Lusitano ei quodam dono data est. Hanc sibi oblatam diuinitus, & instinctam Dianæ numine, colloqui secum, monereq; & docere, quæ utilia factu essent: persuadere omnibus instituit. Ac siquid durius

uidebatur, quod imperandum militibus foret: a cerua sese monitum prædicabat. Id cum dixerat uniuersi tanquam si Deo: libentes parebant. Ea cerua quodã die, cum incurſio eſſet hoſtium nuntiata: feſtinatione, ac tumultu conſternata in fugam ſe prorupit: atq; in palude proxima delituit: & poſtea requeſita, periſſe creditã eſt. Neq; multis diebus poſt, inuentã eſſe ceruã Sertorio nuntiatũ. Tum qui nuntiauerat: iuſſit tacere. Ac necui palã diceret: interminatus eſt. Præcepitq; ut eam poſtero die repente in eum locum, in quo ipſe cum amicis eſſet: immitteret. Admiſſis deinde amicis poſtridie, uisum ſibi eſſe ait in quiete, ceruã, quæ perierat: ad ſe reuerti. Et ut prius conſueuerat, quod opus eſſet factũ: prædicare. Tum Sertorio quod imperauerat ſignifi. ante: cerua emiſſa in cubiculum Sertoriũ introrupit. Clamor factus, & orta admiratio eſt. Ea q; hominum barbarorum credulitas Sertorio in magnis rebus magno uſui fuit. Memoriae proditum eſt ex ijs nationibus, quæ cum Sertorio faciebant: cum multis prælijs ſuperatus eſſet: neminem unquam ab eo deſciuiſſe, quanquam id genus hominum eſſet mobiliffimum.

De ætatibus historicorum nobilium Hellenicã, Herodoti, & Thucydidiſ. Caput XXIII.

Hellenicus, Herodotus, Thucydides hiftoriæ ſcriptores in iſdem temporibus fere laude ingenti floruerunt. Et non nimis longe diſtantibus fuerunt ætatibus. Nam Hellenicus in initio belli

tio belli Peloponnesiaci fuisse, quinque & sexaginta annos natus uidetur: Herodotus tres & quinquaginta: Thucydides quadraginta. Scriptum hoc in libro. XI. Pamphile.

Quid vulgatus Edigitus in libro, quem de poetis scripsit, de comicis latinis iudicabit.

Caput

XXIII.

Edigitus in libro, quem scripsit de poetis, quid de iis sentiat, qui comœdias fecerunt: & quem præstare ex omnibus cæteris putet: ac deinceps quo quenque in loco, & honore ponat: his uersibus suis demonstrat.

- » Multos incertos certare hanc rem uidimus:
- » Palmam poetæ comico cui deferant:
- » Eum, me iudice, errorem dissoluam tibi:
- » Ut contra si quis sentiat: nihil sentiat.
- » Cælio palmam statuo de comico.
- » Plautus secundus facile exuperat cæteros.
- » Dein Næuius qui seruet, pretio in tertio est.
- » Siquid quarto detur: dabitur Licinio.
- » Post insequi Licinium facio Attilium.
- » In sexto consequitur hos Terentius.
- » Turpilius septimum, Trabea octauum obtinet!
- » Nonno loco esse facile facio Luscium.
- » Decimum addo antiquitatis causa Ennium.

De uerbis quibusdam nonis, quæ in Cn. Matij Mimiambis offenderamus. Caput XXV.

N. Matius uir eruditissimus in Mimiambis suis non absurde, neque absone finxit re-

A. GEL.

centatur, pro eo, quod græci dicunt ἀναγεῖν καὶ,  
Versus, in quibus hoc uerbum est, hi sunt.

- » Iam iam albicassit phœbus, & recentatur
  - » Commune lumen hominibus, & uoluptas.
- Idem Matus in hisdem mimiambis, edulcare dicit,  
quod est dulcius reddere in his uersibus.
- » Quapropter edulcare conuenit uitam:
  - » Curasq; acerbis sensibus gubernare.

Quibus uerbis Aristoteles philosophus definiere  
syllogismum, eiusq; definitionis interpretamentum uer-  
bis latinis factum. Caput XXVI.

Aristoteles quid syllogismus esset, his uerbis  
definiuit, λόγος ἐν ᾧ τινῶν τινῶν ἐτεροῦ  
τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει διὰ  
τῶν κειμένων. Eius definitionis nō uidebatur  
habere incommode interpretatio facta hoc modo. Syl-  
logismus est oratio, in qua consensus quibusdam, & cō-  
cessis, aliud quid, quàm quæ concessa sunt: per ea, quæ  
concessa sunt: necessario conficitur.

Quid sint comitia calata, quid Curiata, quid cen-  
turiata, quid tributa, quid consilium. Atq; inibi quæ-  
dam eiusmodi. Caput XXVII.

- In libro Lælij Felicis ad Q. Mutium pri-  
mo scriptum est, Labeonem scribere calata  
comitia esse, quæ pro collegio ponti haben-  
tur, aut regis sacrorum, aut flaminum, inaugurando-  
rum causa.

rum causa. Eorum autem alia esse curiata, alia centu-  
riata. Curinata per lictores curiatim calari, id est con-  
uocari, centuriata per cornicinem. Hisdem comitijs, quæ  
calata appellari diximus, & sacrorum detestatio,  
& testamenta fieri solebant. Tria enim genera testa-  
mentorum fuisse accepimus. Vnum, quod calatis comi-  
tijs in concione populi fieret: alterum in procinctu, cū  
uiri ad prælium faciendum in aciem uocabantur. Ter-  
tium per familie emancipationem, cui æs, & libra  
adhiberetur. In eodem Lælij Felicis libro hæc scri-  
pta sunt. Is, qui non uniuersum populum, sed partem  
aliquam adesse iubet: non comitia, sed consilium edi-  
cere debet. Tribuni autem neq; aduocant patricios,  
neq; ad eos referre de re ulla possunt. Ita ne leges  
quidem proprie, sed plebiscita appellantur, quæ trib-  
pleb ferentibus accepta sunt. Quibus rogationibus an-  
te patritij nõ tenebatur, donec Q. Hortensius DICT.  
eam legem tulit, ut coiure, quod plebes statuisset: oēs  
Quirites teneretur. Item in eodem libro hoc scriptum  
est. Cum ex generibus omnium suffragium feratur:  
curiata comitia esse. Cum ex censu, & ætate, centuria-  
ta. Cum ex regionibus, & locis, tributa. Centuriata au-  
tem comitia intra pomerium fieri nefas esse: quia exer-  
citum extra urbem imperari oporteat: intra urbem  
imperari ius non sit. Propterea centuriata in campo  
Martio haberi, exercitumq; imperari præsidij causa  
solitum, quoniam populus esset in suffragijs ferendis  
occupatus.

Quod errauit Cor. Nepos, cum scripsit Ciceronem  
 tres & uiginti annos natum causam pro Sex. Roscio  
 dixisse. Caput XXVIII.

Or. Nepos & rerum memorie non indili-  
 gens, & M. Ciceronis, ut qui maxime ami-  
 cus, familiarisq; fuit. Atq; is tamen in pri-  
 mo librorum, quos de uita illius composuit: errasse ui-  
 detur: cum eum scripsit tres & uiginti annos natum  
 primam causam iudicij publici egisse. Sex. q; Roscium  
 paricidij reum defendisse. Diuumeratis quippe an-  
 nis a Q. Cæpione, & Q. Serrano, quibus COSS.  
 ante diem. III. nonas Ianuar. M. Cicero natus est, ad  
 M. Tullium, & Cn. Dolobellam, quibus COSS.  
 causam priuatam pro Quintio apud Aquilium Gal-  
 lum iudicem dixit sex & uiginti anni reperiuntur.  
 Neq; dubium est, quin post annum, quam pro Quin-  
 tio dixerat, Sex. Roscium reum paricidij defende-  
 rit: annos iam septem & uiginti natus L. Sylla Fe-  
 lice, & Q. Metello Pio COSS. In qua re etiam Fene-  
 stellam errasse Pedianus Asconius animaduertit, quod  
 eum scripserit, sexto uigesimo ætatis anno pro Sex.  
 Roscio dixisse. Longior autem Nepotis, quam Fenestel-  
 læ error est: nisi quis uult in animum inducere, stu-  
 dio amoris, & amicitie adductum, amplificandæ ad-  
 mirationis gratia, quadriennium Nepotem suppres-  
 sisse, ut M. Cice. orationem florentem dixisse pro Ro-  
 scio admodum adolescens uideretur. Illud adeo ab  
 utriusq; oratoris studiosis animaduersum, & scriptum  
 est: quod Demosthenes, & Cicero pari ætate illu, ris-

simas orationes in causis dixerint. Alter, κατὰ ἀποτίωρος, καὶ κατὰ τιμοφάτους, septem & uiginti annos natus, alter anno minor pro P. Quintio septimo & uigesimo pro Sex. Roscio. Vixerunt quoque non nimis numerum annorum diuersum. Alter treis, & sexaginta annos, Demosthenes. LX.

Quali figura orationis, & quā noua L. Piso annalium scriptor usus sit. Caput XXIX.

Vae istae in loquendo figurae notae, satis uisitataeque sunt. Mihi nomen est Iulio: & mihi nomen est Iulij. Tertiam figuram nouam hercle reperi apud Pisonem in secundo Annalium. Verba Pisonis haec sunt. L. Tarquinium collegam suum, quia Tarquinium nomen esset, metue-  
re. Eumque orat, uti sua uoluntate Romam contendat. Quia Tarquinium inquit, nomen esset. Hoc perinde est, tanquam si ego dicam. mihi nomen est Iulij.

Vehiculum, quod petorritum appellatur, cuius linguae uocabulum sit Graecae an Gallicae.

Caput XXX.

Vi ab alio genere uitae detricti iam, & retorridi ad literarum disciplinas serius aduent: si forte ydem garruli natura, & subargutuli sunt, oppido quam fiunt in literarum ostentatione inepti, & friuoli. Quod genus profecto ille homo est, qui de petorritis nuper argutissimas nu-

gas dixit. Nam, cum quæreretur petorritum quali  
 forma uehiculum, cuiatisq; lingue uocabulum esset:  
 Et faciem uehiculari ementitus est longe alienam, fal-  
 samq;: Et uocabulum græcum esse dixit. Atq; id si-  
 gnificare uolucres rotas interpretatus est. Commuta-  
 taq; una litera petorritum esse dictum uolebat, quasi  
 petorrotum. Scriptum etiam hoc esse a Valerio Pro-  
 bo contendit. Ego, cum Probi multos admodum com-  
 mentationum libros inquisierim: neque scriptum in  
 his inueni, nec usquam alioquin Probum scripsisse cre-  
 do. Petorritum enim est non ex græca dimidiatum,  
 sed totum transalpibus factum, nam est uox gallica.  
 Inscriptum est in libro M. Varronis XIII rerum  
 diuinarum. Quo in loco Varro, cum de petorrito di-  
 xisset: esse id uerbum gallicum, lanceam quoq; dixit  
 non latinum, sed hispanicum uerbum esse.

Quæ uerba legauerint Rhodij ad hostium, ducem  
 Demetrium, cum ab eo obsiderentur super illa incly-  
 ta Ialysi imagine. Cap. XXXI.

Hodum insulam celebritatis antiquissimæ,  
 oppidumq; in ea pulcherrimum, ornatissi-  
 mumq; obsidebat, oppugnabatq; Demetri-  
 us dux ætatis suæ inclytus. Cui a peritia, discipli-  
 naq; faciendi obsidij, machinarumq; solertia, ad ca-  
 pienda oppida repertarum, cognomentum πολιορκι-  
 τής fuit. Tum ibi in obsidione illa ædes quasdam pu-  
 blice factas, quæ extra urbis muros cum paruo præ-  
 sidio erāt: adgredi, Et uastare, atque absumere igni.



parabat. In his aedibus erat memoratissima illa imago Ialysi Protogenis manu facta illustris pictoris. Cuius operis pulchritudinem, praeslantiamque ira percussus, Rhodij inuidebat. Mittunt Rhodij legatos ad Demetrium cum his uerbis. Quae, malum, inquit, ratio est, ut tu imaginem istam uelis incendio aedium facto disperdere? Nam si nos omnes superaueris: & oppidum hoc totum ceperis: imagine quoque illa integra, & incolumi per uictoriam potieris. Sin uero nos uincere obsidendo nequiueris: petimus consideres ne turpe tibi sit: quia non potueris bello Rhodios uincere: bellum cum Protogene mortuo gessisse. Hoc ubi ex legatis audiuit, oppugnatione desista, & imagini, & ciuitati pepercit.

AVLII GELLII NOCTIVM ATTICA

RVM COMMENTARII.

LIBER XVI.

Verba Musonij graece digna, atque utilia audiri, obseruarique. Eiusdem utilitatis sententia a M. Catone multis ante annis Numantiae ad equites dicta.

Caput Primum.

a Dolescentuli cum etiam tum in scholis essemus, ἐν σχολῶν μακρότερον hoc graecum, quod adposui, dictum esse a Musonio philosopho audiebamus. Et quoniam uere, atque luculente dictum, uer-

bisq; est breuibus, & rotundis uinctum, perquam libenter meminerasimus. ἀν τὶ πράξις καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει. ἀν τὶ ποιήσις αἰχρὸν μετὰ ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰχρὸν μένει. Postea istam ipsam sententiam in Catonis oratione, quam dixit Numantiae apud equites positam legimus. Quae & si laxioribus paulo, longioribusq; uerbis comprehensa est: praequam illud graecum, quod diximus: quoniam tamen prior tempore, antiquiorq; est, uenerabilior uideri debet.

» Verba ex oratione haec sunt. Cogitate cum animis ue-

» stris, siquid uos per laborem recte feceritis: labor ille

» a uobis cito recedet: bene factum a uobis, dum uiue-

» tis: non abscedet. Sed siqua per uoluptatem nequiter

» feceritis, uoluptas cito abibit: nequiter factum illud

» apud uos semper manebit.

Cuiusmodi sit lex apud dialecticos perconctandi, differendiq;, & quae sit eius legis reprehensio.

Caput II.

I Egem esse aiunt disciplinae dialecticae, si de quapiam re quaeratur, disputeturq;: atq; ibi quod rogare, ut respondeas, tum ne amplius quid dicas, quam id solum, quod es rogatus, aut aias, aut neget. Eamq; legem qui non seruent, & aut plus, aut aliter quam sunt rogati, respondeant: existimantur rudes, indoctiq; esse: disputandiq; morem, atq; rationem non tenere. hoc quidem, quod dicunt in plerisq; disputationibus proculdubio fieri oportet. Indefinitus namq; inexplicabilisq; sermo fiet: nisi interrogationi-

bus, responsionibusq; simplicibus fuerit determinatus. Sed enim esse quaedam uidentur, in quibus si breuiter, & ad id, quod rogatus fueris, respondeas: capiatur. Nam si quis his uerbis interroget: postulo ut respondeas, Desideris'ne facere adulterium an non? utcunq; dialectica lege responderis, siue aias, seu neges: haerebis in captione, tam si te dicas adulteram, quã si neges. Sed quod minus est in interrogatione, id est addendum. Nam qui facere aliquid non desuit: non id necessario etiam fecit. Falsa igitur est species istius captiois, & nequaquam procedere ad id potest, ut colligi, concludiq; possit, eum facere adulterium: qui se negauerit facere desisse. Quid autem legis istius propugnatores in illa captiucula facient: in qua haerere eos necessum est? si nihil amplius quã quod interrogati erunt, responderint. Nam si ita ego istorum aliquem rogem. Quicquid non perdidisti, habebas'ne an non habebas? postulo, aut aias, aut neges, utcunq; breuiter responderit: capiatur. Nam si non habere se negauerit, quod non perdidit: colligetur oculos eum non habere: quos non perdidit. Sin uero habere se dixerit: colligetur eum habere cornua, quae non perdidit. Rectius igitur, cautiusq; ita respondebitur, quicquid habui, id habeo, si id non perdidit. Sed huiusmodi responsio non fit ex lege, quã diximus. Plus enim quam quod rogatus est, respondet. Et propterea id quoq; ad eam legem addi solet, non esse captiosis interrogationibus respondendum.

Quana' ratione effici dixerit Erasistratus medicus, si cibus forte deerit, ut tolerari aliquantisper inedia

possit, & tolerari fames, uerbaq; ipsa Erasistrati super ea re scripta. Caput III.

Um Phauorino Romæ dies plerunq; totos  
 eramus. Tenebatq; animos nostros homo il-  
 le fandi dulcissimus. atq; eum quoquo iret,  
 quasi ex lingua prorsum eius capti prosequeremur.  
 Ita sermonibus usquequaq; amoenissimis demulce-  
 bat. tum ad quendam agrum cum isset uisere, nosq;  
 cum eo unâ introissemus: multaq; ad medicos, qui tum  
 forte istuc erant: ualitudinis eius gratia oratione græ-  
 ca dixisset: ac ne hoc quidem inquit, mirum uideri de-  
 bet, quod cum antehac semper edundi fuerit adpe-  
 tens: nunc post imperatam in diem tridui, omnis eius  
 adpetitio pristina elanguerit. Nam quod Erasistratus  
 scriptum reliquit inquit, propemodum uerum est. Esu-  
 ritionem faciunt inanes, patentesq; intestinorum fi-  
 bræ, & caua intus uentris, & stomachi uacua hian-  
 tia. quæ ubi cibo complentur: aut inanitate diu-  
 tina contrahuntur: & conuient: tunc loco: in quæ ci-  
 bus capitur uel stipato, uel adducto, uoluntas capien-  
 di eius, desiderandiq; restringitur. Scythas quoq; ait  
 eundem Erasistratum dicere, cum sit usus, ut famem lon-  
 gius tolerent: fascijs uentrem strictissime circumliga-  
 re. Ea uentris compressione esuritionem posse depelli  
 creditum est. hæc tum Phauorinus, multaq; istiusmo-  
 di alia adfabulissime dicebat. Nos autem postea, cum  
 librum forte Erasistrati legeremus *διαιτητικῶν* pri-  
 mum, id ipsum in eo libro, quod Phauorinum audie-  
 bamus dicere: scriptum offendimus. Verba Erasistrati  
 ad eam

ad eam rem pertinentia, hæc sunt.

ελογίζομεθα ὅτι παρὰ τὴν ἰχυρὰν σύμπτωσιν τῆς κοιλίας εἶναι τὴν σφόδρα ἀσιτίαν· καὶ γὰρ τοῖς ἐπιπλέον ἀσιτοῦσι κατὰ προαίρεσιν ἐν τοῖς πρώτοις χρόνοις ἢ πείνα παρακολουθεῖ· ὕπερον δὲ οὐκ ἔστι.

Deinde paulum infra.

εἰθισμένοι δὲ εἶσι καὶ οἱ σινύθαι ὅταν διὰ τινὰ καῖρον ἀτακτῶνται ἀσιτεῖν, ζώνας πλατείας τὴν κοιλίαν διασφίγγειν ὡς τῆς πείνης αὐτοῦς ἤπρον ἐνοχλοῦσης· χεῖρον δὲ καὶ ὅταν πλήρης ἡ κοιλία ἢ διὰ τὸ κένωμα ἐν αὐτῇ μηδὲν εἶναι· διὰ τοῦτο οὐ πεινώσιν ὅταν δὲ σφόδρα συμπεπώκηται ἡ κένωμα οὐκ ἔχει.

In eodem libro Erasistratus uim quandam famis nō tolerabilem, quam græci βούλιμον, καὶ βούπειναν.

appellant: in diebus frigidissimis multo facilius accidere ait, quàm cum serenum, atq; placidum est. Atq; eius rei causas, cur is morbus in eo plerumq; tempore oriatur, non dum sibi esse compertus dicit. Verba, quibus id dicit, hæc sunt. ἀπορον δὲ καὶ δόμινον ἐπισκέψως, καὶ ἐπὶ τούτου, καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν βουλιμώντων διατὶ ἐν τοῖς ψύχεσι μάλλον τὸ σύμπτωμα τοῦτο γίνεται ἢ ἐν ταῖς ἀδύαις.

Quo ritu, quibusq; uerbis fœdalis Po. Ro. bellum indicere solitus sit, ijs, quibus Po. Ro. bellum fieri iusserat. Et item in quæ uerba conceptum fuerit ius iurandum de furtis militaribus sancendis, & uti milites scripti intra prædictum diem, in loco certo frequentarent, causis quibusdam exceptis, propter quas id ius iurandum remitti æquum esset. Cap. IIII.

A. GEL.

Incius in libro III de re militari facialem  
 c Po. Ro. bellum indicentem hostibus, telumq;  
 in agrum eorum iacentem hisce uerbis uti  
 » scripsit. Quod Po. Hermundulus, hominesq; populi  
 » Hermunduli aduersus Popu. Ro. bellum fecere: deli-  
 » quer. q; quodq; Po. Ro. cum Po. Hermundulo, homi-  
 » nibusq; Hermundulis bellum iussit: ob eam rem ego  
 » Po. q; Ro. Po. Hermundulo, hominibusq; Hermundu-  
 » lis bellum indico, facioq;. Item in libro eiusdem Cin-  
 » cii de re militari V. ita scriptum est. Cum delectus an-  
 » tiquitus fieret, & milites scriberentur: in ius iuran-  
 » dum eos tribunus militaris adigebat in uerba hæc.  
 » In magistratu C. Lælij C. filij COS. L. Cornelij P.  
 » filij COS. in exercitu decemq; millia passuum prope  
 » furtum non facies, dolo malo, solus, neq; cum pluri-  
 » bus, pluris numi argentei, in dies singulos. Extra ha-  
 » stam, hastile, ligna, pabulum, utrem, follem, facu-  
 » lam, siquid ibi inueneris, sustuleris'ue, quod tuum  
 » non erit: quod pluris numi argentei erit: uti tu ad C.  
 » Lælium C. filium COS. L. 'ue Cornelium P. filium  
 » COS. siue ad quem eorum iusserit, proferas, aut pro-  
 » fitebere in triduo proximo, quicquid inueneris, su-  
 » stuleris'ue dolo malo. Aut domino suo, cuium id cen-  
 » sebis esse: reddes: uti quod recte factum esse uoles.  
 » Militibus autem scriptis dies præfiniebatur, quo die  
 » adessent, & ut citati COS. responderent. Deinde ita  
 » concipiebatur ius iurandum, ut adessent, his additis  
 » exceptionibus, nisi harumce quæ causa erit, funus fa-  
 » miliare, feriæ denicales Calendæq; quæ non eius rei  
 » causa in eum diem collatæ sunt, quo is eo die minus  
 » ibi esset.

» ibi esset. Morbus fonticus auspiciū ue, quod sine  
 » piaculo præterire non liceat. Sacrificiū ue an-  
 » niuersarium quod recte fieri non possit, nisi ipse eo  
 » die ibi sit, ius, hostis ue, status, condicius ue dies cum  
 » hoste, sicuti eorum harunce, quæ causa erit, tum se-  
 » postridie quàm per eas causas licebit, eo die uentu-  
 » rum, aditurumq; eum, qui eum pagum, uicum,  
 » oppidum ue delegerit. Item in eodem libro uerba  
 » hæc sunt. Miles cum die, qui prædictus est, aberat:  
 » neq; excusatus erat: infrequens dabatur. Item in li-  
 » bro sexto hoc scriptum est. Alæ dictæ exercitus, equi  
 » tum ordines, quod circum legiones dextra, sini-  
 » straq; et quam alæ in auium corporibus locaban-  
 » tur. In legione sunt centuriæ sexaginta, manipuli tri-  
 » ginta, cohortes decem.

Vestibulum quid significet, deq; eius uocabuli ra-  
 tionibus. Caput V.

P Leraq; uocabula, quibus uulgo utimur,  
 neq; tamen liquido scimus quid ea proprie,  
 atq; uere significant: sed incompertam,  
 et uulgariam traditionem rei non ex-  
 ploratæ secuti, uidemur magis dicere quod uolu-  
 mus, quàm dicimus. Sicuti est uestibulum uer-  
 bum in sermonibus celebre, atq; obuium, non o-  
 mnibus tamen, qui illo facile utuntur: satis specta-  
 tum. Animaduerti enim quosdam, haud quaquam  
 indoctos uiros opinari uestibulum esse partem do-  
 mus primorem, quam uulgus atrium uocat.

A. GEL.

Cecilius Gallus in libro de significatione uerborum, quæ ad ius ciuile pertinent: secundo: uestibulum esse dicit non in ipsis ædibus, neq; partem ædium, sed locum ante ianuam domus uacuum, per quem uia aditus, accessusq; ad ædes est, cū dextra, sinistraq; inter ianuam, tecta q; , quæ sunt uix iuncta, spatium relinquatur. Atq; ipsa ianua procul à uia est area uacanti intersita. quæ porro huic uocabulo, ratio sit: quæri multum solet. Sed quæ scripta legi, ea ferme omnia inconcinna, atq; absurda uisa sunt. Quod Sulpitium autem Apollinarem memini dicere uirum elegantis scientia ornatum, huiuscemodi est. Ve particula, sicuti quedam alia, tum intensionem significat, tum minutionem. Nam uetus, *Ue* uehemens alterum ab ætatis magnitudine compositum, elisumq; est: alterum à mentis ui, atq; impetu dicitur. *Uescum* autem, quod ex ue particula, *Ue* est copulatum est, utriusq; diuersæ significationis uim capit. Aliter enim Lucretius *uescum* salem dicit ex edendi intentione. Aliter Lucilius *uescum* appellat cum edendi fastidio. Qui domos igitur amplas antiquitus faciebant, locum ante ianuam relinquebant: qui inter fores domus, *Ue* uiam medius esset. In eo loco qui dominum eius domus salutatum uenerant: prius quam admitterentur, consistebant, *Ue* neq; in uia stabant, neq; itra ædes erant. Ab illa ergo grandis loci consistione, *Ue* quasi quadam stabulatione uestibula appellata sunt spatia (sicuti diximus) grandia ante fores ædium relicta, in quibus starent qui uenissent: prius quàm in domum intromitterentur. Memnisse autem debemus id uocabulum non semper à



per a' ueteribus proprie, sed per quasdam tralatio-  
nes esse dictum. Quæ tamē ita sunt factæ, ut ab ista,  
de qua diximus, proprietate non longe descuerint.  
Sicut illud in. VI. Virgilij.

» Vestibulum ante ipsum, primisq; in faucibus orci

» Luctus, & ultrices posuere cubilia curæ.

Non enim uestibulum priorem partem domus infer-  
næ esse dicit: quod obrepere potest, tanquam si ita di-  
catur: sed loca duo demonstrat extra orci fores, uesti-  
bulum, & fauces. Ex quibus & uestibulum appel-  
lat ante ipsam domum, & ante ipsa orci penetralia.  
Fauces autem uocat iter angustum, per quod ad ue-  
stibulum adiretur.

Hostiæ, que dicuntur bidentes, quid sint, & quam  
ob causam ita appellatæ sunt, superq; ea re P. Nigr-  
dij, & Iulij Higini sententiæ.

Caput VI.

» Edeuntes Gratia Brundusti nauem aduer-  
» timus. Ibi quispiam linguæ latinæ literator  
» Roma a' Brundusinis accersitus experium-  
» dum sese uulgo dabat. Imus ad eum nos quoq; oble-  
» tamenti gratia. Erat enim fessus, atq; languens ani-  
» mus de aestu maris, legebat barbæ, inscitæq; Virgilij  
» septimum, in quo libro hic uersus est.

» Centum lanigeras maçtabat rite bidentes.

Et iubebat rogare se, si quis quid omnium rerum uel-  
let dicere. Tum ego indocti hominis confidentiam de-  
miratus, doces'ne inquam nos magister, cur bidentes  
dicantur, Bidentes inquit, oues appellatæ, idcircoq;

Lanigeras dixit, ut oues planius demonstraret. Post  
hac inquam uidebimus, an oues solæ (ut tu ais) biden-  
tes dicantur. Et an Pomponius Atellanarum poeta,  
in gallis transalpinis errauerit: cum hoc scripsit,

- » Mars tibi uoueo facturum,
- » Si unquam redierit, bidenti uerre.

Sed nunc ego à te rogavi ecquam scias esse huiusce uo-  
cabuli rationem. Atq; ille nihil contatus, sed nimium  
quantum audacter: oues inquit, bidentes dictæ, quod  
duos tantum dentes habeant. Vbi terrarum quæso te  
inquam duos solos per naturam dentes habere ouem  
uidisti? Ostentum n. est, & piaculis factis procuran-  
dum. Tum ille permotus mihi, & irritatus, quære in-  
quit ea potius: quæ à grammatico quærenda sunt. Nã  
de ouium dentibus upiliones percontantur. Facetias  
nebulonis hominis risi, & reliqui. P. autem Nigidius in  
libro, quem de extis composuit: bidentes appellari ait  
non oues solas, sed omnes bimas hostias, neq; tamen  
dixit apertius cur bidentes: sed quod ultro existima-  
bamus. id scriptum inuenimus in commentarijs quibus-  
dam ad ius pontif. pertinentibus, Bidennes primo di-  
ctas litera immissa, quasi biennes. Tum longo usq;  
loquendi corruptam esse uocem, & ex bidenibus bi-  
dentes factum, quoniam id uidebatur esse dictu facili-  
us. Hignus tamen Iulius, qui ius pontif. non uidetur  
ignorasse, in IIII librorum, quos de Virgilio fecit,  
bidentes appellari scripsit hostias, quæ per ætatem du-  
os dentes altiores haberent. Verba illius ipsa posui.

- » Quæ bidens est inquit, hostia oportet habeat dentes
- » octo, sed ex ijs duo cæteris altiores, per quos appareat  
ex minore

ex minore ætate, in maiorem transcendisse. Hæc Higinii opinio, an uera sit, non argumentis, sed oculis iudicari potest.

Quod Laberius uerba pleraq; licentius, petulantiusq; finxit: & quod multis item uerbis utitur, de quibus an sint latina, quæri solet.

## Caput VII.

I Aberius in mimis, quos scriptitauit, oppido quam uerba finxit prælicenter. Nam & Mendicimonium dicit, & mœchimonium, & adulterionem, adulteritatemq; pro adulterio, & depudicauit pro stuprauit, & abluuium pro diluuiio, & quod in mimo ponit, quem Cophium scripsit, manuatus est, pro furatus est. Et item in fullone surerem manuarium appellat.

- » Manuari inquit, pudorem perdidisti, Multaq; alia huiusmodi nouat: neque non obsoleta quoque, & maculantia ex sordidiorẽ uulgi usu ponit, quale est in staminarijs.
- » Tollet bona fide uos orcus nudas in Catonium. Et eleutriare lintea, & labandria dicit: quæ ad lauandum sine data, & collicior inquit in fullonicam.
- » Et quid properas, & quid præcurris Caldonia? Item in restione, Calabdrumculos dicit: quos uulgus Calaburriones. Item in compitalibus malas malaxaui. Item in catomemnone.
- » Hic est inquit, ille gurdus, quem ego
- » Me abhinc duos menses ex Africa

- » Venientem excepisse tibi narraui.  
 Item in mimo, qui inscribitur, *nacta*, L. Cippum dicit, & *obbam*, & *camelliam*, & *pictatium*, & *capitium*, *indus* inquit, *capitium tunicæ pittacium*.  
 Præterea in *anna peranna*, *gubernium* pro gubernatore, & *planum* pro *sycophanta*, & *nanum* pro *pumilione* dicit: quâquam *planum* pro *sycophanta* M. quoq; Cicero in oratione scriptum reliquit, quam pro *Cluëtio* dixit. Atq; item in mimo, qui *saturnalia* inscriptus est, *botulum* pro *farcamine* appellat, & hominem *leenam* pro *leui*, item in *necromantia* *coctionem* *perunlgate* dicit, quem *ueteres arulatore* dixerunt.
- » Verba *Laberij* hæc sunt. *Duas uxores, hoc hercle plus negotij est* (inquit *cocio* *sex ædiles uiderat.*) sed enim in mimo, in quem scripsit *Alexandream*, eodem quidem modo, quo *uulgus*, sed *probe*, *latineq; usus est* *græco uocabulo*. *Emplastrum* enim dixit *οὐδέτερος*, ut isti *nouitij semidocti*, uerba ex eo mimo adposui.
- » Quid est *ius iurandum*? *Emplastrum æris alieni*.

Quid significet, & quid a nostris appellatum sit *ἀξίωμα*, quod *dialectici* dicunt, & quædam alia, quæ prima in disciplina *dialectici* traduntur.

## Caput

## VIII.

» Vm in disciplinas *dialecticas* induci, atq; imbui uellemus: necessum fuit adire, atq; cognoscere quas uocant *dialectici* *εἰσαγωγὰς*, tum in primo *περὶ ἀξιώματων* discendum quæ *M. Varro* aliâs *profata*, aliâs *prologia* appellat.

Commentarium

Commentarium de prologijs Lælij docti hominis,  
 qui magister Varronis fuit: studiose quaesivimus.  
 Eumq; in pacis bibliotheca repositum legimus. Sed  
 in eo nihil edocenter, neq; ad instituendum explana-  
 te scriptum est. Ecce q; videtur eum librū Lælius sui  
 magis admonendi, quam aliorum docendi gratia. Re-  
 diimus igitur necessario ad graecos libros: ex qui-  
 bus accipimus ἀξιωμα definitum esse his uerbis.  
 λιπτόν αὐτοτελές, ἀποφατὸν ὅσον ἐπ' ἑαυτῷ.

Hoc ego supersedi uertere: quia nouis, & inconditis  
 uocibus utendum sit: quas pati aures per insolentiam  
 uix possent. Sed M. Varro in libro de lingua latina  
 ad Ciceronem IIII & XX expeditissime ita finit.

Proloquium est sententia, in qua nihil desyderatur.  
 Erit autem planius, quid istud sit: si exemplum eius  
 dixerimus. ἀξιωμα igitur, siue id proloquium di-  
 cere placet: huiusmodi est. Annibal Poenus fuit. Sci-  
 pio Numantiam deleuit. Milo cædis damnatus est.  
 Neq; bonum est uoluptas, neq; malum. Et omnino quic-  
 quid ita dicitur, plena, atq; perfecta uerborum senten-  
 tia, ut id necesse sit aut uerum, aut falsum esse, id a  
 dialecticis ἀξιωμα, idest oratio uerum, aut falsum  
 plene significans appellatum est a M. Varrone, sicuti  
 dixi, proloquiū. A Marco autem Cice. pronuntiatum.  
 Quo ille tamen uocabulo tantisper uti se attestatus est:  
 quoad melius inquit, inuenero. Sed quod graeci  
 συνμμενον ἀξιωμα dicunt, id alij nostrorum ad-  
 iunctum, alij connexum dixerunt. Id connexum ta-  
 le est. Si Plato ambulat, Plato mouetur. Si dies est, sol  
 super terras est. Item quod illi συμπεριμμενον,

nos uel coniunctum, uel copulatum dicimus: quod  
 est eiusdem modi. P. Scipio Pauli filius, & bis COS.  
 fuit, & triūphauit, & censura functus est, & collega  
 in censura L. Mumij fuit. In omni autem coniuncto,  
 si unum est mendacium, etiam si cetera uera sunt:  
 totum esse mendacium dicitur. Nam si ad ea omnia,  
 quæ de Scipione illo uera dixi, addidero, & Anni-  
 balem in Africa superauit, quod est falsum: uniuersa  
 quoque illa, quæ coniuncte dicta sunt: propter hoc  
 unum, quod falsum accesserit, quia simul dicentur, ue-  
 ra nõ erunt. Est item aliud, quod græci διεξαρμῶν  
 ἀξίωμα, nos disiunctum proloquium dicimus. Id  
 huiusmodi est. Aut malum est uoluptas, aut bonum,  
 aut neque bonum, neque malum est. Omnia autem, quæ  
 disiunguntur, pugnantia esse inter sese oportet. Eo-  
 rumque opposita ἀρτικείμενον græci dicunt. Ea quoque  
 ipsa inter se aduersa esse. Ex omnibus, quæ disiungun-  
 tur: unum esse uerum debet, falsa cetera. Quod si  
 aut nihil omnium uerum, aut omnia, plura uel, quam  
 unum uera erunt: aut quæ disiuncta sunt, non pu-  
 gnabunt: aut quæ opposita eorum sunt, contraria in-  
 ter sese non erunt: tunc id disiunctum mendacium est,  
 & appellatur παραδιεξαρμῶν, sicuti hoc est, in  
 quo quæ opposita non sunt contraria, aut curris, ut  
 ambulat, aut stas. Nam ipsa quidem inter se aduersa  
 sunt: sed opposita eorum non repugnant. Non am-  
 bulare enim, & non stare, & non currere contra-  
 ria inter sese non sunt: quoniam contraria ea dicun-  
 tur: quæ simul uera esse non queunt. Possis enim si-  
 mul, eodemque tempore, neque ambulare, neque stare,

neq; currere. Sed hoc iam breue ex dialectica liba-  
 mentum dedisse nunc satis erit. Atq; id solum adden-  
 dum, admonendumq; est, quod huius disciplinae stu-  
 dium, atq; cognitio in principijs quidē tetra, & asper-  
 nabilis, insuauisq; esse, & inciuilis uideri solet. Sed  
 ubi aliquantum processeris: tum deniq; & emolumen-  
 tum eius in animo tuo dilucebit: & sequetur quædam  
 discendi uoluptas insatiabilis. Cui sane si modum non  
 feceris: periculum non mediocre erit: ne ut plerique  
 alij, tu quoq; in illis dialecticæ gyris, atq; mæandris,  
 tanquam apud strenios scopulos confenescas.

Quid significet uerbum in libris ueterum creber-  
 rime positum, susq; deq;. Cap. IX.

Usq; deq; fero, aut susq; deq; habeo (his. no-  
 omnibus modis dicitur) uerbum est ex ho-  
 minum doctorum sermonibus, in poematis  
 quoq;, & in epistolis ueterum scriptum plurifa-  
 riam. Sed facilius reperias, qui id uerbum ostentent: q̄  
 qui intelligant. Ita pleriq; nostrum quæ remotiora  
 uerba inuenimus: dicere ea properamus, non discere.  
 Significat autem, susq; deq; ferre, æquo animo esse,  
 & quod accidit, non magnipendere. Atq; interdum  
 negligere, & contēnere, & propemodū id ualet, quod  
 dicitur ἀδιαποπειν. Laberius in compitalibus.

- » Nunc tu lentus es, nunc tu, susq; deq; feris.
- » Materfamilias tua in lecto aduerso sedet. Seruos
- » sextatis uerbis nefarijs. Utitur M. Varro in sisenna,
- » uel de historia. Quod si non horum omnium similia

A. GEL.

- essent principia, susq; deq; esset. Lucilius in tertio  
 » Verum hic ludus ibi susq; omnia, deq; fuerunt  
 » Susq; & deq; fuere inquam omnia ludus, iocusq;  
 » Illud opus durum, ut setinum accessimus finem.  
 ἐπὶ τὸ λοιπὸν,  
 » Ut aiunt, montes Atnæ omnes asperi Athones.

Quid sint proletarij, quid capitecensi, quid item sit in .XII. tabulis assiduus, & quæ eius uocabuli ratio sit. Caput X.

- Tium erat quodam die Romæ in foro a' ne  
 o gotijs, & læta quædam celebritas feriarũ,  
 legebaturq; in consessu forte compluriũ En-  
 nij liber ex annalibus. III. In eodẽ lib. uersus hi fue-  
 » Proletarius publicitus scutisq; ferroq; (re.  
 » Ornatur. ferro muros, urbemq; forumq;  
 » Excubijs curant. Tum ibi quæri coeptum est, qd esset  
 proletarius. Atq; ego aspiciens quempiam in eo arcu-  
 lo ius ciuile callentem familiarem meum rogabam, ut  
 id uerbum nobis enarraret: & cum ille se iuris, non  
 rei grammaticæ peritum esse respondisset: eo maxi-  
 me inquam te dicere hoc oportet, quando, ut prædi-  
 cas, es iuris peritus. Nãq; Ennius uerbum hoc ex XII  
 tabulis uestris accepit: in quibus si recte commemori,  
 » ita scriptum est. Adsiduo uindex assiduus esto. Pro-  
 » letario ciii quiuis uolet uindex esto. Petimus igitur ne  
 annalem hunc Q. Ennij, sed XII tabulas legi arbi-  
 trere. Et quid sit in ea lege proletarius ciiiis interpre-  
 tere. Ego uero inquit dicere, atq; interpretari hoc debe-  
 rem, si ius faunorum, & aboriginum didicissem.



Sed enim cum proletarij, & adsidui, & sanates, & uades, & subuades, & uiginti quinque asses, & taliones, furtorumque quaestiones cum lance, & licio euauerint, omnisque illa XII tabularum antiquitas, nisi in legis actionibus centumuiralium causarum lege aebutia lata consopita sit: studiū, scientiamque ego praestare debeo iuris, & legum, uocumque earum, quibus utimur. Tum forte quadam Iulium Paulum poetam memoriae nostrae doctissimum praetereuntem conspeximus. Is a nobis salutatur, rogatusque, uti de sententia, deque ratione istius uocabuli nos doceret: qui in plebe inquit, Romana tenuissimi, pauperrimi que erant: neque amplius quam mille quingentum aeris in censum deferebant: proletarij appellati sunt. Qui uero nullo, aut perquam paruo aere censebantur: capitecensu uocabantur. Extremus autem census capite censorum aeris fuit. CCCCLXXV. Sed quoniam res, pecuniamque familiaris obsidis uice, pignorisque esse apud Rempublicam uidebatur: amorisque in patriam fides quaedam in ea, firmitamentumque erat: neque proletarij, neque capitecensu milites, nisi in tumultu maximo scribebantur: quia familiae his aut tenuis, aut nulla esset. Proletariorum tamen ordo honestior aliquanto & re, & nomine, quam capite censorum fuit. Nam & asperis Reipublicae temporibus, cum inuentutis inopia esset: in militia tumultuariam legebantur. Armaque ijs sumptu publico praebantur. Et non capitis censione, sed prosperiore uocabulo, a munere, officioque proles edendae appellati sunt. quod cum re familiari parua minus possent Rempublicam inuare: sobolis tamen gignendae copia ciuita-

tem frequentarent. capitecensos autem primus C. Ma-  
 rius, ut quidam ferunt, bello cimbrico difficillimis  
 Reip. temporibus, uel potius, ut Sallustius ait, bello Iu-  
 gurthino, milites scripsisse traditur cum id factum  
 ante, in nulla memoria extaret. Adsiduus in XII ta-  
 bulis, pro locuplete, & facile munus faciente, dictus  
 ab assibus, idest ære dando, cum id tempora Reip.  
 postularent. Aut à muneris pro familiari copia fa-  
 ciendi assiduitate. Verba autem Sallustij in historia  
 Iugurthina de C. Mario COS. & de capitecensis hæc  
 sunt. Ipse interea milites scribere, non more maio-  
 rum, nec ex classibus, sed ut libido cuiusq; erat, capi-  
 tecensos plerosq;. Id factum alij inopia bonorum, alij  
 per ambitionem COS. memorabant: quod ab eo gene-  
 re celebratus, auctusq; erat, & homini potentiã qua-  
 renti, egentissimus quisq; opportunissimus.

Historia ex Herodoti libris sumpta de Psyllorum  
 interitu, qui in Syrribus Africanis colebant.

## Caput

## XI.

g Ens in Italia Marsorum orta fertur esse à  
 Circes filio Marso. Propterea Marsis homi-  
 nibus, quorum duntaxat familiæ cum ex-  
 ternis cognationibus non dum etiam permistæ corru-  
 ptæq; sunt: uel quadam genitili datum, ut serpentium  
 uirulentorum domitores sint, & inentionibus: her-  
 barumq; succis faciunt medelarum miracula. Hæc  
 eadem uel præditos esse quosdam uidemus, qui Psyl-  
 li uocantur. Quorum nomine super & genere, cum  
 in ueteribus literis quæsissem: in quarto deniq; He-

Herodoti libro, fabulam hanc de Psyllis inuenimus. Psyl-  
 los quondam fuisse in terra Africa, conterminos Na-  
 samonibus: austrumq; in finibus eorum quodam in  
 tempore perquam ualidum, ac diuturnum flauisse. Eo  
 flatu aquam omnem in locis, in quibus colebant: exa-  
 ruisse. Psyllos re aquaria defectos eam iniuriam gra-  
 uiter austro succensuisse. Decretumq; fecisse, uti armis  
 sumptis ad austrum, perinde quasi ad hostem iure bel-  
 li res repetitum proficiscerentur. Atq; ita profectis uen-  
 tum austrum magno spiritus agrane uenisse obuiam.  
 Eosq; uniuersos cum omnibus copijs, armisq; cumulis,  
 montibusq; arenarum superiectis, operuisse. Eo facto  
 Psyllo ad unum omnes interisse. Itaq; eorum fines a  
 Nasamonibus occupatos.

De ijs uocabulis, quae Cloatius Verrius, aut satis  
 commode, aut nimis absurde, et illepide, ad origi-  
 nes linguae graecae redegit. Caput XII.

Cloatius Verrius in libris, quos inscripsit uer-  
 borum a graecis tractorum, non pauca her-  
 cle dicit curiose, et sagaciter conquisita, neq;  
 non tamen quaedam futilia, et friuola. Errare in-  
 quit, dictum est ἀπὸ τοῦ ἰρρεῖν. Versumq; infert Ho-  
 meri, in quo id uerbum est ἰρρεῖ κακὴ γλῶσσι. Et illud  
 ἰρρεῖ ἐκ νόσου θάνατον ἐλέγχετο ζώντων.

Item hallucinari factum scripsit ex eo, quod dicitur  
 graece ἀλῦειν. unde lucum quoq; esse dictum putat.  
 g litera in c conuersa tarditatem quandam animi, et  
 stuporem, qui hallucinantibus plerumq; usuuenit.  
 Item fascinum appellat quasi βάσανον,

Et fascinare esse quasi βακχάριον. Commode hæc sane omnia, et condecenter. Sed in lib. quarto. Fœnerator inquit, appellatus est, quasi φανερότερον ἀπὸ τοῦ παλαιῶν ἐπὶ τὸ χρευσότερον, quoniam id genus hominum speciem ostendunt humanitatis, et commodi esse uideantur inopibus numos desiderantibus. Idque dixisse, ait Hypsicraten quempiam grammaticum, cuius libri sane nobiles sunt super ijs, quæ à grecis accepta sunt. siue hoc autem ipse Cloatius, siue nescio quis alius nebulo effutit, nil potest dici insulsius. Fœnerator enim sicut Mar. Varro in lib. tertio de sermone latino scripsit, à fœnore est nominatus. Fœnus autem dictum à feru, et quasi à foetura quadam pecunie parientis, atque incrementis, et ideo et M. Catonem, et ceteros ætatis eius fœneratorem sine, a, litera pronuntiasse tradit, sicuti foetus ipse, et foecunditas appellata.

Quid sit municipium, et quid à colonia differat, et quid sint municipes, quæque sit eius uocabuli ratio, ac proprietas, atque inibi quod D. Adrianus in senatu de iure, atque uocabulo municipium uerba fecit.

## Caput

## XIII.

Municipes, et municipia uerba sunt dictu familiaria, et usu obuia: et neuiquam reperias qui hæc dicat, quin scire se plane putet quod dicat. Sed profecto aliud est, aliud dicitur. Quotus enim fere nostrum est, qui cum ex colonia Po. Ro. sit, non et se municipem esse, et populares suos municipes esse dicat, quod est à ratione, et à ueritate longe auersum.

auersum. Sic adeo & municipia quid, & quo iure  
 sint, quantumq; à colonia differant: ignoramus. Exi-  
 stimusq; meliore conditione esse colonias: quam mu-  
 nicipia. de cuius opinionis tam promistæ erroribus D.  
 Adrianus in oratione, quam de Italicensibus, unde  
 ipse ortus fuit: in senatu habuit: peritissime differuit.  
 mirariq; se ostendit, quod & ipsi Italicenses, & quæ-  
 dam item alia municipia antiqua, in quibus vticen-  
 ses nominat, cum suis moribus, legibusq; uti possent:  
 in ius coloniarum mutari gestuerint. Prænestinos au-  
 tem refert maximo opere à Tiberio imperatore pe-  
 tisse, orasseq; ut ex colonia in municipij statum redige-  
 rentur. Idq; illis Tiberium pro referenda gratia tri-  
 buisse: quod in eorum finibus sub ipso oppido, ex ca-  
 pitali morbo reualuisset. Municipales ergo sunt ciues Ro-  
 mani ex municipijs suo iure, & legibus suis utentes  
 muneris tantum cum Po. Roma. Honorarij participes,  
 à quo munere capeffendo appellati uidentur, nullis  
 alijs necessitatibus, neq; ulla Po. Ro. lege adstricti, cum  
 nunquam populus eorum fundus factus esset. Primos  
 autem municipales sine suffragij iure, Cærites esse factos  
 accepimus. Concessumq; illis, ut ciuitatis Romanæ ho-  
 norem quidem caperent: sed negotijs tamen, atq; one-  
 ribus uacarent, pro sacris bello Gallico receptis, custo-  
 ditisq;. Hinc tabulæ cærites appellatæ uersa uice, in  
 quas CENS. referri iubebant, quos notæ causa suffra-  
 gij priuabant. Sed coloniarum alia necessitudo est.  
 Non enim ueniunt extrinsecus in ciuitatem. Nec suis  
 radicibus nituntur, sed ex ciuitate quasi propagatæ  
 sunt. Et iura, institutaq; omnia Po. Ro. non sui arbi-

trij habent. Quæ tamen conditio, cum sit magis obnoxia, & minus libera: potior tamen, & præstabilior existimatur propter amplitudinem, maiestatemq; Po. Ro. cuius istæ colonie, quasi effigies parvæ, simulachraq; esse quædam videntur, & simul quia obscura, oblitterataq; sunt municipiorum iura, quibus uti iam per ignorantiam non queunt.

Quod M. Cato differre dixit properare, & festinare. Et quæ commode Verrius Flaccus verbum, quod est festinat, interpretatus sit. Cap. XIII.

f Estinare, & properare idē significare, atq; in eandem rem dici videntur. Sed M. Cato id differre existimat: eaq; hoc modo diuisa uerba sunt ipsius ex oratione, quam de suis uirtutibus habuit, aliud est properare, aliud festinare.

- » Qui unum quid mature transigit: is properat: qui
- » multa simul incipit, neq; perficit: is festinat. Verrius Flaccus rationem uolens dicere differentie huius festinat inquit, a' fando dicitur, quoniam isti ignauiores, qui nihil perficere possunt: plus uerborum quæ opere habent. Sed id nimis coactum, atq; absurdum uidetur. Neq; tanti momenti esse potest prima in utroq; uerbo litera, ut propter eam unam tam diuersa uerba festinare, & fari, eadem uideri debeant. Commodius autem, propiusq; uisum est festinare, quasi fessum esse. Nam qui multis simul rebus properandis defessus est: is iam non properat, sed festinat.

Quid

Quid Theophrastus mirum de perdibus scriptum reliquerit, & quid Theopompus de leporibus.  
Caput XV.

Theophrastus philosophorum peritissimus omnes in Paphlagonia perdices bina corda habere dicit. Theopompus in Bisaltia lepores bina iecora.

Agrippas à partus aegri, & improperi uitio appellatos. Deq; ijs, duabus, quæ uocantur Prosa, & Postuerta.  
Caput XVI.

Vorū in nascendo non caput, sed pedes primi extiterant: qui partus difficillimus, aegerrimusq; habetur: agrippæ appellati uocabulo ab aegritudine, & pedibus. Confixos esse autem pueros in utero Varro dicit capite infimo nixos sursum pedibus elatis non ut hominis natura est, sed ut arboris. Nam pedes, cruraq; arboris appellat ramos. Caput serpem, atq; caudicem. Quando igitur inquit, contra naturam forte conuersi in pedes, brachijs plerumq; diductis retineri solent, aegriusq; tunc mulieres enituntur. Huius periculi deprecandi gratia aræ statutæ sunt Romæ duabus carmentibus, quarum altera Postuerta nominata est: Prosa altera, à recti, peruersiq; partus & potestate, & nomine.

Quæ ratio uocabuli sit agri uaticani.

Caput XVII.

A. GEL.

**T** agrum vaticanum, & eiusdē agri Deum  
 e præsidem appellatum acceperamus à uati-  
 canijs, quæ ui, atq; instinctu eius Dei in eo  
 agro fieri solita essent. Sed præter hanc causam Mar-  
 Varro in libris diuinarum, aliam esse tradit istius  
 nominis rationem nam sicut Aius inquit, Deus ap-  
 pellatus, arq; ei statuta est, quæ est in infima noua  
 uia, quod eo in loco diuinitus uox edita erat: ita Vati-  
 canus Deus nominatus, penès quem essent uocis huma-  
 næ initia: quoniam pueri simulatq; parti sunt: eam  
 primam uocem edunt: quæ prima in uaticano sylla-  
 ba est. Idcircoq; uagre dicitur, exprimente uerbo so-  
 num uocis recentis.

Lepida quædam memorata, & cognita de parte  
 Geometriæ, quæ òmniū appellatur. Et item alia, quæ  
 musiciū, Et tertia itidem, quæ dicitur nauiciū.

Caput XVIII.

**A**rs quædam Geometriæ òmniū appella-  
 tur, quæ ad oculos pertinet. Pars altera, quæ  
 p ad aures, nauiciū uocatur, qua musici ut  
 fundamento artis suæ utuntur. Vtraq; harum spatij,  
 & interuallis linearum, & ratione numerorum con-  
 stat. òmniū facit multa demiranda, id genus, ut in  
 speculo uno imagines unius rei plures appareant.  
 Item ut speculum in loco certo positum, nihil imagi-  
 net, aliorum translatum faciat imagines. Item si re-  
 ctius speculum spectes, imago fiat tua eiusmodi, ut  
 caput deorsum uideatur, pedes sursum. Reddit etiam  
 causas ea disciplina, cur istæ quoq; uisiones fallant:  
 ut quæ



ut quæ in aqua conspiciuntur, maiora ad oculos fiant.  
 Quæ procul ab oculis sunt, minoræ. καρονικὴ  
 autem longitudines, & altitudines uocis emetitur. Lon-  
 gior mensura uocis πρυμὸς dicitur. altior μέλος.  
 Est & alia species καρονικῆς, quæ appellatur  
 μεσοικὴ, per quam syllabarum longarum, & bre-  
 uium, & mediocrium iunctura, & modus congruēs  
 cum principijs Geometriæ aurium mensura exami-  
 natur. Sed hæc inquit M. Varro, aut omnino non di-  
 scimus: aut prius desistimus, quam intelligamus, cur di-  
 scenda sint. Voluptas autem inquit, uel utilitas taliū  
 disciplinarum in post principijs existit: cum perfe-  
 ctæ, absolutæq; sunt: in principijs uero ipsis ineptæ,  
 & insuaues uidentur.

Sumpta ex historia Herodoti libro primo super fi-  
 dicine Arione. Caput XIX.

Eleri admodum, & cohibili oratione, uo-  
 cumq; filo tereti, & candido fabulam scri-  
 psit Herodotus super fidicinis illo Arione.  
 » Vetus inquit, & nobilis Arion cantator fidibus fuit.  
 » Is loco, & oppido methymnæus, terra, atq; insula  
 » omni Lesbios fuit. Eum Arionem rex Corinthi Periā  
 » der amicum, amatumq; habuit artis gratia. Is inde  
 » a rege proficiscitur terras inclytas Siciliam, atq; Ita-  
 » liam uisere. Vbi eod uenit, auresq; omnium, mentesq;  
 » in utriusq; terræ urbibus demulsit: in quæstibus  
 » istic, & uoluptatibus, amoribusq; hominum fuit. Is  
 » tum postea grandi pecunia, & re bona multa copio-

» sus Corinthum instituit redire. Nauem igitur, & nau-  
 » tas, ut notiores, amicioresq; sibi Corinthios, delegit.  
 » Sed eo corinthios homine accepto, nauiq; in altu pro-  
 » uecta, praede, pecunaeq; cupidos cepisse consilium  
 » de necando Arione. Tum illum ibi pernicie intelle-  
 » cta, pecuniam, ceteraq; sua ut haberent, dedisse: ui-  
 » tam modo sibi ut parcerent: orauisse: nauas precum  
 » eius harum commiserum esse illatenus, ut ei necem  
 » adferre per uim suis manibus temperarent, sed im-  
 » perauisse, ut iam statim coram desiliret praeps in  
 » mare. Homo inquit, ibi territus spe omni uitae perdi-  
 » ta, id unum postea orauit, ut prius, quam mortem  
 » oppeteret: induere permitterent sua sibi indumentae,  
 » & fides capere, & canere carmen casus illius sui con-  
 » solabile. Feros, & immanes nauitas prolubium ta-  
 » men audiendi subit. Quod orauerat, impetrat. atq;  
 » ibi mox de more cinctus, amictus, ornatus, stansq;  
 » in summæ puppis foro carmen, quod orthium dici-  
 » tur, uoce sublatissima cantauit. Ad postrema cantus  
 » cum fidibus, ornatuq; omni, sicut stabat, canebatq;  
 » eiecit sese procul in profundum. Nauae haudqua-  
 » quam dubitantes quin perisset, cursum, quem facere  
 » ceperant tenuerunt. Sed nouu, & mirum, & pium  
 » facinus contigit. Delphinum repente inter undas ad-  
 » nauisse, & dorso super fluctus edito uectauisse. In-  
 » columiq; eum corpore, & ornatu, Tænarum in ter-  
 » ram Laconicam deuexisse. Tum Arionem prorsus ex  
 » eo loco Corinthum petiuisse. Talemq; Periandro Re-  
 » gi, qualis Delphino uectus fuerat, sese obtulisse. Eiq;  
 » rem, sicuti acciderat, narrauisse. Regem istaec parum  
 » credidisse.

» credidisse. Arionem, quasi falleret, custodiri iussisse.  
 » Nautas reuolutos, ablegato Arione, dissimulanter in-  
 » terrogasse: ecquid audissent in ijs locis, unde uenisse-  
 » sent: super Arionem. Eos dixisse, hominem cum inde  
 » irent in terra Italia fuisse: eumq; illic bene agitare:  
 » & studijs, delectationibusq; urbium florere: atq; in  
 » gratia, pecuniâq; magna fortunatum esse. Tum in-  
 » ter hæc eorum uerba Arionem cum fidibus, & in-  
 » dumentis, cum quibus se in salum eiacularat: ex-  
 » titisse. Nautas stupefactos, conuictosq; ire insicias non  
 » quisse. Eam fabulam dicere Lesbios, & Corinthios, atq;  
 » esse fabulæ argumentum, quod simulachra duo ahe-  
 » nea ad Tænarum uiserentur. Delphinus uehens, &  
 » homo insidens.

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICA  
 RVM COMMENTARII.

LIBER XV II.

Quod Gallus asinius, & Largus Licinius sen-  
 tentiã M. Ciceronis reprehenderunt ex oratione, quã  
 dixit pro M. Cælio: & quid aduersus homines sto-  
 lidissimos pro eadẽ sententia uere, dignèq; dici pos-  
 sit.

Caput Primum.

T quidam fuerunt, monstra homi-  
 num, q de Dijs immortalibus im-  
 » pias, falsasq; opiones prodiderunt:  
 ita nõnulli tam prodigiosi, tamq;  
 uecordes extiterunt: (in quibus

sunt Gallus Asinius, & largus Licinius, cuius li-  
 ber etiam fertur infando titulo Ciceromastix ( ut scri-  
 bere ausi sint M. Ciceronem parum integre, atq; im-  
 proprie, atq; inconsiderate locutum. Atq; alia quidē,  
 quæ reprehenderunt, neq; dictu, neq; auditu digna  
 sunt. Sed etenim hi in hoc, quo sibi metipsis præter cæ-  
 tera, esse uisi sunt uerborum pensitatores subtilissimi,  
 cædō quale id sit consideremus. M. Cicero pro M. Cœ-  
 » lio ita scripsit. Nam quod obiectum est de pudicitia,  
 » quodq; omnium accusatorum, non criminibus, sed uo-  
 » cibus, maledictisq; celebratum est: id nunquam tam  
 » acerbe feret M. Cœlius, ut eum poeniteat non de for-  
 » mem esse natum. Non existimant uerbo proprio esse  
 usum, quod ait poeniteat. Atq; id propè ineptum etiā  
 esse dicunt. Nam poenitere inquitunt, tum dicere sole-  
 mus: cum quæ ipsi fecimus: aut quæ de nostra uolun-  
 tate, nostroq; consilio facta sunt: ea nobis post incipiūt  
 displicere: sententiamq; in ijs nostram demutamus.  
 Neminem autem recte ita loqui, poenitere sese: quod  
 natus sit: aut poenitere, quod mortalis sit: aut quod ex  
 offenso forte, uulneratoq; corpore dolorē sentiat. quā-  
 do istiusmodi rerum nec consilium sit nostrum, nec  
 arbitrium. Sed ea ingratis in corporibus nostris ui-  
 ac necessitate naturæ nobis accidant. Sicut hercle in-  
 quiunt, non uoluntarium fuit M. Cœlio quali for-  
 ma nasceretur. cuius eum dixit non poenitere, tan-  
 quam in ea causa res esset, ut rationem exeret poe-  
 nitendi. Est hæc quidem, quā dicunt uerbi huiusce sen-  
 tentia. & poenitet nisi in uoluntarijs rebus non probe  
 dicitur. Tametsi antiquiores uerbo ipso, alio quoq; mo-  
 do usitati

do usitati sunt. Et poenitet ab eo, quod est pene, & a penuria dixerunt: sed id aliorum pertinet: atque alio in loco dicetur. Nunc autem sub hac eadem significatione, quae vulgo nota est: non modo ineptum hoc non est, quod M. Cice. dixit: sed festuissimum adeo, & facetissimum est. Nam cum aduersarij, & obrectatores, M. Coelij, quoniam erat pulchro corpore, formam eius, & faciem in suspiciones impudiciae acriserent: illudens Cicero tam absurdam criminationem, quod formam, quam natura fecerat: vitio darent: eodem ipso errore, quem illudebat: sciens usus est: & non poenitet inquit M. Coelium non deformem esse natum. Ut uel hac ipsa re, quod ita dicebat: opprobret aduersarijs: ac per facetias ostentaret facere eos deridiculum, quod perinde Coelio formam crimini darent: quasi arbitrium eius fuisset, quali forma nasceretur.

Verba quaedam ex Q. Claudij annalium primo, cursim in legendo notata. Caput II.

Um librum ueteris scriptoris legebamus: conabamur postea memoriae uegetadae gratia indipisci animo, ac recensere, quae in eo libro scripta essent: in utrasque aestimationes laudis, aut culpae adnotamentis digna. Eratque hoc sane quam utile exercitium ad conciliandas nobis, ubi uenisset usus, uerborum, sententiarumque elegantium recordationes. Velut haec uerba ex Q. Claudij primo annali, quae meminisse potui, notavi, quem librum legimus bi- duo proximo superiore. Arma inquit, plerique abij-

- ¶ dunt, atq; inermi inlatebrant sese. Ibi inlatebrant  
 uerbum poeticum uisum est, sed non absurdum, neq;  
 ¶ asperum. Ea inquit, dum fiunt latini subnixo ani-  
 ¶ mo, quasi sublimi, & supra nixo uerbum pene signi-  
 ficans, & non fortuitum, demonstratq; animi fortitu-  
 dinem, fiduciamq;: quoniam quibus innitimur: ijs qua-  
 ¶ si erigimur, attollimurq;. Domus inquit suas quenasq;  
 ¶ ire iubet, & sua omnia fruisce. R. arius quidem fuit  
 in etate M. Tullij, ac deinceps infra rarissimum. Du-  
 bitatumq; est ab imperitis antiquitatis an latinum fo-  
 ret. Non modo autem latinum, sed iucundius, amoeni-  
 usq; etiam uerbum fruisce factum est: quam fruor,  
 & ut fatisor a' fateor: ita fruisce factum est a' fru-  
 or. Q. Metellus Numidicus, qui caste, pureq; lingua  
 usus latina uidetur: in epistola, quam exul ad Domi-  
 ¶ tios misit: ita scripsit. Illi uero omni iure, atque hone-  
 ¶ state interdicti. Ego neque aqua, neque igni carco: &  
 ¶ summa gloria fruisce. Neuius in atellana, quæ par-  
 tus inscripta est: hoc uerbo ita utitur.  
 ¶ Quod magnopere quæsierunt, id fruisce non queunt.  
 ¶ Qui non parsit, apud se fruitus est. Et R. roma-  
 ¶ ni inquit, multis armis, & magno comœatu, prædaq;  
 ¶ ingenti copiantur. Verbum castrense est, nec facile id  
 reperias apud ciuiliū causarum oratores, exq; ead-  
 dem figura est, qua lignantur, & pabulantur, &  
 aquantur, Sole inquit, ocaaso, sole ocaaso, non insua-  
 ui uenustate est: siquis aurem habeat non sordidam,  
 nec proculcatam. In XII autem tabulis uerbum  
 ¶ hoc ita scriptum est. Ante meridiem causam conscito,  
 ¶ cum perorant ambo præsentēs. Post meridiem præ-

sentilitem addicito. Si ambo praesentes, sol occasus sum  
 prema tempestas esto. Nos inquit, in medium relin-  
 quemus, vulgus in medio dicit, nam vitium istuc pu-  
 tant: Et si dicas in medium ponere, id quoque esse ob-  
 noium putant. Et tamen probabilius, significantiusque  
 sic dici videbitur: si quis ea uerba non incuriose intro-  
 spiciat. Graece quoque ὄνειδος ἐν μέσσοις vitium id non  
 est. Postquam nuntiatum est inquit, pugnatum esse  
 in gallos: id ciuitas grauiter tulit. In gallos mundius,  
 subtiliusque est, quam cum gallis, aut contra Gallos.  
 Nam pinguiora haec, obsoletioraque sunt. simul inquit,  
 forma, factis, eloquentia, dignitate, acrimonia, confi-  
 dentia pariter praecellebat: ut facile intelligeretur  
 magnum uaticum. Magnum uaticum pro magna  
 facultate, et paratu magno noue positum est. Vide-  
 turque graecos secutus, qui ἐπόδιον, sumptum uiae  
 ad aliarum quoque rerum apparatus traducunt.  
 Ac sepe ἐπόδιον pro eo dicunt, quod est institue-  
 re insirue. Nam M. inquit, Manlius, quem capitoli-  
 um seruasse a Gallis supra ostendi, cuiusque operam  
 cum M. Furio DICT. apud gallos comprime fortem,  
 atque exuperabilem Res pu. sensit: is et genere, et  
 ui, et uirtute bellica nemini concedebat. Adprime cre-  
 brius est, cumprime rarius, traductumque ex eo est, quod  
 cumprimis dicebant, pro quod est in primis. Nihil  
 sibi inquit, diuitias opus esse. Nos diuitijs dici-  
 mus, et uicium hoc orationis nullum est. Ac ne id  
 quidem est, quod figura dici solet. Recta enim istaec  
 oratio est. Et ueteres complusculi ita dixerunt. Nec  
 ratio dici potest, cur rectius sit, diuitijs opus esse,

quam diuitias: nisi qui grammaticorum noua instituta  
 » ut *τεμνω* *ἱερα* observant. Nam hæc inquit, ma-  
 » xime uersatur Deorū iniquitas: quod deteriores sunt  
 » incolumiores. Neq; optimum quempiam inter nos si-  
 » nunt diurnare. Inusitate dixit diurnare pro diu ui-  
 » uere. Sed ex ea figura est, qua dicimus perēnare. Cum  
 » his inquit, consermonabatur, sermonari rusticius ui-  
 » detur, sed rectius, sermocinari crebrius est, sed corru-  
 » ptius. Sese inquit, ne id quoq; quod tum suaderet, fa-  
 » cturum esse. Ne id quoq; dixit, pro ne id quidem.  
 Infrequens nunc in loquendo, sed in libris ueterum  
 » creberrimum. Tanta inquit, sanctitudo fani est: ut nū-  
 » quam quisquam uiolare sit ausus. Sanctitas quoq; &  
 » sanctimonia non minus latine dicuntur. Sed nescio qd  
 » maioris dignitatis est uerbum sanctitudo. Sicuti M. Ca-  
 » to in L. Veturium, duritudinem, quam duriciem dice-  
 » re grauius putauit. Qui illius inquit, impudentiam  
 » norat, & duritudinem. Cum tantus inquit, arrabo  
 » penes Samnites Po. Ro. esset. Arrabonem dixit. DC.  
 » obsides, & id maluit quam pignus dicere: quoniam  
 » uis huius uocabuli in ea sententia grauior, acriorq;  
 » est. Sed nunc arrabo in sordidis uerbis haberi cœ-  
 » ptus. Ac multo rectius uidetur arra. Quamquam ar-  
 » ram quoq; ueteres sepe dixerint. Et compluribus inqt,  
 » in laboribus miserrimas uitas exegerunt. Et hic mo-  
 » tus in otijs inquit, consumptus. Elegancia utrobique ex  
 » multitudine numeri quæsitæ est. Cominius inquit, qua  
 » ascenderat, descendit, atq; uerba Gallis dedit. Ver-  
 » ba Cominium dedisse Gallis dicit: qui nihil quicquam  
 » cuiquam dixerat. Neq; enim eū Galli, qui capitolium



obsidebant: ascendentem, aut descendentem uiderant. Sed uerba dedit, haud secus posuit, quam si tu dicas la-  
 tuit, atq; obrepfit. Conualles inquit, & arboreta ma-  
 gna erant. Arboreta ignobilius uerbum est, arbu-  
 sta celebratius. Putabant inquit, eos, qui foris, atq; qui  
 in arce erant, inter se commutationes, & consilia fa-  
 cere. Commutationes, idest collationes, communicatio-  
 nesq; inusitate dixit. Sed non hercle inscite, nec inele-  
 ganter. Hæc ego pauca interim super eo libro, quorū  
 memoria post lectionem suppetierat: mihi notauit in  
 sermonibus forte, quos de temporibus rerum adusus  
 hominum repertarum agitabamus.

Verba M. Varronis ex libro quinto, & XXV his-  
 manarum, quibus contra opinionem uulgariam in-  
 terpretatus est Homeri uersum. Cap. III.

Dolens quispiā non indoctus spartū quoq;  
 usum in terra græcia diu incognitum fuisse  
 dixit: multisq; post Ilium captum tempesta-  
 tibus ex terra Hispania aduectum. riserunt hoc ad  
 illudēdū, ex ijs, qui ibi aderant, unus, atq; alter ma-  
 le homines literati, quod genus græci ἀγοράεους  
 appellant. Atq; eum, qui id dixerat librum legisse Ho-  
 meri diebant, cui uersus hic forte deesset.

καὶ δὴ δούρα σείσθη νεῶν, καὶ πάντα λείπεται

Tum ille prorsum irritatus non inquit, in eo lib. uer-  
 sus, sed uobis planē magister defuit. si creditis in eo  
 uersu sparta id significare, quod nos spartū dicimus.  
 Maiorem enim uero illi risum subiiciunt: neq; id desit

terunt, nisi liber ab eo prolatus esset M. Varronis  
 XXV. humanarū, in quod isto Homeri uersu à Var-  
 rone ita scriptum est. Ego sparta apud Homerum non  
 plus spartum significare puto, quam *ωάπτου*, qui  
 dicuntur in agro thebano nati. In Græcia sparti co-  
 pia modo coepit esse ex Hispania. Neq; ea ipsa faculta-  
 te usi Liburni: sed hi plerasq; naues loris suebāt. Græ-  
 ci magis cannabo, & stuppa, cæterisq; sativis rebus,  
 à quibus *ωάπτρα* appellabant. Quod cum ita Var-  
 ro dicat, dubito hercle an posterior syllaba in eo uer-  
 bo, quod apud Homerum est, acienda sit, nisi quia  
 uoces huiusmodi, cum ex communi significatione in  
 rei certe proprietatē concedunt: diuersitate accentuum  
 separantur.

Quid Mænander poeta Philemoni poetæ dixerit:  
 à quo sepe indigne in certaminibus comœdiarum su-  
 peratus est: & quod sæpissime Euripides in tragœ-  
 dia ab ignobilibus poetis uictus est. Cap. IIII.

Mænander à Philemone nequaquã pari scri-  
 ptore in certaminibus comœdiarum ambi-  
 tu, gratiaq; & factionibus sæpenumero uin-  
 cebatur. eum cum forte habuisset obuiam: quæso in-  
 quit Philemon, bona uenia dic mihi, cum me uincis,  
 non erubescis? Euripidem quoq; M. Varro ait, cum  
 quinque & septuaginta tragœdias scripserit, in quinque  
 solis uicisse. Cum eum uincerent aliquot poetæ igna-  
 uissimi. Mænandrum autem alij centū & octo partim  
 centū & nouem comœdias reliquisse ferūt. Sed Apollonius

Iodori scriptoris celebratissimi hos de Menandro uer-  
sus legitimus in libro, qui chronica inscriptus est.

αἰφισίας ὧν, ἐν διοπέθου πατρὸς  
πρὸς τοῖς ἑκατὸν πέντε γράφας δράματ' ἕξ.  
ἕλπει πενήκοντα καὶ δύο ἑτῶν.

Ex istis tamen centum & quinque omnibus, solis eum  
octo uicisse, idem Apollodorus eodem in lib. inscripsit.

Nequaquam esse uerum quod minutis quibusdam  
rhetoricæ artificibus uideatur M. Cice. in libro, quem  
de amicitia scripsit, uitioso argumento usum ἀμφο-  
σβητούμενον. Totumq; id consideratius tractatum,  
exploratumq;.

Caput V.

c Ibero in dialogo, cui titulus est Lælius, uel  
de amicitia, docere uolens amicitiam non spe,  
expectationeq; utilitatis, neq; pretij mer-  
cedisq; causa colendam: sed quo ipsa per sese plena  
uirtutis, honestatisq; sit: expetendam, diligendamq;  
esse: etiam si nihil opis, nihilq; emolumentum ex ea  
percipi queat: hac sententia, atq; his uerbis usus  
est: eaq; dicere facit C. Lælium sapientem uirum,  
» qui P. Africani fuerat amicissimus. Quid enim  
» Africanus indigens mei? Ne ego quidem illius. Sed  
» ego admiratione quadam uirtutis eius, ille uicissim  
» opinione fortasse nonnulla, quam de meis moribus ha-  
» bebat: me dilexit. auxit beneuolentiam consuetudo.  
» Sed quanquam utilitates multæ, & magnæ conse-  
» cutæ sunt: non sunt tamen ab earum spe causæ di-  
» ligendi profectæ. Ut enim beneficij, liberalesq; sua

mus, non ut exigamus gratiam, ( neq; enim benefi-  
 cium fœneramur, sed natura propensi ad liberalita-  
 tem sumus ) sic amicitiam non spe mercedis adducti,  
 sed qđ omnis eius fructus in ipso amore inest: expete-  
 dam putamus. Hoc cum legeretur in cœtu forte homi-  
 num doctorum, Rhetoricus quidam sophista utriusq;  
 lingue callens haud sane ignobilis, ex istis argutu-  
 lis, & minutis doctoribus, qui τεχνικοί appellan-  
 tur, atq; in differendo tamen non impiger, usum esse  
 existimabat argumento M. Tullium non probo, neq;  
 ἀποδεικτικόν, sed eiusdem questionis, cuius esset ea  
 ipsa res, de qua quæreretur. Verbisq; id vitium græ-  
 cis appellabat, quod accepisset, ἀμφοτερομετρον, ἀρ-  
 τι ὁμολογοῦ μέτρον. Nam beneficos inquit, & libe-  
 rales sumpsit ad confirmandum id, quod de amicitia  
 dicebat: cum ipsum illud & soleat quæri, & debeat  
 quisquis liberaliter, & benigne facit, qua mente, quod  
 ue consilio benignus, liberalisq; sit. Vtrum quia mu-  
 tuam gratiam speret: & eum, in quem benignus sit,  
 ad parem curam sui prouocet: quod facere pleriq;  
 omnes uidentur. An quia natura sit beniuolus: benigni-  
 tasq; eum per sese ipsa, & liberalitas delectet, sine ul-  
 la recipiendæ gratiæ procuratione, quod est omnium  
 ferme rarissimum. Argumenta autem censebat, aut  
 probabilia esse debere, aut perspicua, & minime con-  
 trouersa. Idq; ἀποδεικτικόν uocari dicebat, cum ea, quæ  
 dubia, aut obscura sunt, per ea, quæ ambigua non  
 sunt: illustrantur. Atq; ut ostenderet beneficos, libera-  
 lesq; ad id, quod de amicitia quæreretur: quasi argu-  
 mentum, exemplum ue sumi non oportere: eodem in-  
 quit,

quit, simulachro, & eadem rationis imagine, amicitia inuicem pro argumento sumi potest. si quis adfirmet homines beneficos, liberalesq; esse debere, non spe aliqua compendij, sed amore, & studio honestatis. Poterit enim consimiliter ita dicere. Nãq; ut amicitiam non spe utilitatis amplectimur: sic beneficia, liberalesq;, non gratiæ recipiendæ studio esse debemus. Poterit sanè inquit, ita dicere. Sed neq; amicitia liberalitati, neq; liberalitas amicitia præbere argumentum potest: cum de utroq; pariter queratur. hac ille rhetoricus artifex dicere quibusdam uidebatur perite, & scienter. Sed uidelicet eum uocabula rerum uera ignorauisse. Nam beneficium, & liberalem Cicero appellat, ita ut philosophi appellandum esse censent: non eum, qui, ut ipse ait, beneficia foeneratur: sed qui benigne facit nulla tacita ratione ad utilitates suas redundante. Non ergo obscuro, neq; ambiguo argumento usus est: sed certo, atq; perspicuo. Siquidem qui uere beneficus, liberalisq; est: qua mente bene, aut liberaliter faciat: non queritur. Alijs enim longe nominibus appellandus est, si cum & talia facit: sui potius quàm alterius inuãdi causa facit. Processisset autem argutatori isti fortasse reprehensio: si Cicero ita dixisset. Ut enim benefice, liberaliterq; facimus, non ut exigamus gratiam: uideretur enim benefice facere, etiam in non beneficium cadere posse: si id per aliquã circumstantiam fieret: non per ipsam perpetuæ benignitatis constantiã. Sed cum beneficos, liberalesq; dixerit: neq; aliusmodi isti sunt: quàm cuius esse eos supra diximus: illotis, (quod aiunt,) pedibus, & uer-

bis reprehendit doctissimi hominis orationem.

Falsum esse quod Verrius Flaccus in librorum secundo, quos de obscuris M. Catonis composuit, de seruo receptitio scriptum reliquit. Cap. VI.

Ar. Cato uoconiam legem suadens uerbis  
 » m hisce usus est. Principio nobis mulier ma-  
 » gnam dotem adtulit. Tum magnam pecu-  
 » niam recipit: quam in uiri potestate non committit. eã  
 » pecuniam uiro dat mutuam. Postea ubi irata facta est:  
 » seruum receptitium sectari, atq; flagitare uirum iu-  
 » bet. Quærebatur seruus receptitius quid esset. Libri  
 statim quæsi, allatiq; sunt Verrii Flacci de obscuris  
 Catonis. In libro secundo scriptum inuentum est, re-  
 ceptitium seruum dici nequam, & nulli pretij, qui  
 cum uenum esset datus: redhibitus ob aliquod uitium,  
 receptusq; sit. Propterea inquit, seruus eiusmodi se-  
 ctari maritum, & flagitare pecuniam iubebatur: ut  
 eo ipso dolor maior, & contumelia grauior uiro fie-  
 ret: quod eum seruus nihili petendæ pecuniæ causâ  
 compellaret. Cum pace autem, cumq; uenia istorum,  
 siqui sunt, qui Verrii Flacci authoritate capiuntur:  
 dictum hoc sit. Receptitius enim seruus in eare, quã  
 dicit Cato, aliud omnino est, quàm Verrius scripsit.  
 Atq; id cuius facile intellectu est. Res enim procul-  
 dubio sic est. Quando mulier dotem marito dabat:  
 tum quæ ex suis bonis retinebat: neq; ad uirum tra-  
 mittebat, ea recipere dicebatur. Sicuti nunc quoq; in  
 uenditionibus, quæ excipiuntur, neq; ueneunt.

Quo

Quo uerbo Plautus quoq; , in trinumo usus est in hoc uersu.

Posticulum hoc recipit , cum ædels uendidit.

Particulam quandã , quæ post eas ædels erat: non uendidit , sed retinuit. Ipse etiam Cato mulierem demonstrare locupletem uolens. Mulier inquit , & magnam dotem dat , & magnam pecuniam recipit. Hoc est & magnam dotem dat , & magnam pecuniam retinet. Ex ea igitur re familiari , quã sibi dote data retinuit: pecuniam uiro mutuam dat. Eam pecuniam cum uiro forte irata repetere instituit: apponit flagitatorem seruum receptitium , hoc est proprium seruum suum , quem cum pecunia reliqua receperat : neq; dederat doti , sed retinuerat. Non enim seruo mariti imperare hoc mulierem fas erat , sed proprio suo. Plura dicere , quibus hoc nostrum tuear: supersedeo. Ipsa enim sunt per sese euidentia , & quod a Verrio dicitur , & quod a nobis. Vtrum ergo uidebitur cuiq; uerius: eo utatur.

Verba hæc ex Atinia lege , quod subreptum erit , eius rei æterna authoritas esto , P. Nigidio , & Q. Scauolæ uisa esse non minus de præterito furto , quã de futuro cauisse.

Caput VII.

Egis ueteris Atiniæ uerba sunt. Quod subreptum erit , eius rei æterna authoritas esto.

Quis aliud putet in hisce uerbis , quã de tempore tantum futuro legem loqui? sed Q. Scauola patrem suum , & Brutum , & Manilium uiros adprime doctos quæsisse ait , dubitasseq; , utrum ne in post

A. GEL

facta modo furta. lex ualcret, an etiam in antefacta, quoniam quod subreptum erit, utrunq; tempus uide-  
retur ostendere, tam præteritum quam futurum. Itaq;  
P. Nigridius ciuitatis Romanæ doctissimus super dubi-  
tatione hac eorum scripsit in XXIII commentario-  
rum grammaticorum. Atq; ipse quoq; idem putat in-  
certam esse temporis demonstrationem. Sed anguste p-  
quam, & obscure differit: ut signa rerum ponere ui-  
deas ad subsidium magis memoriæ suæ: quàm ad le-  
gentiû disciplinam. Videbatur tamen hoc dicere, uer-  
bum esse, & erit, quando per sese ponuntur: habent,  
atq; retinent tempus suum. Cum uero præterito iun-  
guntur, uim temporis sui amittunt, & in præteritum  
contendunt. Cum enim dico, in campo est, in comitio-  
est, tempus instans significo. Item cum dico, in campo  
erit, tempus futurum demonstro. At cum dico, factum  
est, scriptum est, subreptum est, quãquam, est, uerbum  
temporis sit præsentis: confunditur tamen cum præ-  
terito, & præsens esse desinit. Sic igitur inquit, etiam  
istud, quod in lege est, si diuidas, separesq; duo uer-  
ba hæc, subreptum, & erit, ut sic audias subreptum,  
tanquã certamen erit, aut sacrificium erit. Tum uide-  
bitur lex in post futurum loqui. Si uero copulate, per-  
misteq; dictum intelligas: ut subreptumerit non duo,  
sed unum uerbum sit. Idq; unica patiendi declinatio-  
ne fit: tum hoc uerbo non minus præteritum tempus  
ostenditur, quam futurum.

In sermonibus apud mēsam Tauri philosophi, quæ-  
ri, agitariq; eiusmodi solita. Cur oleum sepe, & f-  
ale, una



oile, uina rarius congelant, acetum haud fere unquam, & cur aquae flumiorum, fontiumq; durentur, mare gelu non duretur. Cap. VIII.

Hilosophus Taurus accipiebat nos Athenis  
 p coena plerunq; , ad id die ubi iam uespera-  
 uerat. id enim est tempus istic coenandi fre-  
 quens. Eius coenae fundus, & fundamentum omne  
 erat in olla una lentis aegyptiae, & cucurbitae inibi  
 minutim caese. ea quodam die ubi paratis, & expe-  
 ctantibus nobis adlata, atq; imposita mensae est: pue-  
 rum iubet Taurus oleu in ollam indere. erat is puer  
 genere atticus ad annos maxime natus. VIII. festuiss-  
 simus, etatis, & gentis argutis satens. Guttum Sa-  
 mium ore tenuis imprudens inanē, tanquam si inesset  
 oleum: adfert, conuertitq; eum: & ut solitum est: cir-  
 cumegit per omnem partem ollae manum. nullum in  
 de ibat oleum. Aspicit puer guttum atrocibus oculis  
 stomachabundus, & concussum uehementius iterum  
 in ollam uertit. Idq; cum omnes sensim, atq; summissi-  
 sim rideremus: Tum puer graece, & id quidem per-  
 quam attice. μή μάλιστα inquit, ἵνι τ' ὕλακον, ἀλλ'  
 οὐκ ἴσε οἶα φρίκει περὶ τὸν ὄρθρον γέρονε τήμερον κα-  
 κησαλλῶται. Verbero inquit ridens Taurus, non  
 ne is curriculo, atq; oleum petis? sed cum puer fo-  
 ras emptum issset: nihil ipse ista mora offensor. Olla  
 inquit, oleo indiget, & ut uideo intollerandum fer-  
 uit. cohibeamus manus, atq; interea quoniā puer nunc  
 admonuit solere oleum congelascere: consideremus,  
 cur oleum quidem saepe, & facile stet, uina rareter

A. GEL.

congelascent. Atque aspiciat me, et iubet, quod sentiam dicere. Tum ego respondi, coniectare me uinum idcirco minus cito coalescere: quod semina quaedam caloris in sese haberet: essetque natura ignitius, ob eamque rem dictum esse ab Hom. αἰθροῦ οἴνον, non, ut alij putarent, propter colore. Est quidem inquit Taurus, ita ut dicis, nam ferme conuenit, uinum, ubi potum est, calefacere corpora. Sed non secus oleum quoque calorificum est: neque minorem uim in corporibus calefaciendis habet. Ad hoc si istae, quae calidiora sunt, difficilius gelu coguntur, congruens est, ut quae frigidiora sunt facile cogantur. Acetum autem omnium maxime frigorificum est: atque id nunquam tamen concrescit. Num igitur magis causa oleo coaguli celerioris in leuitate est: faciliora. non ad coeundum ideo uidentur, quae leuatiore, leuioraque sunt. Praeterea id quoque ait, quae eridignum, cur flumium, et fontium aquae gelu duretur, mare omne incongelabile sit? Tametsi Herodotus inquit, historiae scriptor contra omnium ferme, qui haec quaesierunt: opinionem: scribit mare Bosphoricum, quod cimerium appellatur, earumque partium mare omne, quod Scythicum dicitur: gelu stringi, et consistere. Dum haec Taurus, interea puer uenerat, et olla deferbuerat: tempusque esse coeperat edendi, et tacendi.

De notis literarum, quae in C. Caesaris epistolis reperiuntur, deque alijs clandestinis literis ex ueteri historia petitis, et quid στυγία sit laconica.

Caput

IX.

Libri sunt

Libri sunt epistolarum C. Caesaris ad C. Op-  
 pium, & Balbum Cor. qui res eius absentis  
 curabant. In his epistolis quibusdam in lo-  
 cis inueniuntur literæ singulariæ, sine coagmentis  
 syllabarum, quas tu putes positas incondite. Nam uer-  
 ba ex his literis confici nulla possunt. Erat autem con-  
 uentum inter eos clandestinum, de commutando situ  
 literarum, ut inscriptio quidem alia aliæ locum, &  
 nomen teneret: sed in legendo locus cuiq; suus, & po-  
 testas restitueretur. Quæ nam uero litera pro qua  
 subderetur, ante ips, sicut dixi, complacebat, qui hanc  
 scribendi latebram parabant. Est autem Probi gram-  
 maticæ commentarius satis curiose factus, de occulta  
 literarum significatione epistolarum C. Caesaris scri-  
 ptarum. Lacedæmonij autem ueteres cum dissimula-  
 re, & occultare literas publice ad imperatores suos  
 missas uolebant: ne si ab hostibus exceptæ forent: con-  
 silia sua noscerentur: epistolas id genus factas mit-  
 tebant. Surculi duo erant teretes oblonguli pari cras-  
 samento, eiusdemq; longitudinis derasi, atque orna-  
 ti consimuliter. Unus imperatori in bellum profici-  
 sci dabatur: alterum domi magistratus cum iu-  
 re, atque cum signo habebant. Quando usus uene-  
 rat literarum secretiorum: circum eum surculum  
 lorum modicæ tenuitatis, longum autem quantum  
 rei satis erat, complicabant, uolumine rotundo: &  
 simplici. Ita uti oræ adiunctæ undiq;, & coheren-  
 tes lori, quod plicabatur coirent. Literas deinde in  
 eo loro per transversas iuncturarum oras, uersis-  
 bus à summo ad imum proficiscentibus inscribebāt.

A. GEL.

Id lorum literis ita perscriptis reuolutum ex surculo imperatori, commenti illius conscio mittebant. Resolutio autem lori literas truncas, atq; mutilas reddebat: membraq; earum, & apices in partes diuersissimas spargebat. Propterea si id lorum in manus hostium inciderat: nihil quicquam coniectari ex eo loro quibat. Sed ubi ille, ad quem erat missum: acceperat, surculo compari, quem habebat, apto, ad finem perinde ut debere fieri sciebat: circumplicabat: atq; ita literæ per ambitum eundem surculi coalescentes, rursum coibant, integramq; & incorruptam epistolam, & facilem legi præstabant. Hoc genus epistolæ læcedæmonij *λευκῶν* appellant. Legebamus id quoq; in uetere historia rerum punicarum, uirum indidem quempiam illustrem ( siue ille Hasdrubal, siue quis alius est non retineo ) epistolam scriptam sup rebus arcanis hoc modo abscondisse. pugillaria noua, nondum etiam cera illita accipisse: literas in lignum incidisse. Postea tabulas, uti solitum est: cera colluuisse: Easq; tabulas, tanquam non scriptas, cui futurum id prædixerat: misisse. Eum deinde ceram derasisse, literasq; incolumis ligno incisas legisse. Est & alia in monumentis rerum græcarum profunda quedam, & inopinabilis latebra barbarico astu excogitata. Histieus nomine fuit loco natus in terra Asia non ignobili. Asiam tunc tenebat imperio Rex Darius. Is Histieus, cum in Persis apud Darium esset: Aristagoræ cuiusdam res quasdam occultas nuntiare furtiuo scripto uolebat. Communiscatur opertum hoc literarum admirandum. Seruo suo diu oculos ægros habenti

benti capillum ex capite omni, tanquam medendi gratia, deradit. Caputq; eius leue in literarum formas compingit. His literis, quæ uoluerat, perscripsit. Hominem postea, quoad capillus adolesceret: domi continuit. Vbi id factum est: ire ad Aristagoram iubet. Et cum ad eum inquit, ueneris, mandasse me dico. ut caput tuum (sicut uuper egomet feci) deradat. seruus, ut imperatum erat, ad Aristagoram uenit: mandatumq; domini adfert. Atq; ille id non esse frustra ratus, quod erat mandatum fecit. Ita literæ perlatæ sunt.

Quid de uersibus Virgilij Phauorinus existimauerit, quibus in describenda sagrãtia montis Aetnæ Pindarum poetam secutus est. Collataq; ab eo super eadem re utriusq; carmina, & diiudicata.

Caput X.

**P**hauorinum philosophum, cum in hospitis sui Antiatem uillam æstu anni concessisset: nosq; ad eum uidendum Roma uenissemus: memini super Pindaro poeta, & Virgilio in hunc ferre modum differere. Amici inquit, familiaresq; P. Virgilij, in ijs, quæ de ingenio, moribusq; eius memoria tradiderunt: dicere eum solitum ferunt, parere se uersus more, atq; ritu ursino. Nãq; ut illa bestia factum ederet ineffigatum, informemq; , lambendoq; id postea, quod ita edidisset: conformaret, & fingeret, proinde ingenij quoq; sui partus recentes rudi esse facie, & imperfecta. sed deinceps tractando, colendoq; reddere ijs se oris, & uultus liniamenta. Hoc uirum

iudicij subtilissima ingenue, atq; uere dixisse, res inquit, ipsa uerum iudicium facit. Nam quæ reliquæ perfecta, expolitaq; quibusq; imposuit sensus, atq; delectus sui supremam manum: omni poetica uenustatis laude florent. Sed quæ procrastinata sunt ab eo, ut post recenserentur: & absolui, quoniam mors præuenterat, nequiverunt: nequaquam poetarum elegantissimi nomine, atque iudicio digna sunt. Itaque cum morbo oppressus, aduentare mortem uideret: petiuit, orauitq; a suis amicissimis impense, ut aeneida, quam non dum satis elimauisset: abolerent. In ijs autem inquit, quæ uidentur retractari, & corrigi debuisse: is maxime locus est, qui de monte Aetna factus est. Nã cum Pindari ueteris poetæ carmen, quod de natura, atq; flagrantia montis eius compositum est, æmulari uellet: eiusmodi sententias, & uerba molitus est, ut Pindaro quoq; ipso, qui nimis opima, pinguiq; esse facundia existimatus est: insolentior, hoc quidem in loco, tumidiorq; sit. Atq; uti uosmetipsos inquit, eius, quod dico arbitros faciam: carmen Pindari, quod est super monte Aetna quantulum mihi memoriæ est, dicam.

τάς ἐρύγονται μὲν ἀπλά-  
τῃ πυρὸς ἀγνόταται

ἢ κ' μυχῶν παλαιῶν ποταμοῖ

δ' ἀμέραισι μὲν προχέοντι ῥόδον καπνῷ

αἰθῶν ἀλλ' ἐν ὄρφναισι πέπρος

φοίνισσά κυλινδομένα φλόξ ἰς βαθεῖαν

καὶ φέρει πότιν πλάκα σὺν πατάγῳ

κείνο δ' ἀφαιέσσι κρυγῆς ἱριπέτον

ἀνοτάτους ἀναπέμ-

πει·τέρας ἂν θαυμασίον τι ἴδῃ-

θαυ.θαύμα δὲ καὶ παρίόν- των ἀκῆσαι.

Audite nunc inquit, Virgilij uersus, quos inchoasse eum uetius dixerim, quam fecisse.

Portus ab accessu uentorum immotus, & ingens Ipse, sed horrificis iusta tonat Aetna ruinis.

Interdumq; atram prorumpit ad aethera nubem Turbine fumantem piceo, & candente fauilla.

Attollitq; globos flammaram: & sydera lambit.

Interdum scopulos, auulsaq; uiscera montis

Erigit eructans: liquefactaq; saxa sub auras

Cum gemitu glomerat: fundoq; exaestuatur imo.

Iam principio inquit, Pindarus ueritati magis obsecutus id dixit, quod res erat, quodq; istic usu ueniebat: quodq; oculis uidebatur, interdum fumare Aetnam: noctu flammigare. Virgilius autem, dum in strepitu, sonituq; uerborum congregando laborat: utrumq; tempus nulla discretionem facta, confudit. Atque ille graecos quidem fontes imitatus ignis eructari, & fluere omnes fumi, & flammaram fulua, & tortuosa uolumina in plagas maris ferre, quasi quosdam igneos angues luculente dixit. At hic noster atram nubem turbine piceo, & fauilla fumantem ἰδὸν καὶ πρὸς αἰθῶρα interpretari uolens crasse, & immodice congeffit. globos quoque flammaram, quod ille κρουῖς dixerat, duriter, & ἀνύπως transtulit. Item qđ ait sydera lambit. Vacāter hoc etiā inqt, accumulauit, & inaniter. Neq; non id quoq; inenarrabile esse ait, et propemodū insensibile, qđ nubē atrā fumare di-

A. GEL.

xit turbine piceo, & fauilla candente. Non enim fumare inquit, solent, neq; atra esse, quæ sunt candentia, nisi si candenti dixit peruulgate, & improprie pro feruenti fauilla, non pro ignea, & relucenti. Nã candens scilicet est à candore dictum, non à calore. Quod saxa autem, & scopulos eructari, & erigi, eosdemq; ipsos statim liquefieri, & gemere, atq; glomerari sub auras dixit, hoc inquit, nec à Pindaro scriptum, nec unquam fando auditum, & omnium, quæ monstra dicuntur: monstruosissimum esse.

Quod Plutarchus in libris Symposiacis opinionem Platonis, de habitu, atq; natura stomachi, fistulaq; eius, quæ πρᾶξις dicitur, aduersum Erasistratum medicum tutatus est, authoritate adhibita antiqui medici Hippocratis. Caput XII.

**T** Plutarchus, & alij quidam docti uiri reprehensum esse ab Erasistrato nobili medico Platonem scripsere, quod potum dixit defluere ad pulmonem. Eoq; satis humectato, dimanare per eum, quia sit rimosior, & confluere inde in uenæstam. Errorisq; istius fuisse Alcæum ducem, qui in poematis suis scriberet. τὸν τε πρᾶξις οὖρον, τὸ γὰρ ἄρρον περιελάττει. Ipsum autem Erasistratum dicere duas esse quasi canaliculas quasdam, uel fistulas. Easq; ab oris faucibus proficisci deorsum, per earumq; alteram deduci, delabiq; in stomachum esculenta omnia, & poculenta. Ex eoq; ferri in uentriculum, qui græce



appellatur ἡ ὑγρὰ νοσήα. Atq; ibi subigit,  
 digeriq; , ac demde aridiora ex ijs recrementa in al-  
 uum conuenire, quod graece ὑγρὸν dicitur humidio-  
 ra peruehens in uescicam, per alterā autem fistulam,  
 quae graece nominatur προχειὰ ἀρτηρία, spiritum  
 a summo ore in pulmonem, atq; inde rursum in os,  
 & in narres commicare. Perq; eandem uia uocis quoq;  
 fieri meatum. Ac ne potus, cibisq; aridior, quē oportet  
 in stomachum ire: prociaderet ex ore, labereturq;  
 in eandem fistulam, per quam spiritus recipitur:  
 eaq; offensione intercluderetur animae uia, impositam  
 esse arte quadam, & ope naturae. Inde apud duo ista  
 foramina, quae dicitur ἐπιλωπιδίς, quasi claustra  
 quaedam mobilia, coniuuentia uicissim, & resurgenti-  
 a. Eamq; ἐπιλωπιδίδα inter edendum, bibendumq;  
 operire, atq; protegere τὴν προχειὰν ἀρτηρίαν,  
 nequid ex esca, potuue incideret in illud quasi aestuā-  
 tis animae iter. Ac propterea nihil humoris insiuere  
 in pulmonem ore ipso arteriae communito. Haec Era-  
 sistratus medicus aduersum Platonem. Sed Plutarchus  
 in libro symposiacorum authorem Platonis sententiae  
 Hippocratem dicit fuisse. Idemq; esse opinatos, & Phi-  
 listhona Locrum, & Dioxiippum Hippocraticum ue-  
 teres medicos, & nobiles. Atq; illam, de qua Erasistra-  
 tus dixerit, ἐπιλωπιδίδα non idcirco in eo loco con-  
 stitutam, nequid ex potu insiueret in arteriam. Nam  
 pulmoni quoq; fouendo rigādoq; necessarios humores  
 uideri. sed adpositam quasi moderatricem quandam,  
 arbitram prohibendi, admiscendiue, quod ex salutis  
 usu foret: uti edulia quidem omnia defenderet ab ar-

A. GEL

teria, depelleretq; in stomachum. Potum autem par-  
tiretur inter stomachum, & pulmonem. Et quod ex  
eo admitti in pulmonem per arteriam deberet: non  
rapidum id, neq; uniuersum, sed quadam quasi obi-  
ce sustentatum, ac repressum, sensim, paulatimq; trās-  
mitteret: atq; omnem reliquum in alteram stoma-  
chi fistulam derivaret.

De materijs infamibus, quas graeci ἀδόξους ap-  
pellant, a Phauorino exercendi gratia disputatis.

Caput

XII.

Infames materias, siue quis maluit dicere in-  
opinabiles, quas graeci ἀδόξους καὶ ἀτό-  
πους ὑποβέβησιν appellant, & ueteres adori-  
ti sunt, non sophistae solum, sed philosophi quoq;, &  
noster Phauorinus oppido quā libens in eas materias  
dicebat, uel ingenio expergificando ratus idoneas,  
uel exercendis argutijs, uel edomandis usu difficul-  
tatibus, sicuti cum Thersitae laudes quaesuit: & cum  
febrim quartis diebus recurrentem laudauit. Lepi-  
da sanē multa, & non facilia inuentu in utraq; cau-  
sam dixit: eaq; scripta in libris reliquit. Sed in febris  
laudibus testem etiam Platonem produxit, quē scri-  
psisse ait. Qui quartanam passus conualuerit: ui-  
resq; integras recuperauerit: fidelius, constantiusq;  
postea ualiturum. atq; inibi in eisdem laudibus non  
hercle hac sententio! a inuenuste lusit, Versus inquit,  
est longo hominum aeuo probatus  
ἄλλοτε μητρῴῃ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ.

Eo uersu significatur, nō omni die bene esse posse, sed isto bene, atq; alio male. Quod cum ita sit inquit, ut in rebus humanis bene, aut male uice alterna sit, hæc biduo medio interuallata febris, quanto est fortunatior, in qua est *μὴ ἀμνηστία δὲ ἀντίπερ.*

Quin particula, quot, qualesq; uarietates significationis habeat, & quā sæpe in ueterum scriptis obscura sit.

Caput

XIII.

Q  
 Vin particula, quam grammatici coniunctionem appellant, uarijs modis: sententijsq; connectere orationem uidetur. Aliter enim dici putatur, cum quasi increpantes, uel interrogantes, uel exhortantes dicimus, quin uenis? quin legis? quin fugis? Aliter cum ita confirmamus. Non dubium est, quin M. Tullius omnium sit eloquentissimus. Aliter autem cum sic componimus, qđ quasi priori uidetur contrarium. Non idcirco causas Isocrates non defendit, quin id utile esse, & honestum existimaret. A quo illa significatio non abhorret, quæ est in tertia origine M. Catonis. Haud eos inquit, eo postremum scribo, quin populi, & boni, & strenui sient. In secunda quoq; origine M. Cato non longe secus hac particula usus est. Neq; satis inquit, habuit, quod eū in occulto uitauerat, quin eius famam profutueret. Præterea animaduertimus Quadrigarium in. VIII. annalium particula ista usum esse obscurissime. Ipse uerba posuimus. Romam uenit, uix superat quin triumphus decernatur. Item in. VI. annali.

eiusdem uerba hæc sunt. Pene factum esse, quin ca-  
 stra relinquerent, atq; cederent hosti. Non me autem  
 præterit dicere aliquem posse de summo pectore nihil  
 esse in his uerbis negotij. Nam quin utrobq; positum  
 pro ut, planissimumq; esse, si ita dicat. Romam ue-  
 nit, uix superat, ut triumphus decernatur. Item  
 alio in loco, pene factum est, ut castra relinquerent,  
 atq; cederent hosti. Sed utantur sane qui tam ex-  
 pediti sunt persugijs commutationum in uerbis, quæ  
 non intelliguntur. utantur tamen, ubi id facere poterunt,  
 uerecundius. Hanc uero particulam, de qua diximus,  
 nisi quis didicerit compositam, copulatamq; esse, neq;  
 uim tantum coniungendi habere, sed certa quadã si-  
 gnificatione factam: nunquam profecto rationes, ac  
 uarietates istius comprehensurus est. Quod quia lon-  
 gioris dissertationis est: poterit cui otium est, reperire  
 hoc in P. Nigidij commentarijs, quos grammaticos in-  
 scripsit.

Sententiæ ex Publij mimis selectæ lepidiores.

Caput XIII.

Publius Mimos scriptitauit, dignusq; habi-  
 tus est, qui super Laberio iudicaretur. C. au-  
 tem Cæsare ita Laberij maledicentia, et ad-  
 rogantia offindebat: ut acceptiores, et probatiores si-  
 bi esse Publij, quã Laberij Mimos prædicaret. huius  
 Publij sententiæ feruntur pleraq; lepida, et ad com-  
 munem sermonum usum commodatissima. Ex qui-  
 bus sunt istæ singulis uersibus circumscriptæ, quas li-  
 bitum hercle est adscribere.

Malum consilium est, quod mutari non potest,  
 beneficium

- » Beneficium dando accipit: qui digno dedit.
- » Feras, non culpes, quod uitari non potest.
- » Cui plus licet quam par est: plus uult, quam licet.
- » Comes facundus in uia pro uehiculo est.
- » Frugalitas miseria est rumoris boni.
- » Heredis fletus sub persona risus est.
- » Furor fit læsa sæpius patientia.
- » Improbe Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit.
- » Ita amicum habeas, posse ut fieri hunc inimicū putes.
- » Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam.
- » Nunquam periculum sine periculo uincitur.
- » Nimum altercando ueritas amittitur.
- » Pars beneficij est, quod petitur, si belle neges.

Quod Carneades Academicus helleboro stomachum purgauit, scripturus aduersus Zenonis stoici decreta. Deq; natura, medelaq; hellebori candidi, & nigri.

Caput

XV.

Carneades Academicus scripturus aduersum stoicam Zenonis libros, superiora corporis helleboro candido purgauit, nequid ex corruptis in stomacho humoribus ad domalia usq; animi redundaret: & constantiam, uigremq; mentis labefaceret. Tanta cura, tantoq; apparatu uir ingenio præstanti ad refellenda, quæ scripserat Zeno: adgressus. Id cum in historia græca legissem: quod helleboro candido scriptum erat: quid esset quæsiui. Tum cõperi duas species hellebori esse discerniculo coloris in-

signes, candidi, & nigri. Eos autem colores non in semine hellebori, neque in uirgultis, sed in radice Dioscori. Candido stomachum, & uentrem superiorem uomitionibus purgari. Nigro aluum, quæ inferior uocatur, dilui. Vtriusque esse hanc uim, ut humores noxios, in quibus cause morborum sunt: extrahant. Esse autem periculum, ne inter causas morborum omni corporum uia patefacta, ea quoque ipsa, in quibus causa uiuendi est: exinaniantur. Amissoque omni naturalis alimonie fundamento, homo exhaustus intereat. Sed helleborum summi posse tutissime in insula Anticyra, Plinius Secundus in libris naturalis historie scripsit. Propterea Linium Drusum, qui Trib. pleb. fuit: cum morbum, qui comitialis dicitur: pateretur: Anticyram nauigasse, & in ea insula helleborum bibisse ait, atque ita morbo liberatum. Præterea scriptum legitur, Gallos in uenatibus tingere helleboro sagittas: quod ijs ictæ exanimatæ feræ teneriores ad epulas fiant. Sed propter hellebori contagium, uulnera ex sagittis facta circumcidere latius dicuntur.

Anates ponticas uim habere uenenis detegendis potentem. Atque inibi de Mithridatis Regis in id genus medicamento solertia. Caput XVI.

Anates ponticas dicitur edundis uulgo uenenis uictitare. Scriptum etiam à Leneo Cn. Pompeij liberti Mithridatem illum ponti Regem medicine rei, & remediorum id genus solertem fuisse. Solitumque earum sanguinem miscere medicamento, quæ

ais, quæ digerendis uenenis ualent. Eumq; sanguinem uel potentissimum esse in ea confectione. Ipsum autem regem adsiduo talium medelarum usu à clandestinis epularum insidijs cauisse. Quin & scientem quoq; ultro, & ostentandi gratia uenenum rapidum, & uelox se penumero hausisse, atq; id tamen sine noxa fuisse. Quamobrem postea cum prælio Po. Ro. uictus in ultima regni refugisset: & mori decreuisset: & uenena uiolentissima festinandæ necis gratia frustra expertus esset: suo se ipse gladio transegit. Huius regis Antidotus celebratissima est, quæ Mithridatios uocatur.

Mithridatem Ponti regem duarum & uiginti gentium linguis locutum, Quisq; Ennium tria corda habere sese dixisse, quod tres linguas percullisset, Græcam, Oscam, Latinam. Caput XVII.

Ennius tria corda habere sese dicebat: quod loqui Græce, & Osce, & Latine sciret. Mithridates autem Ponti, atq; Bithyniæ Rex inclytus, qui à Cn. Pompeio bello superatus est: II. & XX. gentium, quas sub ditione habuit: linguas perculluit. Earumq; omnium gentium uiris haud unquam per interpretem locutus est. Sed ut quæq; ab eo appellari usus fuit: perinde lingua, & oratione ipsius, non minus scire, quàm si gentis eius esset: locutus est.

Quod M. Varro C. Sallustium historie scriptorem deprehensum ab Annio Milone in adulterio

scribit, & loris caesum, pecuniaq; data dimissum.

Caput

XVIII.

**A**rcus Varro in literis, atq; uita, fide homo  
 multa & grauis, in libro, quem inscripsit  
 Pius, aut de pace, C. Sallustum scriptorem  
 seriae illius, & seuerae orationis, in cuius notiones cen-  
 sorias fieri, atq; exerceri uidemus: in adulterio de-  
 prehensum ab Annio Milone loris bene caesum dicit:  
 & cum dedisset pecuniam: dimissum.

Quid Epictetus philosophus dicere solitus sit ho-  
 minibus nequam, & impuris disciplinas philosophiae  
 studiose tractantibus. Et quae duo uerba obseruanda  
 praeeperit, omnium rerum longe salubria.

Caput

XIX.

**H**aurinum ego audiui dicere Epictetum phi-  
 losophum dixisse, plerosq; istos, qui philoso-  
 phari uidentur: philosophos esse huiuscemo-  
 di ἀνα τοῦ πράττειν μέχρι τοῦ λέγειν. Id signifi-  
 cat, factis procul, uerbis tenuis. Iam illud est uehe-  
 mentius, quod Arrianus solitum eum dictitare in li-  
 bris, quos de dissertationibus eius composuit: scriptum  
 reliquit. Nam cum inquit, animaduertat hominem  
 pudore amisso, importuna industria, corruptis mori-  
 bus audacem, confidentem lingua, caeteraq; omnia,  
 praeterquam animum procurantem: istiusmodi in-  
 quit, hominem cum uiderat: studia quoq; & disci-  
 plinas philosophiae contrectare, & physica adire,  
 & meditari dialectica, multa q; id genus theorema-  
 ta suspicari, sciscitariq; in clamabat Deum, atq; ho-  
 minum



minimum fidem: ac plerumque inter clamandum his eum  
 uerbis increpabat. ἀνθρώπε ποῦ βάλλεις, σκέψε  
 εἰ καὶ κἀθάραται τὸ ἀγνέιον. ἀν γὰρ εἰς τὴν οἴησιν αὐτὰ  
 βάλλεις, ἀπώλετο ἢ σαπῆ οὖρον, ἢ ὄξος γένοιτο αὐτὸ, ἢ  
 τὸ τοῦτω χειρόν. Nil profecto is uerbis grauius,  
 nil uerius, quibus declarabat maximus philosopho-  
 rum literas, atque doctrinas philosophiæ, cum in ho-  
 minem falsum, atque degenerem, tanquam in uas spur-  
 cum, atque pollutum influxissent, uerti, mutari, cor-  
 rumpi, & quod ipse κυννιδίτερον dixit: urinam  
 fieri, aut siquid est urina spurcius. Præterea idem il-  
 le Epictetus, quod ex eodem Phavorino audiuius,  
 solitus dicere est, duo esse uitia multo omnium grauif-  
 sima, ac teterrima, intolerantiam, & incontinen-  
 tiam: cum aut iniurias, quæ sunt ferendæ: non to-  
 leramus, neque ferimus: aut a' quibus rebus uolupta-  
 tibusque nos tenere debemus: non tenemus. Itaque in-  
 quit, si quis hæc duo uerba cordi habeat: eaque sibi im-  
 perando, atque obseruando curet: is erit pleraque im-  
 peccabilis, uitamque uiuet tranquillissimam. Verba  
 duo hæc dicebat, ἀνέχου καὶ ἀπέχου.

Ex symposio Platonis sumpta uerba, numeris coag-  
 mentisque uerborum scite, modulateque, & apte exer-  
 cendi gratia, in latinam orationem uersa.

Caput

XX.

Symposium Platonis apud philosophum Tau-  
 rum legebatur. Verba illa Pausaniæ inter  
 conuiuias amorem uice sua laudantis. ea uer-  
 ba ita prorsum amauimus, ut meminisse etiam stu-

diuerimus. Sunt adeo, quæ meminimus, uerba hæc  
 πᾶσα γὰρ πράξις ὡς εἶχει. αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς πραγμοί-  
 νη. οὔτε καλὴ. οὔτε αἰχρὰ. ὅιον νῦν ἡμεῖς ποιῶμεν.  
 ἢ πίνειν ἢ λαλεῖν ἢ διαλέγεσθαι. ὅτι ἐστὶ τῶτων αὐτὸ  
 καλὸν οὐδὲν, ἀλλ' ἐν τῇ πράξει. ὡς ἂν πραχθῆ τοιοῦτον  
 ἀπέβη. καλῶς μὲν γὰρ πραγμόμενον, καὶ ὀρθῶς κα-  
 λὸν γίνεται. μὴ ὀρθῶς δὲ αἰχρὸν, οὔτω καὶ τὸ ἔραν.  
 καὶ ὁ ἔρος, ὅπῃς ἐστὶ καλὸς, ὅτι αἰεὶ ἐγνωμιάζεσθαι.  
 ἀλλ' ὁ καλῶς προτρέπων ἔραν. Hæc uerba ubi lecta  
 sunt, atq; ibi Taurus mihi, Heus inquit, tu ῥητορίσα.  
 Sic enim me in principio recens in diatribam acceptū  
 appellitabat: existimans eloquentiæ unius exercendæ  
 gratia Athenas uenisse: Vides'ne inquit ἐνθ' ἡμῶν  
 crebrum, & coruscum, & connexum, breuib' ἄρ;  
 & rotundis numeris, cum quadam æquabili circum-  
 actione deuinctum? Habes'ne nobis dicere in libris  
 rethorum uestrorum tam apte, tamq; modulate com-  
 positam orationem? Sed hos inquit, tamen numeros cε-  
 σεο uideas ὁδὲ πᾶρερον. Ad ipsa enim Plato-  
 nis penetralia, ipsarumq; rerum pondera & dignita-  
 tes pergendum est, non ad uocularum eius amœnitatē,  
 nec ad uerborum uenustates diuersitandum. Hæc ad-  
 monitio Tauri de orationis Platonice modulis, nō mo-  
 do non repressit: sed instruxit etiam nos ad elegan-  
 tiam græcæ orationis uerbis latinis adfectandam. At-  
 que uti quædam animalium parua, & uilia ad imitan-  
 dum sunt: quas res cunq; audierint, uiderint'ue, petu-  
 lantia proinde nos ea, quæ in Platonis oratione demi-  
 rabamur: non æmulari quidē, sed lineas, umbrasq; fa-  
 cere ausi fuimus, uelut ipsum hoc est, quod ex illis ijs-  
 dem

dem uerbis eius effinximus. Omne inquit, omnino factum sic sese habet, neque turpe est quantum in eo est, neque honestum: uelut est, quas nunc facimus ipsi res bibere, cantare, differere. Nihil nanq; horum ipsum ex sese honestum est: quale, cum fieret modo, factum est: tale extitit. Si recte, honeste q; factum est: tum honestum fit, sin parũ recte: turpe fit: sic amare, sic amor non honestus omnis, neq; omnis laude dignus: sed qui facit, nos ut honeste amemus.

Quibus temporibus post Romam conditam græci, Romaniq; illustres uiri floruerunt, ante secundũ bellum Carthaginiensium.

Capit. XXI.

**I**n conspectum quendã ætatum antiquissimarum, item uirorum illustriũ, qui in his ætatibus nati fuissent, haberemus: ne in sermonibus forte in conspectum aliquid super ætate, atq; uita clarorum hominum temere diceremus: sicuti sophista ille ἀπαλαγτος, qui publice nuper disserens, Carneadem philosophum a rege Alexandro Philippi filio pecunia donatum, & Panætium stoicum cum superiore Africano uixisse dixit: ut ab istiusmodi in quã temporũ, ætatumq; erroribus caueremus: excerpebamus ex libris, qui chronici appellantur: quibus temporibus floruissent græci, simul atq; Romani uiri, q uel ingenio, uel imperio nobiles, insignesq; post conditam Romam fuissent ante secundũ bellum Carthaginiensium, easq; nunc excerptiones nostras uarijs, diuersisq;

in locis factas, cursim digessimus. Neque enim id nobis negotium fuit: ut acri, atque subtili cura excellentium in utraque gente hominum euryporismos componeremus: sed ut noctes istae quadam tenus his quoque historiae flosculis leuiter iniectis aspergerentur. Satis autem uisum est in hoc commentario de temporibus paucorum hominum dicere: ex quorum aetatibus de pluribus quoque, quos non nominaremus: huad difficilis coniectura fieri posset. Incipiemus enim a Solone claro: quoniam de Homero, et Hesiodo, inter omnes fere scriptores constitit, aetatem eos egressi, uel iisdem fere temporibus, uel Homerum aliquanto antiquiorem. utrumque tamen ante Romam conditam uixisse Siluius Albae regnantibus, annis post bellum Troianum, ut Cassius in primo annalium de Homero, atque Hesiodo scriptum reliquit: plus C. atque LX. Ante Romam conditam ut Cornelius Nepos in primo chroniconum de Homero dixit: annis circiter C. et LX. Solonem ergo accepimus unum ex illo nobili numero sapientum leges scripsisse Atheniensium, Tarquinio Prisco Romae regnante, anno regni eius trigesimo tertio. Seruio autem Tullio regnante, Pisistratus Athenis tyrannus fuit. Solone ante in exilium uoluntarium profecto, quoniam id ei praedicenti non creditum est. Postea Pythagoras Samius in Italiam uenit. Tarquinij filio regnum obtinente, cui cognomentum superbus fuit: iisdemque temporibus occisus est, Athenis ab Harmodio, et Aristogitone Hipparchus Pisistrati filius, Hippiae tyranni frater. Archilochum autem Nepos Cornelius tradit Tullio Hostilio Romae regnante, iam

te, iam tunc fuisse poematis clarum, & nobilem. Ducentesimo deinde & LX. anno post Romam condauit non longe amplius, uictos esse ab Atheniensibus Persas, memorie traditum est. Pugna illa incluta marathonia Miltiade duce, qui post eam uictoriam damnatus a populo Atheniensi in uinculis publicis mortem obiit. Tum Aeschylus Athenis tragœdiarum poeta celebris fuit. Romæ autem ferme istis temporibus tribunos, & ædiles, tum primum per seditionem sibi plebes creauit. Ac non diu post Cn. Martius Coriolanus exagitatus, uexatusq; a tri. ple. ad Volscos, qui tum hostes erant, a Rep. desciiuit, bellumq; Po. Ro. fecit. post deinde paucis annis Xerxes rex ab Atheniensibus, & pleraq; græcia Themistocle duce nauali prælio, quod ad salamina factum est, uictus, fugatusq; est. Atq; inde anno fere quarto, Menenio Agrippa, Marco Horatio Puluillo COSS. bello ueiente apud fluum Cremeram, ab ijs sex & trecenti patritij Fabij cum familijs suis, uniuersi ab hostibus circumuenti perierunt. Iuxta ea tempora Empedocles Agrigentinus in philosophiæ naturalis studio floruit. Romæ autem per eas tempestates Xuiros legibus scribundis creatos constitit. Tabulasq; ab ijs primo decem conscriptas, mox alias duas additas. Bellum deinde, terra Græcia maximum peloponnesiacum, quod Thucydides memorie mandauit, coeptum est, circa annum fere post Cond. Romam. CCCXXIII. Qua tempestate A. Postumius Torquatus dictator Romæ fuit, qui filium suum, quod contra suum dictum in hostem pugnauerat: securi necauit. Hostes tum Popu. Ro. fuerant Fidenates.

Itaque qui inter hæc tempora nobiles, celebresq; erant: Sophocles, ac deinde Euripides tragici poetae, & Hippocrates medicus, & Democritus philosophus, quibus Socrates atheniensis natus quidem posterior fuit: sed quibusdam temporibus iisdem uixerunt. Iam deinde trib. militaribus consulari imperio remp. Romæ regentibus ad annu fere conditæ urbis. CCCXLVII. Triginta illi tyranni præpositi sunt à lacedæmonijs atheniensibus, & in Sicilia Dionysius superior tyrannidem tenuit. Paucisq; annis post Socrates Athenis capitis damnatus est, & in carcere ueneno necatus. Ea fere tempestate Romæ M. Furius Camillus dict. fuit, & Veios cepit. Ac post non longo tempore bellum senonicum fuit. Tum Galli Romam præter capitolum ceperunt. neq; multo postea Eudoxus astrologus in terra Græcia nobilitatus est. Lacedæmonijq; ab Atheniensibus apud Corinthu superati duce Phormione. & M. Manlius Romæ, qui Gallos in obsidione capitoli obrepentes per ardua depulerat: conuictus est consilium de regno occupando inisse, damnatusq; capitis e saxo tarpeio, ut M. Varro ait, præceps datus est, ut Cor. autem nepos scriptum reliquit, uerberando necatus est. eoq; ipso anno, qui erat post recuperatam urbem septimus, Aristotelem philosophum natum esse, memoriæ mandatum est. Aliquot deinde annis post bellu senonicum Thebani Lacedæmonios duce Epaminunda apud Leuctra superauerunt, ac breui post tempore in urbe Roma lege Licinij Stolonis COSS. creari, etiam ex plebe cepti, cum antea ius non esset, nisi ex patricijs gentibus fieri

COS. Circa annum deinde urbis cond. quadringentesimum, Philippus Amyntæ filius Alexandri pater, regnum Macedoniae adeptus est. Inq; eo tempore Alexander natus est. Paucisq; inde annis post Plato philosophus ad Dionysium Siciliae tyrannum posteriorem profectus est. Post deinde aliquanto tempore, Philippus apud Cheroneam prælio magno Athenienses uicit. Tum Demosthenes orator ex eo prælio salutem fuga quæsiuit. Cumq; id ei, quod fugerat probose obijceretur: uersu illo notissimo illusit,

ἀνὴρ ὁ παύων καὶ πάλιν μαχίσεται.

Postea Philippus ex insidijs occiditur, & Alexander regnum adeptus, ad subigendos Persas in Asiam, atq; in orientem transgressus est. Alter autem Alexander, cui cognomentum Molosso fuit: in Italiam uenit bellum Popu. Ro. factururus. Iam enim fama, uirtusq; felicitatis Romanæ apud exterarum gentes enitescere inceperat. Sed prius, quam bellum faceret: uita decessit. Eum Molossum cum in Italiam transiret, dixisse accepimus, se quidem ad Romanos ire, quasi in ἀνδροπύτων: Macedonem isse ad Persas, quasi in γυναικονότων. Postea Macedo Alexander pleraq; parte orientali subacta, cum annos regnauisset XI: obiit mortis diem. Neque ita longe post Aristoteles philosophus, & post aliquanto Demosthenes, uita functi sunt. Hisdemq; ferme tempestatibus Popu. Roma. graui, ac diutino Samnitum bello confictatus est. COSS. q; T. Veturius, & SP. Posthumius, in locis iniquis apud Caudium a Samnitibus circumuallati, ac sub iugum missi.

turpi foedere facto discesserunt. Ob eamq; causam Po-  
 iussu Samnitibus per feciales dediti, recepti non sunt.  
 Post annum deinde urbis cond. CCCC. fere' & LXX.  
 bellum cum rege Pyrrho sumptum est. Ea tempesta-  
 te Epicurus Atheniensis, & Zeno Citiensis philosophi  
 celebres erant: eodemq; tempore C. Fabritius Luca-  
 nus, & Q. Aemilius Papus CENS. Romæ fuerunt,  
 & P. Cornelium Rufinum, qui II. COS. & DICT.  
 fuerat: senatu mouerunt. Causamq; isti notæ subscri-  
 psere, quod eum comperissent argenti facti cœnæ gra-  
 tia decem PON. habere. Anno deinde post Romam  
 Cond. CCCC. fere' & XC. COSS. Appio Clau-  
 dio, cui cognomentum Caudax fuit Appij illius Cæ-  
 ci fratre, & Marco Fulvio Flacco, bellum aduersum  
 Pœnos primum coeptum est. Neq; diu post Callima-  
 chus poeta Cyrenensis Alexandria, apud Ptolemæum  
 regem celebratus est. Annis deinde postea paulo plu-  
 ribus, quàm. XX. cum Pœnis pace facta, COSS. Clau-  
 dio Centone Appij Cæci filio, & M. Sempronio Tudi-  
 tano, primus omnium L. Liuius poeta fabulas doce-  
 re Romæ coepit, post Sophoclis, & Euripidis mortem  
 annis plus fere' C. & LX. post Menandri, annis cir-  
 citer quinquagintaduobus. Claudium, & Tutidanum  
 COSS. sequuntur Q. Valerius, & C. Manilius, qui-  
 bus natum esse Q. Ennium poetam M. Varro in pri-  
 mo de poetis libro scripsit: eumq; cum septimum &  
 sexagesimum annum ageret, duodecim annalem  
 scripsisse. Idq; ipsum Ennium in eodem libro dicere.  
 Anno deinde post Romam cond. D. undeciesimo  
 Spurius Caruilius Ruga primus Romæ de amico-



rum sententia, diuortium cum uxore fecit, quod sterilis esset: iurassetq; apud CENS. uxorem se liberorum querendorum causa habere. Eodemq; anno C. Næuius poeta fabulas apud populum dedit. Quē M. Varro in libro de poetis primo stipendia fecisse, ait bello punico primo. Idq; ipsum Næuium dicere in eo carmine, quod de eodem bello scripsit. Porcium autem Licinium Seruius poeticam Romæ cœpisse dicit in his uersibus.

» Punico bello secundo musa pennato gradu,

» Intulit se bellicosam in Romuli gentem feram.

Ac deinde annis fere post XV. bellum aduersum Pœnos sumptum est. Atq; non nimium longe M. Cato orator in ciuitate, & Plautus poeta, in scena floruerunt. Hisdemq; temporibus Diogenes stoicus, & Carneades Academicus, & Critolaus peripateticus ab Atheniensibus ad senatum Po. Ro. negotij publici gratia legati sunt. Neq; magno interuallo postea Q. Ennius, & iuxta Cæcilius, & Terentius, ac subinde Pacuuius, & Pacuuius iam sene Actius, clariorq; tunc in poematis eorum obtrectandis, Lucilius fuit. Sed progressi longius sumus, cum finem proposuerimus adnotatiunculis istis bellum Pœnorum secundum.

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICA

RVM COMMENTARII.

LIBER XVIII.

Disputationes a philosopho stoico, & contra a peripatetico arbitro Phauorino factae, quaesitumque inter eos quantum in perficienda uita beata uirtus ualeret: quantumque esset in ijs, quae dicuntur extraneae

Caput Primum.

f Amiliares Phauorini duo erant quidam non incelebres in urbe Roma philosophi, eorum fuit unus peripateticae disciplinae sectator, alter stoicae.

His quondam ego acriter, atque contente, pro suis utrinque decretis propugnantibus, cum essemus una Hostiae omnes, cum Phauorino interfui. Ambulabamus autem in litore, cum iam ad uesperasceret aestate anni noui. Atque ibi stoicus censebat, & uitam beatam hominum uirtute animi sola, & miseriam summam malitia sola posse effici, etiam si cetera bona omnia, quae corporalia, & externa appellarentur: uirtuti deessent: malitiae adessent: ille contra peripateticus, miseram quidem uitam uitij animi, & malitia sola fieri concedebat. Sed ad complendos omnes uitae beatae numeros, uirtutem solam nequaquam satis esse existimabat: quoniam & corporis integritas, sanitasque, & honestus modus formae, & per-

cunia familiaris, & bona aestimatio, caeteraq; omnia  
 corporis, & fortunae bona necessaria uiderentur per-  
 faciendae beatae uitae. Reclamabat hoc in loco stoi-  
 cus, & tanquam ille duas res diuersas poneret: mira-  
 batur. Quod cum essent malitia, & uirtus duo con-  
 traria: uita misera, & beata quoq; aequae contraria:  
 non serualet in uirisq; uim, & naturam contrarij,  
 & ad miseriam quidem uitae conficiendam, satis ua-  
 lere malitiam solam putaret: ad praestandam uero  
 uitam beatam non satis solam esse uirtutem diceret.  
 Atq; id maxime dissidere, neq; conuenire dicebat:  
 quod qui profiteretur uitam nullo pacto beatam ef-  
 fici posse, si uirtus sola abesset: idem contra nega-  
 ret beatam fieri uitam: cum sola uirtus adesset: &  
 quem daret, haberetq; absenti uirtuti honorem eun-  
 dem petenti, atq; praesenti adimeret. Tum peripa-  
 teticus perquam hercle festiue, rogo te inquit, cum  
 bona uenia respondeas, an existimes esse uini ampho-  
 ram cum abest ab ea unus congrus. Haec ubi acce-  
 pit stoicus, minime inquit, uini amphora dici potest,  
 ex qua abest congrus. Hoc ubi accepit peripateticus:  
 unus igitur congrus amphoram facere dici debet:  
 quoniam, cum deest ille unus, non fit uini amphora:  
 & cum accessit, fit amphora. Quod si id dicere ab-  
 surdum est, uno congruo solo fieri amphoram: itidem ab-  
 surdum est una sola uirtute uitam fieri beatam dicere:  
 quoniam cum uirtus abest: beata esse uita nunquam po-  
 test. Tum Phauorinus respiciens peripateticum, est qui-  
 dem inqt, argutiola haec, qua de congruo uini usus es: ex-  
 posita in libris. Sed (ut scis) captio magis lepida quam

probum, aut simile argumentum uideri debet. Conguus enim cum deest: efficit quidem, ne sit iustæ mensuræ amphora. Sed cum accedit, & additur, non ille unus facit amphoram, sed supplet. Virtus autem (ut isti dicunt) non accessio, neq; supplementum: sed sola ipsa uitæ beatæ instar est, & propterea uitam beatam sola una cum adest: facit. Hæc, atq; alia quædam minuta magis, & nodosa, tanquam apud arbitrum Phauorinum, in suam uterq; sententiam conferebāt. Sed cum iam prima fax noctis, & densiores esse tenebræ cœpissent: profecti Phauorinum in domum, in quam diuertebat, discessimus.

Cuiusmodi questionum certaminibus saturnalia ludicra Athenis agitare soliti sumus, atq; inibi inspersa quædam sophismata, & ænigmata oblectatoria.

Caput

II.

Aturnalia Athenis agitabamus hilare prorsum, ac modeste, non, ut dicitur, remittentes animum. Nā remittere inquit Musonius, animum quasi amittere est: sed demulcentes eum paulum, atq; laxantes iucundis, honestisq; sermonum illectationibus. Conueniebamus autem ad eandem cœnam complusculi, qui Romani in Græciam ueneramus, quiq; easdem auditiones, eosdemq; doctores colebamus. Tum qui & cœnulam ordine suo curabat, præmum soluendæ questionis ponebat, librum ueteris scriptoris uel græcum, uel latinum, & coronam e lau-ro plexā. Totidemq; res quærebat, quot homines istic eramus.

eramus. Cūq; eas omnes exposuerat: rem, locumq; dicendi fors dabat. Quæstione igitur soluta, corona & præmio donabatur: non soluta autem trāsmittebatur ad eum, qui sortito successerat. Idq; in orbem viæ pari seruabatur. Si nemo dissoluebat quæstionis eius nodum, præmium ipsum, & corona Deo, cuius id festum erat: dicabatur. Quærebantur autem res huiuscemodi, aut sententia poetæ ueteris lepide obscura: non anxie: aut historiæ antiquioris requisitio: aut decreti cuiuspiam ex philosophia perperam inuulgati purgatio: aut captiois sophistice solutio, aut inopinati, rariorisq; uerbi indagatio: aut tempus item in uerbo perspicuo obscurissimum. Itaq; nuper quæsitæ esse memini numero septem, quorum prima fuit enarratio, horum uersuum, qui sunt in satyris Q. Ennii, uno multifariam uerbo concinniter implicati, quorum exemplum hoc est.

- » Nam qui lepide postulat alterum frustrari,
  - » Quem frustratur, frustra eum dicit, frustra esse.
  - » Nam qui sese frustrari, quem frustra sentit:
  - » Qui frustratur, is frustra est, si non ille est frustra!
- Secunda quæstio fuit, quonam modo audiri, atq; accipi deberet, quod Plato in ciuitate, quam in libris suis condidit, τοῖς πολιτεῖς fingebat, νόμους τὰς τιμὰς esse censuit, & præmia uiris fortibus, summisq; bellatoribus posuit suauitates puerorum, & puellarum. Tertio in loco hoc quæsitum est, in quibus uerbis captiois istarum fraus esset, & quo pacto distinguere, resoluiq; possent. Quod non perdidisti habes: cornua non perdidisti: habes igitur cornua. Item altera

captio. Quod ego sum, id tu non es, homo igitur tu non es. Quæsitum id quoque ibi est, quæ esset huius quoque sophismatis resolutio, cum mentior, et mentiri me dico, mentior, an uerum dico? Postea quæstio ista hæc fuit. Quam ob causam patritij Megalensibus mutitare soliti sint plebs cerealibus. Secundum ea quæsitum hoc est. Verbum uerant quod significat uera dicunt, quis nam ueterum poetarum dixerit? Sexta quæstio fuit, asphodelum cuiusmodi herba sit, quod Hesiodus in isto uersu posuerit,

ἡπιοὶ οὐδ' ἴσασιν ὅσω πλεόν ἢ μίον πατρός,  
οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃτε, καὶ ἀσφοδέλω μὲν ὄνειρα

Et quid item Hesio se dicere sentiat, cum dimidium plus esse toto dicit. Postrema quæstionum omnium hæc fuit. Scripserim, uenerim, legerim, cuius temporis uerba sint præteriti, an futuri, an utriusque. Hæc ubi ordine, quo dixi proposita, atque singulis sorte ductis, disputata, explanataque sunt: libris, coronisque omnes donati sumus, nisi ob unam quæstionem, quæ fuit de uerbo uerant. Nemo enim tum commemorat dictum esse à Q. Ennio id uerbum in XIII. annaliu in isto

» Satin uates uerant ætate in agunda. (uersu.  
Corona igitur huius quæstionis Deo feriarum istarum Saturno data est.

Quid Aeschines rhetor in oratione, qua Timarchum de impudicitia accusauit, Lacedæmonios stautuisse dixerit, super sententia probatissima, quæ improbatissimus homo dixisset.

Caput

III.

Aeschines

Eschines uel acerrimus, prudentissimusq; ora-  
 a torum, qui apud conciones Atheniensium  
 floruerunt: in oratione illa scena, crimino-  
 saq; & uirulenta, qua Timarchum de im-  
 pudicitia grauius, insigniterq; accusauit: nobile, & il-  
 lustre consilium Lacedaemonijs dedisse dicit, uirum  
 indidem ciuitatis eiusdem principem uirtute, atq; æta-  
 te magna præditum. Populus inquit, Lacedaemonius  
 de summa Rep. sua quidnam esset utile, & honestum de-  
 liberabat. Tum exsurgit sententiæ dicendæ gratia ho-  
 mo quissiam turpitudine pristinae uitæ defamatissi-  
 mus, sed lingua tunc, atq; facundia nimium quanto  
 præstabilis. consilium quod dabat, quodq; oportere  
 fieri suadebat: acceptum ab uniuersis, & complacitum  
 est: futurumque erat ex eius sententia populi decre-  
 tum. Ibi unus ex illo principum ordine, quos Lacedæ-  
 monij ætatis, dignitatisq; maiestate tanquam arbitros,  
 & magistros disciplinæ publicæ uerebantur: commo-  
 to, iratoq; animo exiit. Et quæ nam inquit, Lacedæ-  
 monij ratio, aut quæ tandem spes erit urbem hanc, &  
 hanc Remp. saluam, inexpugnabilemq; esse diutius  
 posse: si huiusmodi antea actæ uitæ hominibus consi-  
 liarijs utemur? Quod si proba istæc, & honesta sen-  
 tentia est: quæso uos non sinamus eandem dehonestari  
 turpissimi authoris contagione. Atq; ubi hoc di-  
 xit: elegit uirum fortitudine, atq; iustitia præter  
 alios præstantem, sed inopi lingua, & infacundum:  
 Iussitq; eum consensu, petituq; omnium eandem il-  
 lam sententiam disertis uiri cuiusmodi posset uer-  
 bis dicere: ut nulla prioris mentione habita, scitum,

atq; decretum populi ex eius unius nomine fieret, quod ipsum denuo dixerat. Atq; ita, ut suaserat prudentissimus senex, factum est. Sic bona sententia mansit. Turpis author mutatus est.

Quod Sulpitius Apollinaris prædicantem quendam a se se uno Sallustij historias intelligi, illisit quaestione proposita, quid uerba ista apud Sallustum significarent. Perincertum stolidior, an uanior.

## Caput

## IIII.

Um iam adolescentuli Romæ prætextam, c  
 Et puerilem togam mutassemus: magistrōs q̄ tunc nobismetipsis exploratiores quæreremus: in sandaliario forte apud librarios fuimus: cum ibi in multorum hominum cœtu Apollinaris Sulpitius uir in memoria nostra præter alios doctus iactatorem quempiam, Et uenditorem Sallustianæ lectionis irrisit: illisitq; genere illo facetissimæ dissimulationis, qua Socrates ad sophistas utebatur. Nam cum ille se unum, Et unicum lectorem esse, enarratoremq; Sallustij diceret: neq; primam tantum cutem, ac sententiarum speciem, sed sanguinem quoq; ipsum, ac medullam uerborum eius eruere, atq; introspicere penitus prædicaret: tum Apollinaris amplecti, uenerariq; se doctrinas illius dicens, Per inquit, magister optime exoptatus mihi nunc uenis, cum sanguine, Et medulla Sallustij uerborum. Hesterno enim die quærebatur ex me, quidnam uerba eius hæc in quarto historicarum libro de Cn. Lentulo scripta significent: de quo perincertum fuisse ait, stolidiorne esset, an uanior.

Eaq; ipsa



Ea; ipsa uerba, uti sunt à Sallustio scripta, dixit.  
 » At Cn. Lentulus patriciæ gentis collega eius, qui cogno-  
 » mentum Clodiano fuit perincertum stolidior, an ua-  
 » nior legem de pecunia, quã Sylla emptoribus bono-  
 » rum remiserat: exigenda, promulgauit. Quæsitum  
 ergo ex se Appollinaris, neq; id se dissoluere potuisse  
 adseuerabat: quid esset uanior, quid stolidior, quoniam  
 Sallustius sic ea separasse, atq; opposuisse inter se ui-  
 deretur tanquam diuersa, ac dissimilia, nec eiusdem  
 utraq; uitij forent. Ac propterea petebat, uti se doce-  
 ret significationes utriusq; uocis, & origines. Tum il-  
 le rictu oris, labiorumq; ductu contemni à se osten-  
 dens & rem, de qua quæreretur, & hominem ipsum,  
 qui quæreret: priscorum inquit, & remotorum ego  
 uerborum medullas, & sanguinem (sicuti dixi) per-  
 spicere, & elicere soleo: non istorum, quæ proculcata  
 uulgo, & protrita sunt, ipso illo quippe Cn. Lentulo  
 stolidior est, & uanior, qui ignorat eiusdem stultitiæ  
 esse uanitatem, & stoliditatem. Sed ubi hoc dixit: me-  
 dia ipsa sermorum reliquit, & abire cœpit. Nos de-  
 inde eum tenebamus, urgebamusq; , & cum primis  
 Apollinaris, ut de uocabulorum istorum uel differen-  
 tia, uel, si ei ita uideretur, similitudine plenius, aper-  
 tiusq; differeret: & ut ne sibi inuideret discere uolen-  
 tibus orabat. Atq; ille se iam plane illudi ratus, ne-  
 gotium sibi esse causatur, & digreditur. Nos autem po-  
 stea ex Apollinari didicimus, uanos proprie dici, non,  
 ut uulgus diceret, desipientes, aut hebetes, aut ineptos,  
 sed ut ueterum doctissimi dixissent, mendaces, & in-  
 fidos, & leuia, inaniaq; pro grauibus, & ueris astu-

tissime componentes. Stolidos autem uocari non tam stultos, & excordes, quam tetros, & molestos illepidos, quos graeci  $\mu\omicron\chi\theta\eta\rho\delta\varsigma$  καὶ  $\phi\omicron\omicron\rho\tau\iota\upsilon\delta\varsigma$  dicerent, & unamquāq; harum uocum, & origines scriptas esse dicebat in libris Nigidianis, quos ego requisitos, & re-  
pertos cum primarum significationum exemplis, ut commentarijs harum noctium insererem: notavi. Et intulisse iam me aliquo in loco commentationibus istis existimo.

Quod Q. Ennius in septimo annali quadrupes eques, ac non quadrupes equus, ut legunt multi, scriptum reliquit. Caput V.

Um Antonio Iuliano rhetore uiro hercle bono, & facundiae florentis complures adolescentuli familiares eius Puteolis aestuarum ludum, & iocum in literis amoenioribus, & in uoluptatibus pudicis, honestisq; agitabamus. Atque ibi tunc Iuliano nuntiantur, ἀναγνώστην quendam non indoctum hominem uoce admodum scita, & canora Ennij annales legere ad populum in theatro. Eamus inquit, auditum nescio quem istum Ennianistam. Hoc n. se ille nomine appellari uolebat. quem cum iam inter ingentes clamores legentem inuenissemus, legebat autem librum ex annalibus Ennij VII. Hos eum primum uersus perperam pronuntiantem audiui.

- » Deniq; ut magna quadrupes equus, atq; elephantis
- » Projiciunt sese. Neq; postea multis uersibus additis, celebrantibus

celebrantibus eum, laudantibusque omnibus, discessit. Tunc  
 Iulianus egrediens e theatro, quid uobis inquit, de  
 hoc *ἀνθρώπος*, & de quadrupede equo uidetur? Sic  
 enim profecto legit.

- » Denique ui magna quadrupes equus, atque elephantum
  - » Projiciunt sese.      Ecquid putatis, si magistrum,  
 praefectoremque habuisse alicuius ævis, quadrupes  
 equus dicturum fuisse, ac non quadrupes eques? quod  
 ab Ennio ita scriptum, relictumque esse nemo uetus li-  
 terarum ueterum diligens dubitauit. Cumque aliquot  
 eorum, qui aderant: quadrupes equus apud suum quisque  
 grammaticum legisse se dicerent: & mirarentur quid  
 nam esset quadrupes eques: uellem uos inquit, optimi  
 iuuenes tam accurate Quod Ennium legisse quod P. Virgi-  
 lius legerat: qui hunc eius uersum secutus in georgicas  
 suis, equitem pro equo posuit in his uersibus.
  - » Frena peletronij Lapithæ, gyrosque dedere,
  - » Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis
  - » Insultare solo: & gressus glomerare superbos.
- In quo loco equitem si quis modo non inscite, inepteque  
 argutior sit: nihil potest accipi aliud, nisi equum. Ple-  
 raque enim ueterum ætas, & hominem equo insiden-  
 tem: & equum qui insideretur: equitem dixerunt. Pro-  
 pterea equitare etiam, quod uerbum e uocabulo eqtis in-  
 clinatum est: & homo equo utens: & equus sub homi-  
 ne gradiens dicebatur. Lucilius adeo uir adprime lin-  
 guæ latinæ sciens equum equitare dicit his uersibus.
- » Quers hinc currere equum nos atque equitare uidemus.
  - » His eqtat, curritque oculis eqtare uidemus      & illud
  - » Ergo oculis equitat.

» Sed enim contentus inquit, ego his non fui.  
 Et ut non turbidæ fidei, nec ambiguae, sed ut pure li-  
 quentiusq; esset, equus'ne, an eques Ennius scriptum  
 reliquisset: librum summæ, atq; reuerendæ uetustatis,  
 quem fere constabat Lampadionis manu emendatū  
 studio, pretioq; multo unius uersus inspiciendi gratia  
 conduxit. Et eques non equus scriptum in eo uersu in-  
 ueni. Hæc tum nobis Iulianus, Et multa alia erudi-  
 te simul, Et affabiliter dixit. Sed eadem ipsa post etiã  
 in peruulgatis cõmentarijs scripta offendimus.

Quid Helius Melissus in lib. cui titulum fecit de  
 loquendi proprietate, quem cum ederet cornu esse co-  
 piæ dicebat, rem scripsit, neq; dictu, neq; auditu di-  
 gnam, cum differre matronam, Et matrem familias  
 existimauit differentia longe uanissima. Cap. VI.

h Elius Melissus in nostra memoria fuit Ro-  
 mæ summi quidem loci inter grãmaticos, Et  
 temporis, sed maiore in literis erat iactan-  
 tia, Et opistia, quã opera. Is præter alia, quæ scri-  
 psit, compluria: librum composuit, ut tum uidebatur,  
 cum est editus, doctrinæ inclytæ. Ei lib. titulus est in-  
 gentis cuiusdam illecebræ ad legendum. Scriptus quip-  
 pe est de loquendi proprietate. Quis adco existimet  
 loqui se recte, atq; proprie posse: nisi illas Melissi pro-  
 prietates pdidicerit? ex eolib. hæc uerba sunt. Matro-  
 » na est, quæ semel peperit: quæ sæpius mater familias:  
 » sicuti sus, quæ semel peperit porcetra: quæ sæpius scro-  
 » pha. Vtrū autem hoc de matrona, ac de matre fami-  
 lias Melissus

*lias Melissus excogitauerit ipse, & coniectauerit: an scriptum ab aliquo legerit: ariolis profecto est opus. Nam de porcetra habet sane authorem Pomponium in atellana, quæ hoc eodem uocabulo inscripta est. Sed matronam non esse appellatam nisi quæ semel peperit, neq; matrem familias, nisi quæ sæpius: nullius ueterum scriptorū autoritatibus confirmare potest. Enim uero illud compendio probabilius est: quod idonei uocum antiquarum enarratores tradiderunt: matronam dictam esse proprie, quæ in matrimonium cum uiro conuenisset: quoad in eo matrimonio maneret etiam si sibi liberi nondum nati forent. dictamq; esse ita à matris nomine non adeptam iam, sed cum spe & omne mox adipiscendo: unde ipsum quoq; matrimonium dicitur. Matrem autem familias appellatam esse eam solam, quæ in mariti manu, mancipioq;: aut in eius, in cuius maritus manu, mancipioq; esset: quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoq; mariti, & in sui hæredis locum uenisset.*

*Quem in modum Phauorinus tractauerit intempestuum quendam de uerborum ambiguitatibus quærentem, atq; ibi quot significationes capiat concio.*

## Caput

## VII.

*Domitio homini docto, celebriq; in urbe Romana grāmatico, cui cognomentum insano factum est: quoniã erat natura intractabilior, & morosior. Ei Domitio Phauorinus noster, cum forte apud fanum Carmentis obuiam uenisset: atq; ego cum Phauorino essem: Quæso iquit, te magister dicis,*

mihi num erravi, quod cum uellem *Ἰν μνηστέριον* la-  
 tine dicere, concionis dixi? dubito quippe, & requi-  
 ro, an ueterum eorū, qui electius locuti sunt, pro uer-  
 bis, & oratione dixerit quis concionem? Tum Domi-  
 tius uoce, atque uultu atrocioze, nulla inquit, prorsus  
 bonæ salutis spes reliqua est: cum uos quoq; philoso-  
 phorum illustrissimi nihil iam aliud quàm uerba,  
 auctoritatesq; uerborum cordi habeatis. Mittam au-  
 tem librum tibi, in quo id reperias, quod quæris. Ego  
 enim grammaticus uitæ iam, atq; morum discipli-  
 nas quæro. Vos philosophi mera estis, ut M. Cato ait  
 mortuaria glossaria. Nam qui collegisti, & lætitaſti  
 res tetras, & inanes, & frivolas, tanquam mulierum  
 uoces præſciarū. Atq; utinam inquit, nuſti omnes ho-  
 mines eſſemus: minus improbitas inſtrumentum habe-  
 ret. Cumq; digreſſi eſſemus, non tempeſtue inquit Pha-  
 uorinus hunc hominem acceſſimus, uidetur enim mihi  
*ἔτι μάλῃ οὐδαι*. Scitote inquit, tamen intemperie iſtam,  
 que *μελαγχολία* dicitur, non paruis, nec abiectis inge-  
 nijs accidere, ἀλλὰ εἶναι χερδόντι τὸ πάθος τὸ τοῦ ἡρωί-  
 κων, & ueritates plerumq; fortiter dicere: ſed reſpe-  
 ctum non habere *μήτε κειροῦ μήτε μέγος*. Vel  
 ipſum quale hoc exiſtimatis, quod nunc de philoſo-  
 phis dixit? Non'ne & ſi Antithenes, aut Diogenes  
 dixiſſet: dignum memoria uiſum eſſet? Miſit autem  
 paulo poſt Phauorino librum, quem promiſerat: uer-  
 rij (opinor) Flaci erat: in quo ſcripta ad hoc genus  
 queſtionis pertinentia hæc fuerunt. Senatū dici &  
 pro loco, & pro hominibus. Ciuitatem & pro loco,  
 & oppido, & pro iure quoq; omnium, & pro homi-

num multitudine. Tribus quoq; & de curias dici, & pro loco, & pro iure, & pro hominibus. Concionem autem tria significare, locum, suggestumq; unde uerba fierent. Item significare coetum populi adsistentis, item orationem ipsam, quæ ad populū diceretur. Sicut M. Tul. in oratione, quæ inscripta est, contra concionem Q. Metelli. Ascendi inquit, in concionem, concursus est populi factus. Sicuti idem M. Tullius in oratore ait. Conciones sæpe exclamare uidi: cum a parte uerba cecidissent. Etenim expectant aures, ut ex uerbis colligetur sententia. Item significare coetum populi adsistentis. Item orationem ipsam, quæ ad populū diceretur. Exempla in eo libro scripta non erāt, sed nos postea Phauorino desyderanti harum oīum significationum monumenta, & apud Ciceronem, sicuti supra scripsi, & apud elegantissimos ueterum reperta exhibuimus. Id autem, quod potissimū expetebat: concionem esse dictam pro uerbis, & oratione, docuit titulus Tulliani libri, qui a M. Cicerone inscriptus est eōtra concionem Q. Metelli. quo nihil profecto significatur aliud, quàm ipsa, quæ a Metello dicta est, oratio.

Ὁμοιότατα, καὶ ὁμοιόπρωτα, atq; alia id genus, quæ ornamenta orationis putantur: inepta esse & puerilia, Lucilij quoq; uersibus declarari. Cap. VIII. Ὁμοιότατα, καὶ ἰσοκτάληκτα, καὶ περίσσωτα, καὶ ὁμοιόπρωτα, Cæteraq; huiusmodi scitamenta, quæ isti ἀπειρόκαλοι, qui se Isocraticos uideri uolunt: in collocandis uerbis immodice faciunt & rācide, quæ sint isipida, & inertia, & pue-

vilis facetissime hercle significat in quinto satyrarum Lucilius. Nam ubi est cum amico conquestus, quod ad se ægrotum non uiseret: hæc ibidem addit festiuiter.

- » Quo me habeam facto, tametsi non quæris, docebo.
- » Quando in eo numero mansi, quo in maxima nõ est
- » Pars hominum ut perijisse uelis, uelis, quẽ nolueris, cũ
- » Visere debueris, hoc nolueris, & debueris, te
- » Si nimis delectat, quod ἀτιχρον Isocratiũ est.
- » ὁ χληρῶδης quæ simul totum κῆρ οὐ μετράνῶδης.
- » Non operam perdo. Si tu hic.

Quid significet apud M. Catonem uerbũ insecen-  
da, quodq; insecenda potius legendum sit, quã quod  
pleriq; existimant insequendo. Cap. IX.

**E**t sequor, & item secta, & secutio consuetu-  
dine loquendi differunt. sed qui penitus in-  
spexerit: origo, & ratio utriusq; una est. Do-  
ctores quoq; & interpretes uocum græcarũ ἀνδραμοι  
ἵννετε μῦσα. Et ἑσπετε νῦν μοι μῦσαι dictum pu-  
tant, qđ latine insequi dicitur. Nanq; in altero, n, gemi-  
num, in altero scilicet esse translatum dicunt. Sed etiã  
ipsum illud ἵννε, quod significat uerba, aut uersus  
non aliunde esse dictum tradunt, quã ἀπὸ τῆς ἵννε  
ῶσαι, κῆρ εἰπεῖν. Eadem ergo ratione antiqui nostri  
narrationes, sermonesq; insecutiones appellauerunt.

Errare istos, qui in exploranda febre pulsus uena-  
rum pertentari putant, non arteriarum.



IN Herodis. CL. V. uilla, quæ est in agro at-  
 tico, locò, q̄ appellatur Cephisia, aquis, & lu-  
 cis, & nemoribus frequentem, æstu anni me-  
 dio concesseram. Ibi aluo mihi cita, & accedente fe-  
 bri rapida decubueram. eò Caluissius Taurus philoso-  
 phus, & alij quidam sectatores eius, cum Athenis ui-  
 sendi mei gratia uenissent: medicus, qui tum in his lo-  
 cis repertus adsidebat mihi, narrare Taurò cœperat:  
 quid incommodi paterer, & quibus modulis, q̄busq̄  
 interuallis accederet febris, decederetq̄. Tū in eo ser-  
 mone cum iam me syncerore corpusculo factum dice-  
 ret: Potes inquit, Taurè tu quoq̄ idipsum comprehēde-  
 re εἰν ἀφ᾽ αὐτοῦ τῆς φλεβός. Quod nostris uer-  
 bis profecto ita dicitur. Si attigeris uenam illius. Hanc  
 loquendi imperitiam: quod uenam pro arteria dixis-  
 set, cum in eo docti homines, qui cum Taurò erant:  
 tanquam minime utili in medico offendissent: atq̄ id  
 murmure, & uultu ostenderent: tum ibi Taurus, ut  
 mos eius fuit, satis leniter, certi inquit, sumus uir bo-  
 ne, non ignorare te quid uena appelletur, & quid ar-  
 teria. quod uenæ quidem suapte ui immobiles sint: &  
 sanguinis tantum demittendi gratia explorentur. Ar-  
 teriæ autem motu, atq̄ pulsū suo habitum, & modum  
 febrium demonstrant. Sed, ut uideo, peruulgate magis  
 quā inscite locutus es. Non. n. te solum, sed alios quoq̄  
 itidem errantes audiui uenam pro arteria dicere. Fac  
 igitur, ut experiamur elegantiozem esse te in medendo  
 quā in dicendo. & cum dijs beneuolentibus opera tua  
 sistas hunc nobis sanum, atq̄ ualidum quācitissime.  
 Hoc ego postea cum in medico reprehensum esse me-

minissem: existimaui non medico soli, sed omnibus quoque hominibus liberis, liberaliterque institutis turpe esse, ne ea quidem cognouisse ad notitiam corporis nostri pertinentia, quae non altius, occultiusque remota sum: Et quae natura nobis tuendae ualitudinis causa, Et in promptu esse, Et in propatulo uoluerit. Ac propterea quantum habui temporis subsicui, medicinae quoque disciplinae libros attigi: quos arbitrabar esse idoneos ad docendum. Et ex his cum alia pleraque ab isto humanitatis usu non aliena, tum de uenis quoque, Et arterijs didicisse uideor ad hunc ferme modum. Vena est conceptaculum sanguinis, quod a ueterum medici uocant, misti, confusi que cum spiritu naturali, in quo plus sanguinis est, minus spiritus. Arteria est conceptaculum spiritus naturalis, misti, confusi que cum sanguine, in quo plus spiritus est, minus sanguinis. σφυγμός autem est intentio motus, Et remissio in corde, Et in arteria naturalis non arbitrarij. a medicis autem ueteribus oratione graeca, ita definitus est. σφυγμός ἐστὶ διαστολή, καὶ συστολή ἀδιαρέτος ἀρτηρίας καὶ καρδιάς. Vel σφυγμός ἐστὶ παλμός, ἢ ζέσις φλεβός, ἢ ἀρτηρίας.

Verba ex carminibus Furij Antiatii inscite a Cesellio Vindice reprehensa: uersusque ipsi, in quibus ea uerba sunt, subscripti. Caput XI.

Non hercle idem sentio cum Cesellio Vindice grammatico, (ut mea opinio est,) haudquaquam inerudito. Verum hoc tamen petulanter, insciteque, quod Furium ueterem poetam de-

decorasse linguam latinam scripsit huiusmodi uocum fictionibus. quæ mihi quidem, neq; abhorrere à poetica facultate uise sunt: neq; dictu, profatuq; ipso terræ, aut insuauis esse. Sicuti sunt quedam alia ab illustribus poetis ficta dure, & rancide. quæ reprehendit autem Cesellius furiana hæc sunt: quod terram in lutum uersam, lutescere dixerit, & tenebras in noctis modum factas, noctescere. Et pristinas recuperare uires, uirescere, & quod uentus mare cœruleū crispicans, nitescere facit: purpurat dixerit, & opulentum fieri, opulescere. Versus autem ipsos ex poematis furianis, in quibus hæc uerba sunt, subdidi.

- » Sanguine diluitur tellus: cœua terra lutescit.
- » Omnia noctescunt tenebris caliginis atræ.
- » Increpant animi: uirescit uulnere uirtus.
- » Sicut fulica leuis uolitat super æquora classis.
- » Spiritus eurorum uirides cum purpurat undas,
- » Quo magis in patrijs possint opulescere campis.

Morem istum ueteribus nostris fuisse uerba patiendi mutare, ac uertere in agendi modum.

Caput XII.

De quoq; habitū est in oratione faciēda elegantiæ genus: ut pro uerbis habētibus patiēdi figurā: agentia ponerent, ac deinde hæc uice inter sese mutua uerterent. Terentius in comœdia.

- » Pallium inquit, face ut splendeat.

Non ne hoc impendio uenustus, gratiusq; est, quā si diceret, ne maculetur? Plautus etiam non dissimuliter.

- » Quid est hoc? rugat pallium.

» *Amictus non sum commode.*

Itidem Plautus pulueret dicit, non quod puluere impleat, sed ipsum pulueris plenum sit.

» *Exi tu Daue, age,*

» *Sparge, mundum esse hocce uestibulum uolo.*

» *Venus uentura est nostra, non hoc pulueret.*

In *Asinaria* quoque contemples dicit pro contempleris.

» *Meum caput contemples, si quidem e re consultas tua.*

Cn. Velleius in *annalibus*, postquam tempestas sedauit:

*Adherbal taurum immolauit.* M. Cato in *originibus*.

» *Eodem conuertens complures ex agro accessitauere, eo*

» *res eorum anxio.* Varro in *lib. quos ad Marcellum de*

» *lingua latina fecit.* In *priore uerbo graues prosodiae:*

» *quae fuerunt manent: reliquae mutant inqt, elegantissime pro mutantur, potest etiam id quoque ab eodem Var-*

» *rone in. VII. diuinarum similiter dictum uideri, in*

» *ter duas filias regum quid mutet inter Antigonom, &*

» *Tulliam est enim aduertere. Verba autem patiendi pro*

*agentibus in omnibus ferme ueterum scriptis reperiuntur:*

*ex quibus sunt pauca ista, quae nunc meminimus.*

*muneror te pro munero, & significor pro significo, &*

*sacrificor pro sacrificio, & adsentior pro adsentio, &*

*foeneror pro foenero, & pigneror pro pignero, & alia*

*istiusmodi pleraque, proinde, ut in legendo fuerint ob*

*uia notabuntur.*

Quali talione Diogenes philosophus usus sit pertentatus a dialectico quodam sophismatice impudenti.

Caput

XIII.

» *Aturnalibus Athenis alea quadam festiua,*

» *& honesta lustrabamus huiusmodi. ubi con-*

*ueneramus*

veneramus complusculi eiusdem studij homines, ad  
 leuandū tempus: captiones, quæ sophismata appellan-  
 tur: mente agitabamus. Easq; quasi talos, aut tesseru-  
 las in medium uice sua quisq; iaciebamus. Captionis  
 solutæ, aut parum intellectæ præmiū, pœna ue-  
 rat numus unus HS. Hoc ære collecto, quasi manua-  
 rio cœnula curabatur omnibus: qui eum lusum luse-  
 ramus. Erant autem captiones ad hoc ferè exemplū,  
 tametsi latina oratione non satis scite, ac penè etiam  
 illepide exponuntur. Quod nix est, hoc grando non  
 est. nix autem alba est: grando igitur alba non est.  
 Itē aliud non dissimile. Quod homo est, hoc non est  
 equus: homo autem animal est, equus igitur animal nō  
 est. Dicere ergo debebat qui ad sophisma diluendum,  
 ac refellendum ritu aleatorio uocatus erat: in qua par-  
 te, quoq; in uerbo captio foret. Quid dari, concediq;  
 non oporteret, nisi dixerat, numo singulo multabatur.  
 ea multa cœnam iuuabat. Libet autem dicere quam  
 facete Diogenes sophisma id genus, quod supra dixi,  
 à quodam dialectico ex Platonis diatriba per contu-  
 meliam propositum remuneratus sit. Nam cum ita ro-  
 gasset dialecticus: quod ego sum, id tu non es, & Dio-  
 genes admissit, atq; ille addidisset: homo autem ego  
 sum: cum id quoq; ad sensus esset: & contra dialecti-  
 cus ita conclusisset: homo igitur tu non es: hoc quidem  
 inquit Diogenes, falsum est: & si uerum id fieri uis:  
 à me incipe.

Quid sit numerus hemiolios, quid epitritos, & quæ  
 uocabula ista non facile nostri auri sunt uertere in lin-  
 guam latinam.

Caput XIII.

**F** Igitur quaedam numerorum, quas graeci certis nominibus appellant: uocabula in lingua latina non habent. Sed qui de numeris latine scripserunt graeci ipsa dixerunt: fingere autem nostra (quoniam id absurde futurum erat) noluerunt. Quale enim fieri nomen posset hemolios numero, aut epiritos? Est autem hemolios, qui numerum aliquem totum in se habet, dimidiumque habet eius, ut tres ad duo, quindecim ad decem, triginta ad uiginti. Epiritos autem est, qui habet totum aliquem numerum, et eiusdem partem tertiam, ut quatuor ad tres, duodecim ad nouem, quadraginta ad triginta. Haec autem notare, atque meminisse non ab re uisum est: quoniam uocabula ista numerorum nisi intelliguntur: rationes quaedam subtilissimae in libris philosophorum scriptae percipi non queunt.

Quod M. Varro in Herois uersibus obseruauerit rem nimis anxie, et curiose obseruationis.

Caput

XV.

**I**n longis uersibus, qui hexametri uocantur, item in senarijs animaduertentur metrici duos primos pedes, item extremos duos habere singulas posse integras partes orationis, medios haud unquam posse. Sed constare eos semper ex uerbis, aut diuisis, aut iunctis, atque confusis. M. etiam Varro in libris disciplinarum scripsit obseruasse se in uersu hexametro, quod omni modo quintus semipes uerbum finiret. Et quod priores quoque semipedes aequae magnae uim haberent in efficiendo uersum, atque alij posteriores septem. Idque ipsum ratione quadam Geometrica fieri differit.

Auli

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICA  
RVM COMMENTARI.

LIBER XIX.

Responsio cuiusdam philosophi interrogati quam  
ob causam maris tempestate palluerat.

Caput Primum.

¶ Auigabamus a' Cassiopia ad Brundu-  
sium mare Ionium uiolentum, & ua-  
stum, & iactabudū. Nox deinde, quæ  
diē primum secuta est: in ea fere tota  
uentus a' latere sæuiens nauem undis  
compleuerat. Tum postea complorantibus nostris o-  
mnibus, atq; in sentina satis agentibus, dies quidem  
tandem illuxit: sed nihil de periculo, atq; sæuitia re-  
missum: quin turbines etiam crebriores, & coelum  
atrum, & fumigantes globi, & figure quædam nu-  
bium metuendæ, quas tuq̄oras uocabant, impende-  
re, imminereq; , ac depressuræ nauem uidebantur.  
In eadē fuit philosophus in disciplina stoica celebra-  
tus: quem ego Athenis cognoueram, non parua uirū  
authoritate, satisq; attente discipulos iuuenes continen-  
tem. Eum tunc in tantis periculis, inq; illo tumultu cœ-  
li, marisq; requirebam oculis scire cupiens quonā sta-  
tu animi, & an intrepidus, interritusq; esset. Atq; ibi  
hominem conspicimus impavidum, & extrilidū, plo-  
ratus quidē nullos, sicut cæteri omnes, nec ullas eius-  
modi uoces cientem, sed coloris, & uultus turbatione,

non multum à cæteris differentem. At ubi cœlum eni-  
 tuit: & deferbuit mare: & ardor ille periculi defla-  
 grauit: accedit ad stoicũ græcus quisspiã diues ex Asia,  
 magno (ut uidebamus) cultu, paratuq; rerum, & fami-  
 liæ, atq; ipse erat multis corporis, animiq; delitijs dif-  
 fluens. Is quasi illudens, quid hoc est inquit, o philoso-  
 phe, quod cum in periculis essemus: timuisti tu, & pal-  
 luisti? Ego neq; timui, nec pallui. Et philosophus ali-  
 quantulum cantatus, an respondere ei conueniret: s̄  
 quid ego inquit, in tanta uiolentia tempestatum uideor  
 paulum pauesfactus, non tu istius rei ratione audien-  
 da dignus es. Sed tibi sane Aristippus ille pro me re-  
 spoderit. qui cum in simili tempore à simillimo tui ho-  
 mine interrogatus, quare philosophus timeret: cum ille  
 contra nihil metueret non eandem esse causam sibi, atq;  
 illi respondit: quoniã is quidem esset non magno ope-  
 re sollicitus pro anima nequissimi nebulonis. Ipsum au-  
 tem pro Aristippi anima timere. His tunc uerbis stoi-  
 cus diuitem illum Asiaticum à sese amolitus est. sed  
 postea cum Brundusium aduentarem: mollitiq; es-  
 sent uenti maris: percunctatus eum sum, quænam illa  
 ratio esset pauoris sui? quam dicere ei supersedisset:  
 à quo fuerat non satis digne compellatus. Atq; ille mi-  
 hi placide, & comiter, quoniam inquit, audiendi cupi-  
 dus es: audi quid super isto breui quidem, sed necessa-  
 rio, & naturali pauore maiores nostri conditores sectæ  
 stoicæ senserint: uel potius inquit, lege. Nam & faci-  
 lius credideris, si legas: & memineris magis. Atq; ibi  
 coràm ex sarcinula sua librum protulit Epicteti phi-  
 losophi quintum διαλέγων, quas ab Arriano di-  
 gestas



gestas congruere scriptis *Ἰωάννου*, & *Χρυσιππί* non dubiū est. In eo libro scilicet græca oratione scriptum ad hanc sententiam legimus. Visiones animi, quas *φαντασίαι* philosophi appellant, quibus mens hominis prima statim specie accidentis ad animum rei pellitur: non uoluntatis sunt, neq; arbitrij, sed ui quadam sua inferunt sese hominibus. Noscitandæ probationes autem, quas *συγκαταβίαι* uocant, quibus eadem uisa noscuntur, ac dijudicantur: uoluntariæ sunt, fiuntq; hominum arbitrati. Propterea cum sonus aliq; formidabilis aut e' cælo, aut ex ruina, aut repentinus nescius periculi nuntius, uel quid aliud eiusmodi factum est, sapientis quoq; animum paulisper moueri, & contrahi, & pallescere necessum est: non opinione alicuius mali præcepta: sed quibusdam motibus rapidis, & inconsultis officium mentis, atq; rationis præuertentibus. Mox tamen ille sapiens ibidem τὰς τοιαύτας φαντασίας uisa istæc animi sui terrificæ non adprobat, hoc est, οὐ συγκατατίθεται οὐδὲ προσεπίδοξάζει, sed abiicit, respuitq; nec ei metuendum esse in his quicquam uidetur. atq; hoc inter insipientis, sapientisq; animum differre dicunt: quod insipiens qualia sibi esse primo animi sui pulsu uisa sunt sæua, & aspera, talia uero esse putat: & eadem incepta, tanquam si iure metuenda sint: sua quoq; adfensione adprobat καὶ προσεπίδοξάζει. Hoc enim uerbo stoici cum super ista re differunt: utuntur. Sapiens autem cum breuiter, & strictim colore, atq; uultu motus est, οὐ συγκατατίθεται, sed statim, uigoremq; sententiæ suæ retinet: quæ de huiuscemodi uisis semper habuit,

ut de minime metuendis, sed fronte falsa, & formidine inani territantibus. Hæc Epictetum philosophum ex decretis stoicorum sensisse, atque dixisse in eo, quo dixi libro, legimus: adnotandaq; esse idcirco existimauimus: ut rebus forte id genus, quibus dixi obortis: pavescere sensim, & quasi albescere non insipientis esse hominis, neq; ignari putemus. Et in eo tamen breui motu naturali magis infirmitati cedamus, quam quod esse ea, qualia uisa sunt: censeamus.

Ex quinque corporis sensibus duos esse cum belluis maxime communes. Caput II.

Quinque sunt hominum sensus, quos greci αἰσθήσεις appellant: per quos uoluptas animo, aut corpori queri uidetur, gustus, tactus, odoratus, uisus, auditus. Ex his omnibus quæ immodice uoluptas capitur: ea turpis, atq; improba existimatur. Sed enim quæ nimia ex gustu, atq; tactu est: ea uoluptas, sicuti sapientes uiri censuerunt: omnium rerum foedissima est. Eosq; maxime, qui duabus istis belluinis uoluptatibus sese dediderunt: grauissimi uitij uocabulis greci appellant ἀκολάσους, uel ἀφρατίς. Nos eos uel incontinentes dicimus, uel imtemperantes, ἀκολάσους enim si interpretari coactus uelis: nimis id uerbum insolens erit. Iste autem uoluptates duæ gustus, atq; tactus, idest libidines in cibos, atq; in uenerem prodigæ: solæ sunt hominibus communes cum bestiis: & idcirco in pecudum, ferorumq; animalium numero haberetur quisquis est his ferinis uoluptatibus præuinctus. Cæteræ ex tribus alijs sensibus

*sensibus proficiscentes, hominum esse tantum propriæ uidentur. Verba super hac re Aristotelis philosophi adscripsi, ut uel authoritas clari, atque intelyti uiri tam infanibus nos uoluptatibus deterreteret.*

Διατὶ οὐ κατὰ τὴν τῆς ἀφῆς ἢ γέσεως ἡδονὴν γινομένην ἀνὴρ ὑπερβάλλωσιν ἀκρατεῖς λέγονται. οἷτε γὰρ περὶ τὰ ἀφροδίσεια ἀκόλαστοι, οἷτε περὶ τὰς τῆς προφῆς ἀπολαύσεις. τῶν δὲ κατὰ τὴν προφῆν, ἀπ' ἐπίων μὲν ἐν τῇ γλώπῃ τὸ ἡδύ. ἀπ' ἐπίων δὲ ἐν τῷ λάρυγγι. διὸ καὶ φιλόξενος γεραίη λάρυγγα ἀχέτο ἔχειν. οἷ δὲ κατὰ τὴν ὄψιν καὶ τὴν ἀκοὴν ἐκείτη. ἢ διὰ τὸ τὰς ἀπὸ τούτων γινομένας ἡδονὰς κοινὰς εἶναι ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις. ἅτε οὖν οὐσα κοινὰ ἀτιμώταται εἰσὶ καὶ μάλιστα μόναι ἐπονείδισοι. ὥς τε τὸν ὑπὸ τῶτον ἡπώμενον φέρομεν, καὶ ἀκρατῆ, καὶ ἀκόλαστον λέγομεν. διὰ τὸ ὑπὸ τῶν χειρίων ἡδονῶν ἡπᾶσθαι ἔσθον δὲ τῶν ἀεθλήσεων πέντε, τὰ ἄλλα ζῶα ἀπὸ δύο μόνων τῶν προειρημέτων ἡδέται. κατὰ δὲ τὰς ἄλλας, ἢ ὅλως ἔχῃ ἡδέται. ἢ κατὰ συμβεβηκὸς τῶτο πάχει. ὁρῶν μὲν γὰρ τὸ ὄρῶν. ἢ ὁσφραϊνόμενον χεῖρει. ὅτι ἀπολαύει. καὶ ὅταν πληρωθῆ οὐδὲ τὰ τοιαῦτα ἡδέα αὐτῷ. ὥς περ οὐδὲ ἡμῖν ἢ τὸ ταρίχης ὁδμῆ ὅταν ἄσθην ἔχωμεν τὸ φαγεῖν, ὅταν δὲ ἐνδείης ὤμεν, ἡδέα. ἢ δὲ τὸ ῥόδου ἀεὶ ἡδέα. *Quis igitur habens aliquid humani pudoris uoluptatibus istis duabus coeundi, atq; comedendi: quæ sunt homini cum sue, atq; asino communes, gaudeat? Socrates qdē dicebat multos hoies propterea uelle uiuere, ut ederent, et biberent: sese bibere, atq; esse, ut uiueret. Hippocrates aut̄ diuina uir scientia de coitu uenerio ita existimabat, partē esse quā-*

dam morbi teterrimi, quem nostri comitalem dixerunt. Namque ipsius uerba hæc traduntur,  
 τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν.

Quod turpius est frigide laudari, quàm acerbius uituperari.

Caput

III.

Uituperari esse dicebat Phauorinus philosophus exigue, atque frigide laudari, quàm insectanter, et grauius uituperari. Quoniam inquit, qui male dicit, et uituperat, quanto id acerbius facit: tam maxima mole pro iniquo, et inimico ducitur: et plerumque propterea fidem non capit. Sed qui infœcunde, atque iuue laudat: destitui à cæcis uidetur: et amicus quidem creditur eius, quem laudare uult: sed nihil posse reperire, quod iure laudet.

Quamobrem uenter repentino timore effluat, quare etiam ignis urinam lacessat. Cap. IIII.

Aristotelis libri sunt, qui problemata physica inscribuntur, lepidissimi, et elegantiarum omne genus refert: in his querit, Quam ob causam eueniat, ut quibus inuasit repentinus rei magnæ timor, plerumque aluo statim cita fiant. item querit, cur accidat, ut eum, qui propter ignem diutius stetit, libido urinæ lacessat. ac de aluo quidem inter timendum prona, atque precipiti causam esse dicit: quod timor omnibus sit algificus: quem ille appellat πυροποιντικόν, quæ uis frigoris sanguinem, calidoremque omnem de summa corporis cute cogat penitus, et depellat:

Et depellat: faciatq; simul uti, qui timent: sanguine ex ore decedente pallescant. Is autem inquit, sanguis, et calor in intima coactus mouet plerunq; alium, et incitat. De urina crebra ex igni proximo facta, uerba hæc posuit. τὸ δὲ πῦρ διαχαλᾷ τὸ πιπυρὸς, ὡς περ ἡλίου τὴν χιόνα.

Ex Aristotelis libris sumptum, quod niuis aqua potui pessima sit: et quod ex niue chrySTALLUS concreatur.

Caput

V.

i  
 N Tyburte rus concesseramus hominis ami-  
 ci diuitis, æstate anni flagrantissima ego, et  
 quidam alij æquales, et familiares mei, elo-  
 quentiæ, et philosophiæ sectatores. Erat nobiscum  
 uir bonus ex peripatetica disciplina bene doctus, et  
 Aristotelis unice studiosissimus. Is nos aquam multam  
 ex diluta niue bibentes coercebat: seueriusq; increpa-  
 bat. Adhibebat nobis authoritates nobilium medico-  
 rum: et cum primis Aristotelis philosophi rei omnis  
 humanæ peritissimi. qui aquam niuaalem frugibus sa-  
 nè, et arboribus fœcundam diceret: sed hominibus  
 potu nimito insalubrem esse: tabemq; et morbos sen-  
 sim, atq; in diem longam uisceribus inseminare. Hæc  
 quidem ille ad nos prudenter, et beneuole, et adsi-  
 due dictabat. Sed cum bibendæ niuis pausa fieret  
 nulla: promit e bibliotheca Tyburti, quæ tunc in Her-  
 culis templo satis commode instructa libris erat: Ari-  
 stotelis librum, eumq; ad nos adfert. Et huius saltem  
 inquit, uiri sapientissimi uerbis credite: ac desinite ua-  
 letudinem uestram profligare. In eo libro scriptum

fuit. Deterrimam esse potui aquam e' niue. nanq; solidius, latiusq; concretam esse eam, quam κρυσταλλον  
græci appellant. Causaq; ibi adscripta est huiusce-  
modi, quoniam cum aqua frigore aeris duratur, &  
coit: necessum est fieri uaporationem, & quandam  
quasi auram tenuissimam exprimi ex ea, & emana-  
re. Id autem inquit, in ealeuissimum est, quod eua-  
poratur. Manet autem, quod est grauius, & sordidi-  
us, & insalubrius, atq; id pulsu aeris uerberatum,  
in modum, coloremq; spumæ candidæ oritur. Sed ali-  
quantum quod est salubrius distillari, atq; euaporari  
ex niue: indicium illud est, quod minor fit illo, qui  
ante fuerat, quàm concrederet. Verba ipsa Aristote-  
lis ex eo libro pauca sumpsit: & adscripsi.

Διατὶ τὰ ἀπὸ χιόνος, καὶ κρυσταλλῶν ὕδατα φαῦλά ἐστιν,  
ὅτι παντὸς ὕδατος πηνυμένον τὸ λεπτότατον διαπνεῖ-  
ται, καὶ κρυότατον ἐξατμίζει. σημεῖον δὲ ὅτι ἐλαττον  
γίνεται ἢ πρότερον ὅταν ταχὴν παρῆν. ἐπεληλυθότος  
οὖν τῆ ὑγιεινοτάτης, ἀνάγκη τὸ κρυταλειπόμενον χεῖρον  
εἶναι. Hoc ubi legitur: placuit honorem doctissimo  
uiro habere Aristoteli, atq; ita postea ego bellum, &  
odium niui indixi. Alij inducias cum ea uarie facti-  
tabant.

Quod pudor sanguinem ab extra diffundit. timor  
uero contrahit. Caput VI.

2 N problematis Aristotelis philosophi, ita  
scriptum est. Διατὶ οἱ μὲν αἰχνομένοι ἐρυ-  
θρίωσιν. οἱ δὲ φοβούμενοι, ὠχρίωσι. παραπλη-  
σίωσι τῶν παθῶν ἑνῶν, ὅτι τῶν μὲν αἰχνομένων δια-

ζεῖται τὸ αἷμα ἐν τῆς καρδίας εἰς ἅπαντα τὰ μέρη  
 τοῦ σώματος. ὡς τε ἐπιπολάζειν τοῖς δὲ φοβηθεῖσι συν-  
 τρέχει εἰς τὴν καρδίαν ὡς τ' ἐκλείπειν ἐν τῶν ἄλλων  
 μερῶν. Hoc ego Athenis cum Tauro nostro legissem,  
 percunctatusq; essem: quid de ratione ista reddita sen-  
 tiret: dixit quidem inquit, probe, Et uere quid acci-  
 deret diffuso sanguine, aut contracto. Sed cur ita fie-  
 ret nō dixit. Adhuc enim queri potest quam ob cau-  
 sam pudor sanguinem diffundat: timor contrahat.  
 cum sit pudor species timoris, atq; ita definiatur. Pu-  
 dor est timor iustæ reprehensionis. Ita enim philoso-  
 phi definiunt, αἰχμή ἐστὶ φόβος δυνάει λόγῳ.

Quid sit obesum, nonnullaq; alia prisca uoca-  
 bula.

Caput VII.

In agro uaticano Iulius Paulus poeta uir  
 bonus, et rerum, literarumq; ueterum im-  
 pense doctus prædiolum tenue possidebat.  
 Eo sæpe nos ad sese uocabat: et olusculis, pomisq;  
 satis comiter, copioseq; inuitabat. Atq; ita molli quo-  
 dam tempestatis autumnæ die, ego et Iulius Celsi-  
 nus, cum ad eum cœnassemus, et apud mensam eius  
 audissemus legi Næuij Alcestin: rediremusq; in urbem  
 sole iam ferè occiduo: figuræ, habitusq; uerborum no-  
 ue, aut insigniter dictorū in Næuiano illo carmine ru-  
 minabamur: et ut quæq; uox indidē animaduerti di-  
 gna subuenerat: qua nos quoq; possemus uti: memoria  
 mandabamus. Erant autem uerba, quæ tunc suppete-  
 bant, huiusmodi.

Corpore inquit, pectoreq; undiq; obeso,

Ac mente exsensa, tardigemulo senio oppressum.  
 Obesum hic notauimus proprie magis, quam usitate di-  
 ctum pro exili, atq; gracilento, ἀνώπυς ἢ κὰτὰ ἀρτί-  
 φρασίαν, obesum pro pingui, atq; uberi dicit. Item no-  
 tauimus quod oblitteram gentem pro oblitterata dixit.  
 Item quod hostes, qui foedera frangerent foedifragos,  
 non foederifragos dicit. Item quod rubentem auro-  
 ram, pudoricolorem appellauit: Et memnonem no-  
 eticolorem, item quod forte dubitanter: Et ab eo, quod  
 est fileo, silentia loca dixit, Et puluerulenta, Et festi-  
 lenta, Et carèdum tui est, pro te: quodq; magno impe-  
 te pro impetu. Item quod fortescere posuit pro fortè  
 fieri: quodq; dolentiam pro dolore, Et auens pro li-  
 bens. Itè curis intolerantibus pro intolerandis, quodq;  
 manciolis inquit, teneillis pro manibus, Et quiescam  
 feliceo, item fiere inquit, impendio infit, idest impè-  
 se fieri incipit, quodq; accipitret posuit pro iaceret.  
 His nos inter uiam uerborum nauianorum adnota-  
 tiunculis oblectabamus. Cetera enim, quæ uideban-  
 tur nimium poetica explosæ orationis usu alieniora  
 prætermisimus. ueluti fuit quod de Nestore ait, trise-  
 cli senex, Et dulcoriloquus. Item quod tumidis, ma-  
 gnisq; fluctibus inquit, multigrumis, Et flumina ge-  
 lu concreta, tegmine esse onychino dixit: Et quæ mul-  
 tiplicia ludens composuit. Quale illud est, quod uitu-  
 perones suos subducti superalij carptores appellauit.

Quaestio an arena, coelum, triticum pluralia inue-  
 niantur, atq; inibi de quadrigis, inimicitijs, nonnullis  
 præterea uocabulis, an singulari numero comperian-



tur.

Caput

VIII.

a Dolescentulus Romæ prius quàm Athenas  
 concederem, quando erat à magistris audi-  
 tionibusq; obeundis otium: ad Frontonē Cor-  
 nelium uisendi gratia pergebam. Sermoni-  
 busq; eius purissimis, bonarumq; doctrinarum ple-  
 nis fruebar. Nec unquã factum est, quoties eum ui-  
 dimus, loquentemq; audiuius, quin rediremus fe-  
 re cultiores, doctioresq;. Veluti fuit illa quodam die  
 sermocinatio illius leui quidem de re, sed à latine ta-  
 men linguæ studio non abhorrens. Nam cum quispiã  
 familiaris eius, bene eruditus homo, & tum poeta il-  
 lustris, liberatum se esse aquæ intercutis morbo dice-  
 ret: quod arenis calentibus esset usus, Tum adludens  
 Fronto, morbo quidem inquit cares: sed uerbi uitio non  
 cares. C. enim Cæsar ille perpetuus Dict. Cn. Pompeij  
 socer, à quo familia, & appellatio Cæsarum dein-  
 cept propagata est, uir ingenij præcellentis, sermonis  
 præter alios suæ ætatis castissimi in libris, quos ad Mar-  
 cum Ciceronem de analogia conscripsit: arenas uitio-  
 se dici existimabat: quod arena nunquam multitudi-  
 nis numero appellanda sit sicuti neq; cælum, neq; tri-  
 ticum. Contra autem quadrigas etiam si currus unus  
 equorum quatuor iunctorum agmen unum sit: plu-  
 ratiuo semper numero dicendas putat. sicut arma,  
 & mœnia, & comitia, & inimicitias, nî quid contra  
 ea dicas poetarum pulcherrime, quo & te purges, &  
 non esse id uitium demonstras. De cælo inquit ille, &  
 tritico non inficias eo, quin singulo semper numero  
 dicenda sint: neq; de armis, & mœnijs, & comitijs quin

figura multitudinis perpetua censeantur. Videbimus autem post de inimicijs, & quadrigis, ac fortasse an de quadrigis ueterum auctoritati concessero inimicitiam tamen, sicut inscientiam, & impotentiam, & iniuriam, que ratio est, quamobrem C. Cesar uel dictam esse a ueteribus, uel dicendam a nobis non putat. Quando Plautus lingue latine decus, delitiam quoq; inuicem dixerit pro delitijs?

» Mea inquit uoluptas, mea delitia.

Inimicitiam autem Q. Ennius in illo memoratissimo

» Eo inquit, ingenio natus sum, amicitiam, (lib. dixit.

» Atq; inimicitiam in fronte promptam gero.

Sed enim arenas parum latine dici quis (oro te) aut alius scripsit, aut dixit? Ac propterea peto, ut si C. Cesaris liber pre manibus est: promi iubeas, ut qua confidenter hoc dicat, estimari a te possit. Tum prola to libro de analogia primo, uerba haec ex eo pauca memorie mandauit. Nam cum supra dixisset, neq; coelum, triticumue, neq; arenam multitudinis significat-

» tionem pati. Num tu inquit, harum rerum natura ac-  
 » cidere arbitraris, quod unam terram, & plures ter-  
 » ras, & urbem, & urbes, & imperium, & imperia  
 » dicamus? Neq; quadrigas in unam nominis figuram  
 » redigere, neq; arenam in multitudinis appellationem  
 » conuertere possimus. His deinde uerbis lectis sibi. Fron-  
 to ad illum poetam, uidetur ne tibi inquit. C. Ces. de  
 statu uerbi contra te satis aperte, satisq; constanter pro-  
 nuntiasset? Tunc permotus auctoritate libri poeta: si a  
 Cesare inquit, ius prouocandi foret: ego nunc ab hoc  
 Cesaris libro prouocassem. Sed quoniam ipse ratio-

nem sententiæ suæ reddere supersedit: nos te nunc rogamus, ut dicas, quā esse causam uiiij putes, & in quadriga dicenda, & in arena. Tum Fronto ita respondit. Quadrigæ semper, & si multijugæ non sunt: multitudinis tamen tenentur numero, quoniam quatuor simul equi iuncti quadrigæ quasi quadrijugæ uocantur. Neq; debet prorsus appellatio equorum plurium includi in singularis numeri unitatem. Eandem quoq; de arena rationem habendam, sed in specie dispari. nam cum arena singulari numero dicta multitudinem tamen, & copiam significet minimarum, ex quibus constat, partium: indocte, & inscite arenæ dici uidentur, tanquam id uocabulum indigeat numeri amplitudine, cum ei singulariter dici ingenta sit naturalis sui multitudo. Sed hæc ego inquit, dixi non ut huius sententiæ, legisq; fundus subscriptorq; fierem: sed ut ne Caesaris uiri docti opinionem, ἀναρρηκτοῦ desituerem. nam cum coelum semper ἰνικῶς dicatur, mare, & terra non semper, & puluis, uentus, & funus non semper: cur inducias, & caerimonias scriptores ueteres nonnunquā singulari numero appellauerunt, ferias, & nundinas, & inferias, & exequias nunquam? Cur mel, & uinum, atq; id genus cætera numerum multitudinis capiunt? lac non capiat? Quæri inquam ista omnia, & enucleari, & excudi ab hominibus negotiosis in ciuitate tam occupata non queunt. quin his quoq; ipsis, quæ iam dixi, demoratos uos esse uideo, alicui (opinor) negotio destinatos. Itē ergo nunc, & quando forte erit otium, quærite an quadrigam, & arenas

dixerit e' cohorte illa duntaxat antiquiore, uel oratorum aliquis, uel poetarum, id est classicus, assiduusque aliquis scriptor non proletarius. Hæc quidem Pronto requirere nos iussit uocabula non ea re (opinor) quod scripta esse in illis ueterum libris existimaret: sed ut nobis studium lectitandi in querendis rarioribus uerbis exerceret. Quod unum ergo rarissimum uidebatur inuenimus quadrigam numero singulari dictam, in libro satyrarum M. Varronis, qui inscriptus est. Exdemetricis. Arenas autem *πληθυντικῶς*, dictas minore studio querimus, quia præter C. Cæsarem (quod equidem meminerim,) nemo hoc doctorum hominum dedit.

Antonij Iuliani in conuiuio ad quosdam graecos  
 lepidissima responsio. Caput IX.

Dolescens e' terra Asia de equestri loco, læta  
 a indolis, moribusque, et fortuna bene ornatus, et ad rem musicam facili ingenio, ac libenti coenam dabat amicis, ac magistris in rusculo celebrandæ lucis annuæ, quã sibi principem uitæ habuerat. Venerat tum nobiscum ad eam coenam Antonius Iulianus rhetor docendis publice iuuenibus magister hispano ore, florentisque homo faciendi, et rerum, literarumque ueterum peritus. Is, ubi edulij finis, et poculis, mox sermonibusque tempus fuit, desiderauit exhiberi, quos habere eum adolescentem sciebat scitissimos utriusque sexus, qui canerent uoce, et qui psallerent. Ac postea quã introducti pueri  
 puellæque

puellæq; sunt: iucundumq; in modum ἀνακρεόντειαι  
 pleraq; , & sapphica , & poetarum quoq; recentium  
 ἑλιγεία , quædam ἔρωτια ἐκινεῖν . Oblectatū  
 autem sumus præter multa alia uersiculis lepidissi-  
 mis Anacreontis senis: quos & quidem scripsi , ut in-  
 terea labor hic uigiliarum , & in quies suauitate pau-  
 lisper uocem , atq; modulorum ad quiesceret .

τὸν ἀργυροῦν τορῶσας  
 ἤφαισέ μοι ποίησον .  
 πανοπλίᾳ δὲ οὐ χί'  
 τί γὰρ μάχαισι καὶ μοι ,  
 ποτήριον δὲ κοῖλον  
 ὅσον δυνὴ βάθυρον .  
 καὶ μὴ ποίη κατ' αὐτὸ  
 μήτε ἄσπρα , μήτ' ἀμάξας .  
 τί πλειάδων μέλλει μοι ,  
 τί δ' ἄσπερος βοωτέω  
 ποίησον ἀμπέλους μοι .  
 καὶ βότρυας κατ' αὐτὸ  
 καὶ χρυσέους πατοῦντας  
 ὁμοῦ καλῶς λυαίω  
 ἔρωτα καὶ βάθυλλον .

Tum graeci plusculi , qui in eo conuiuio erant , homi-  
 nes amoeni , & nostras quoq; literas haud incuriose  
 docti , Iulianum rhetorem laceffere , insectariq; ador-  
 ti sunt tanquam prorsus barbarum , & agrestem , qui  
 ortus terra Hispania foret , clamatorq; tantum , & fa-  
 cundia rabida , iurgiosaq; esset . Eiusq; linguae exerci-  
 tationes doceret: quæ nullas uoluptates , nullamq; mul-  
 cedinem ueneris , atq; musæ haberet . Sæpeq; eum

percunctabantur, quid de Anacreonte, ceterisque id genus poetis sentiret. Et equis nostrorum poetarum tam fluentes carminum delicias fecisset? Nisi Catullus, inquit, forte pauca, & Calvus itidem pauca. Nam Næuius implicata, & Hortensius inuenusta, & Cinna illepidata, & Memmius dura, ac deinceps omnes rudia fecerunt, atque absona. Tum ille pro lingua patria, tanquam pro aris, & focus animo irritato indignabundus, Cedere equidem inquit, uobis debui, ut in tali & uictis artium nos uinceretis. Et sicut in uoluptatibus cultus, atque uictus, ita in cantilenarum quoque multis anteiretis. Sed ne nos, idest nomen latinum, tanquam profecto uastos quosdam, & insubidos ἀναποδισίαις condemnetis: permittite mihi quæso operire pallio caput, quod in quadam parum pudicit oratione Socratem fecisse aiunt. Et audite, ac discite nostros quoque antiquiores ante eos, quos nominastis, poetas amasios, ac uenerios fuisse. Tum resupinus capite conuelato uoce admodum quæsuauis uersus cecinit Valerij Aeditui ueteris poetæ. Item Portij Licinij, & Q. Catuli, quibus mundus, uenustus, limatus, pressius græcum, latinum uel nihil quicquam reperiri puto. Versus Aeditui.

- » Dicere cum conor curam tibi Pamphila cordis:
- » Quid mi abs te quæram, uerba labris abeunt!
- » Per pectus miserum manat subito mihi sudor.
- » Si tacitus subidus, duplo ideo pereo,  
Atque item alios uersus eiusdem additi, non hercle minus dulces quàm priores.
- » Quid faculam præfers phileros, qua nil opus nobis?  
Ibimus,

- » Ibius, hic lucet pectore flamma satis:  
 » Istam non potis est vis seua extinguere uenti:  
 » Aut imber caelo candidus praecipitans.  
 » At contra hunc ignem Veneris, si non Venus ipsa,  
 » Nulla est, quae possit vis alia opprimere.  
 Item dixit uersus Portij Licinij hosce.  
 » Custodes ouium uidere propaginis agnum.  
 » Quæritis ignem? ite huc. quæritis? ignis homo est.  
 » Si digito attigero, incendam syluam simul omnem.  
 » Omne pecus flamma est, omnia, quæ uideo.  
 Quæ Catuli uersus illi fuerunt.  
 » Ausugit mi animus, credo ( ut solet ) ad Theotimum  
 » Deuenit: sic est. perfugium illud habet.  
 » Quid si non interdixem ne illuc fugituum  
 » Mitteret ad se intro? sed magis eiceret?  
 » Ibius quæsitum, uerum, ne ipsi teneamur,  
 » Formido. quid ago? da Venus consilium.

Verba hæc præter propter, in usu uulgi prodita  
 etiam Ennij fuisse.

Caput X.

m Emi me quondam, & Celsinum Iulianum  
 Numidam ad Frontonem Cornelium, pe-  
 des tunc grauiter egrum ire uisere. atq;  
 ibi qui introducti sumus, offendimus eum cuban-  
 tem in sympodio Græciensi, circumundiq; sedenti-  
 bus multis, doctrina, aut genere, aut fortuna nobi-  
 libus uiris, adsistebant fabri ædium complures bal-  
 neis nouis moliendis adhibiti, ostendebantq; depi-  
 ctas in membranulis uarias species balnearum.

Ex quibus cum elegisset unam formam, speciemq; ueris, interrogauit, quantus esset pecuniae conspectus ad id totum opus absoluendum. Cumq; Architectus dixisset, necessaria uideri esse HS ferme trecenta, unus ex amicis Frontonis, Et praeter propter inquit, alia quinquaginta. Tum fronto dilatis sermonibus, quos habere de balnearum sumptu instituerat, aspiciens ad eum amicum, qui dixerat quinquaginta esse alia praeter propter, atq; ille amicus non meum inquit, hoc uerbum est, sed multorum hominum, quos loquentes id audias. Quid autem id uerbum significet, non ex me, sed ex grammatico quaerendum est, ac simul digito demonstrat grammaticum haud incelebri nomine Romae docentem sedentem. Tum grammaticus, usitati, peruulgatiq; uerbi obscuritate motus, querimus inquit, quod honore quaestionis minime dignum est. Nam nescio quid hoc praenimis plebeium est, Et in opificum sermonibus qua notius, at enim Fronto iam uoce, atq; uultu intentiore, ita ne inquit, magister de honestum tibi, deculpatumq; hoc uerbum uidetur, quo Et M. Cato, Et M. Var. Et pleraq; aetas superior, ut necessario, Et latino usi sunt? Atq; ibi Iulius Celsinus admonuit in tragoedia quoq; Q. Ennij, quae Iphigenia inscripta est: id ipsum, de quo querebatur: scriptum esse, Et a grammaticis contaminari magis solitum, qua enarrari. Quo circa statim proferri Iphigeniam Q. Ennij iubet. In eius tragoediae choro inscriptos esse hos uersus legimus.

- » Otio qui nescit uti, plus negotij habet,
- » Quam cum est negotium in negotio.

Nam cui



- » Nam cui quod agat, institutum est, nullo negotio  
 » Id agit, studet ibi, mentem, atq; animum delectat suū,  
 » Otioso initio animus nescit, quid uelit.  
 » Hoc idem est, neq; domi nunc nos, nec militiæ sumus.  
 » Imus huc, hinc illuc, cū illuc uētum est, ire illinc lubet.  
 » Incerte errat animus: præter propter uitam uiuitur.  
 Hoc ubi lectum est, tum deinde Fronto ad grammaticum iam labantem, audisti ne inquit, magister optime Ennium tuum dixisse præter propter: Et cum sententia quidem tali, quali seuerissimæ philosophorum esse obiurgationes solent? Perimus igitur dicas (quoniam de Enniano iam uerbo quæritur) quid sit motus huiusce uersus sensus,  
 » Incerte errat animus, præter propter uitam uiuitur.  
 Et grammaticus sudans multum, ac rubens multum, cum id pleriq; prolixius riderent, exsurgit. Et abiens, Tibi inquit, Fronto postea uni dicam, ne inscitiores audiant, ac discant. atq; ita omnes relicta ibi quæstione uerbi, consurreximus.

Ponit uersus Platonis amatorios, quos admodum iuuenis lusit, dum tragœdijs contendit. Cap. XI.

Elebrantur duo isti græci uersiculi, multorumq; doctorum hominū memoria dignantur: quod sine lepidissimi, et uenustissimæ breuitatis. Neq; adeo pauci sunt ueteres scriptores, qui eos Platonis esse philosophi affirmant: quibus ille adolescens lusit, cum tragœdijs quoq; eodem tempore faciendis præluderet.

A. GEL.

τὴν ψυχὴν ἀτάθυνα φίλων ἐπιχείλειον ἔχου.

ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων, ὡς διαβησομένη.

Amicus meus ὅν ἄμυσος adolescens, in plures uer-  
siculos licentius, liberiusq; uertit: qui quoniam mihi  
quidem uisi sunt non esse memoratu indigni: subdidi.

- » Dum semihulco sauiō
- » Meum puellum suauior:
- » Dulcemq; florem spiritus
- » Dux ex aperto tramite,
- » Anima ægra, & saucia
- » Cucurrit ad labias mihi:
- » Rictumq; oris peruium,
- » Et labra pueri mollia
- » Rimata itineri transitus
- » Ut transiliret nititur.
- » Tum si mora quid plusculæ
- » Fuisset in coitu osculi
- » Amoris igni perçata
- » Transisset: & me linqueret.
- » Et mira prorsum res maneret
- » Ut ad me fierem mortuus,
- » Ad puerum intus uiuerem.

Disertatio Herodis attici super ui, & natura do-  
loris, suæq; opinionis affirmatio per exemplum indo-  
cti rustici, qui cum rubis fructiferas arbores præ-  
cidit.

Caput XII.

h Erodem atticum consularem uirum Athenis  
differentem audiui græca oratione. in qua  
fere' omnis

ferē omnis memoria nostrae uniuersos grauitate, atq; copia, & elegantia uocum longe praesitit. Dissertit autem contra ἀπαθῆναι stoicorum laeessitus a quo- dam stoico, tanquam minus sapienter, & parum uiriliter dolorem ferret ex morte pueri, quem amauerat. In ea dissertatione quantulum memini, huiuscemodi sensus est. quod nullus usquam homo, qui secundum naturam sentiret, & saperet: affectionibus istis animi, quas παθῆναι appellabat: aegritudinis, cupiditatis, timoris, irae, uoluptatis carere, & uacare totis posset, & omnino non dolere. Atq; si posset etiam obniti, ut totis careret: non ex re id esse melius, quoniam langueret animus, & torperet affectionum quarundam adminiculis, ut necessario plurimum imperio priuatus. Dicebat enim sensus istos, motusq; animi, qui cum immoderatiores sunt: uitia fiunt, innexos, impletosq; esse uigoribus quibusdam mentium & alacritatibus. Ac propterea si omnino omnes eos imperitius conuellamus: periculum esse, nec eis adherentes, bonas quoque, & utiles animi indoles amittamus. Moderandos esse igitur, & scite, considerateq; purgandos censebat: ut ea tantum, quae aliena sunt, contraq; naturam uiderentur: & cum pernicie adgnata sunt: detrahantur. Ne profecto id accidat: quod cuiquam Thracio insipienti, & rudi in agro, quem emerat: procurando uenisse usu fabula est. Homo Thracius inquit, ex ultima barbaria ruris colendi insolens, cum in terras cultiores humanioris uitae cupidine comigrasset: fundum mercatus est olea, atq; uite consitum. qui, quia nihil admodum super uite, aut arbore colenda sciret:

uidet forte uicium rubos late, atq; alte obortas exca-  
dentem: fraxinos ad summum propè uerticem depu-  
tantem. Soboles uitium e' radicibus caudicum sup ter-  
ram fusas reuellentem. Stolones in pomis, aut in oleis  
proceros, atq; decerptos amputantem. Acceditq; pro-  
pè, & cur tantam ligni, atq; frondium cadem face-  
ret, percunctatus est. Et uicinus ita respondit, ut ager in-  
quit, mundus, purusq; fiat, eiusq; arbor, atq; uitis  
foecundior. Discedit ille à uicino gratias agens, & læ-  
tus tanquam adeptus rei rusticæ disciplinam, tum fal-  
cem ibi, ac securim capit: atq; ibi homo miser, impe-  
ritus uites suas sibi omnes, & oleas detruocat. Co-  
masq; arborum latissimas, uberrimosq; uitium pal-  
mites decidit, & fruteta, atq; uirgulta simul omnia po-  
mis, frugibusq; gignendis felicia cum sentibus, & ru-  
bis purificandi agri gratia conuellit. mala mercede  
doctus audaciam, fiduciamq; peccandi imitatione fal-  
sa creditus. Sic inquit, isti apathicæ sectatores, qui ui-  
deri se esse tranquillos, & intrepidus, & immobiles  
uolunt: dum nihil cupiunt: nihil dolent: nihil irascun-  
tur: nihil gaudent: omnibus uehementioribus animæ  
officijs amputatis, in corpore ignauæ, & quasi ener-  
uatæ uitæ consenescent.

Quos pumiliones dicimus, græce *varous* appel-  
lari.

Caput

XIII.

Tabant forte una in uestibulo palatij fabu-  
lantes Fronto Cornelius, & Festus Posthu-  
mius, & Apollinaris Sulpitius. Atq; ego  
ibi adsistens cum quibusdam alijs, sermones eorū, quos  
de literarū disciplinis habebant: curiosius captabam.

Tum Fronto,

Tum Fronto Apollinari: Fac me inquit, oro magister ut sim certus, an recte superfederim nanos dicere parua nimis statura homines, maluerimq; eos pumiliones appellare: quoniam hoc scriptum esse in libris ueterum memineram. Nanos autem sordidum esse uerbum, & barbarum credeba. Est quidem inquit hoc Apollinaris, in consuetudine imperiti uulgo frequens: sed barbarum non est: censeaturq; linguae graecae origine. rārous enim graeci uocauerunt breui, atq; humili corpore homines, paulum supra terram extantes. Idq; ita dixerunt adhibita quadam ratione Etymologiae cum sententia uocabuli competente. Et si memoria inquit, mihi non labat: scriptum hoc est in comedia Aristophanis, cui nomen est ἀνδάν's. Fuisset autem uerbum hoc a te ciuitate donatum, aut in latinam coloniam deductum: si tu eouti dignatus fores. Esetq; id impendio probabilius, quam quae a Laberio ignobilia nimis, & sordentia in usum linguae latinae intromissa sunt. Tum Festus Posthumius grammatico cuiusdam latini Frontonis familiari. Docuit inquit, nos Apollinaris nanos uerbum graecum esse. Tu nos doce in quo de mulis, aut eculeis humilioribus uulgo dicitur, an ne latinum sit, & apud quem scriptum reperiat. Atq; ille grammaticus, homo sane perquam in noscendis ueteribus scriptis exercitus, si piaculum inquit, non committitur praesente Apollinare, quid de uoce illi graecae, latinaue sentiam dicere: audeo tibi Feste querenti respondere, esse hoc uerbum latinum. Scriptumq; inueniri in poematis Helui Cinnae non ignobilis, neq; indocti poetae. Versus eiusq; ipsos

dixit, quos quoniam memorie mihi forte aderam:  
adscripsi.

- » At nunc me genij nana per salicta
- » Bigis rheda rapit citata nauis.

Contemporaneos fuisse Cæsari, & Ciceroni M. Varro-  
ronem, & P. Nigidium ætatis suæ doctissimos Ro-  
manos, & quod Nigidij commentationes propter eor-  
um obscuritatem, subtilitatemq; in vulgus non exeunt.

Caput XIII.

- Etas M. Cic. & C. Cæsaris præstanti facun-  
dia viros paucos habuit. Doctrinarum au-  
tem multiformium, variarumq; artium, qui-  
bus humanitas erudita est: culmina habuit M. Varro-  
& P. Nigidium. Sed Varronis quidem monumenta  
rerum, ac disciplinarum, quæ per literas condidit:  
in propatulo, frequentiq; usu feruntur. Nigidianæ  
autem commentationes non proinde in vulgus exeunt:  
& obscuritas, subtilitasq; earum tanquam parum  
utilis derelicta est. Sicuti sunt quæ pauloante legi-  
mus in commentarijs eius, quos grammaticos inscri-  
psit. Ex quibus quædam ad demonstrandum scriptu-  
ræ genus exempli gratia sumpsit. Nam cum de natu-  
ra, atq; ordine literarum differeret: quas grammati-  
ci uocales appellant, uerba hæc scripsit. Quæ reli-  
quimus inenarrata ad exercendam legentium inten-  
tionem. a, & o, semper principes sunt, i, & u, sem-  
per subditæ, e, & subdit, & præit. In eurippo præit,  
subdit in æmilio. Siquis putat præire, u, in his, uerbis  
Valerius, Vennonias, Volusius. Aut, i, in his iam pri-  
dem, iecur, iocum, incundum, errabit. quod hæc lite-

re cum praeunt, ne uocales quidem sunt. Item ex eo  
 dem libro uerba haec sunt. Inter literam, n, et, g, est  
 alia uis, ut in nomine anguis, et angaria, et ancho-  
 ra, et increpat, et incurrit, et ingenuus. In omni-  
 bus enim his non uerum, n, sed adulterinum ponitur.  
 Nam, n, non esse, lingua indicio est. Nam si ea litera  
 esset, lingua palatum tangeret. Alio deinde in loco est  
 scriptum. Graecos non tantae inscitiae arcesso qui ou  
 ex, o, et, y, scripserunt, quanta qui ei ex, e, et, i, il-  
 lud enim inopia fecerunt: hoc nulla re subacti.

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICA  
 RVM COMMENTARI.

LIBER XX.

Disceptatio Sex. Caecilij iureconsul. et Phauorini  
 philosophi de legibus XII tabu. Cap. I.

Ex. Caecilus in disciplina iuris, atq;  
 legibus Po. Ro. noscendus, interpretan-  
 disq; scientia, usu, autoritateq; illu-  
 stri fuit. Ad eum forte in area pala-  
 tina cum salutationem Caesaris oppe-  
 riremur: philosophus Phauorinus accessit, collo-  
 tusq; est nobis, multisq; alijs praesentibus. In illis tunc  
 eorum sermonibus orta mentio est legum decemuiralium.  
 quas X uiri eius rei gratia a populo creati  
 composuerunt. Inq; XII tab. conscripserunt. Eas le-  
 ges cum Sex. Caecilus inquisitis, exploratisq; multariis

urbium legibus, eleganti, atq; absoluta breuitate uerborum scriptas diceret: sit inquit hoc Phauorinus in pleraq; earum legum parte, ita uti dicis. Non. n. minus cupide tabulas istas. XII. legi, quam illos decem lib. Platonis de legibus. Sed quaedam istic animaduertuntur aut obscurissima, aut leuia, contra dura nimis, & remissa, aut nequaquam ita, ut scriptum est: consistentia. Obscuritates inquit, Sextus Caecilius, non ad signemus culpae scribentium: sed inscitiae non assequentium, quanquam ij quoq; ipsi, qui quae scriptae sunt, minus percipiunt: culpa uacant. Nam longa aetas uerba, atq; mores ueteres obliterauit: quibus uerbis, moribusq; sententia legum comprehensa est. CCC. naq; anno post Romam conditam tabulae compositae, scriptaeq; sunt. A quo tempore ad hunc diem anni esse non longe minus DCC. uidentur. Dure autem scriptum esse in istis legibus, quid existimari potest? Nisi duram esse legem putas, quae iudicem, arbitrum uel iure datum, qui ob rem dicendam pecuniam accepisse conuictus est: capite punitur: aut quae furem manifestum, ei, cui furtum factum est: in seruitutem tradit. Nocturnum autem furem ius occidendi tribuit. Dic enim quae so, dic uir sapientiae studiosissime, an tu aut iudicis illius perfidiam contra omnia iura diuina, atq; humana ius iurandum suum pecunia uendentis, aut furis manifesti intolerandam audaciam, aut nocturni crassatoris insidiosam uiolentiam, non dignam esse capitis poena existimes? Noli inquit, Phauorinus ex me quaerere quid ego existimem. Scis enim solitum esse me pro disciplina sectae, quam colo, inquirere potius, quam decernere. Sed non le-



uis aestimator, neq; aspernabilis est Po. Ro. manus, cui delicta quidem istaec vindicanda: poenae tamen huiusmodi nimis durae esse uisae sunt. Passus est enim leges istas de tam immodico supplicio situ, atq; senio emori. Sicut illud quoq; non humaniter scriptum improbauit: quod si homo in ius uocatus, morbo aut aetate aeger ad ingrediendum inualidus est: arceri non steruitur, sed ipse aufertur, & iumento imponitur: atq; ex domo sua ad praetorem comitium noua funeris facie effertur. Quam enim ob causam morbo adfectus, & ad respondendum pro sese non idoneus iumento adherens in ius aduersario deportatur? Quod uero dixi uideri quaedam esse impendio molliora, nonne tibi quoq; uidetur esse dilutum, quod ita de iniuria punienda scriptum est? si iniuria alteri facit. XXV. aeris poenae sunt. Quis enim erit tam inops, quem ab iniuriae faciendae. XXV. asses deterreant? Itaq; cum ea legem Quae quoq; Labeo uester in libris, quos ad. XII. tabulas conscripsit: non probaret, inquit: L. Neratius fuit egregre homo improbus, atq; immani uecordia. Is pro delectamento habebat, os hominis liberi, manus suae palma uerberare. Eum seruus sequebatur crumenam plenam assium portitans, & quemcunq; depalmauerat: numerari statim secundum. XII. tabulas. V. & XX. asses iubebat. Propterea inquit, praetores postea hanc abolescere, & relinqui censuerunt: iniurijsq; aestimandis recuperatores se daturus edixerunt. Nonnulla autem in istis legibus nec consistere quidem (sicuti dixi) uisae sunt. Velut illa lex Talionis, cuius uerba (nisi memoria me fallit) haec sunt. Si membrum

rupit meū e' pacto talio esto. Præter. n. ulciscendi acer-  
 bitatem, ne procedere quoq; executio iusta talionis po-  
 test. Nam cui membrum ab alio ruptum est: si ipsi iti-  
 dem rumpere per talionem uelit: quero an efficere  
 possit rumpendi pariter membri æquilibrium? In  
 qua re primum ea difficultas est inexplicabilis.  
 Quin si membrum inquit, alter imprudens ruperit:  
 Quod enim per imprudentiam factum est: retaliari  
 per imprudentiam debet. Ictus quippe fortuitus, &  
 consultus, non cadunt sub eiusdem talionis similitudi-  
 nem. Quonã igitur modo imprudentem poterit imi-  
 tari, qui in exequenda talione non licentiæ ius habet,  
 sed imprudentiæ? Sed & si prudens ruperit: nequa-  
 quã patietur, aut altius se ledi, aut latius, quã cuius-  
 modi libra, atq; mensura cauere possit: non reperiō.  
 Quin etiam si quid plus erit, aliter uel commissum: res fiet  
 ridiculæ atrocitatis, ut contraria actio mutue talio-  
 nis oriatur, & adolescat infinita quædam reaproca-  
 tio talionum. Nã de immanitate illa secandi, partien-  
 diq; humani corporis, si unus ob pecuniam debitam  
 adiudicatus, addictusq; sit pluribus: non libet me-  
 minisse, & piget dicere. Quid enim uideri potest effe-  
 ratius, quid ab hominis ingenio diuersius, quã quod  
 membra & artus inopis debitoris breuissimo lania-  
 tu distrahantur: sicut nunc bona uenum distrahun-  
 tur? Tum Sex. Cæcilius amplexus utraq; manu Pha-  
 uorinum: tu es inquit, unus profecto in nostra memo-  
 ria, non gratiæ modo, sed & Romanæ rei peritissi-  
 mus. Quis. n. philosophorū disciplinæ suæ leges, tam  
 scite, atq; docte cælet, quã leges tu nostras decemuir a-

les perculluisti? Sed quaeso te, cum tamen digrediare paulisper e' curricula istis disputationum uestrarum academicas, omissoq; studio quicquid lubitum est arguendi, tuendiq; consideres grauius, cuiusmodi sint ea, quae reprehendisti. Nec ideo contemnas legum istarum antiquitates: quod plerisque ipsis iam Po. Ro. desuerit. Non enim profecto ignoras legum opportunitates, et medelas pro temporum moribus, et pro rerum publicarum generibus, ac pro utilitatum praesentium rationibus, proq; uitiorum, quibus medendum est, feruoribus mutari, atq; flecti, neq; uno statu consistere: quin ut facies coeli, et maris, ita rerum, atq; fortunae tempestatibus uariantur. Quid salubrius uisum est rogatione illa Stolonis iugerum de numero praefinito? Quid utilius plebiscito Voconio de coercendis mulierum hereditatibus? Quid tam necessarium existimatum est propulsandae ciuium luxuriae, quam lex Licinia, Fannia, aliaeq; item leges sumptuariae? Omnia tamen haec obliterated, et operata sunt ciuitatis opulentia, quasi quibusdam fluctibus exaestuantis. Sed cur tibi esse uisa est inhumana, omnium, mea quidem sententia, humanissima, quae iumentum dari iubet aegro, aut seni in ius uocato?

Verba sunt haec de lege. Si in ius uocat, si morbus, auitas ue uitium esset: qui in ius uocabit, iumentum dato: si nolet, arceram ne sternito. An tu forte morbum appellari hic putas, agrotationem grauem cum febre rapida, et quercera? Iumentumq; dici pecus aliquod unicum tergo uehens? Ac propterea minus fuisse humanum existimas aegrotum domi

suae cubantem, iumento impositum in ius rapi? Hoc  
 in Phauorine nequaquam ita est. Nam morbus in lege  
 ista non febriculosus, neque nimum grauis, sed uitium  
 aliquod imbecillitatis, atque inualentiae demonstratur:  
 non periculum uitae ostenditur. Caetero qui morbum  
 uehementiorem uim grauiter nocendi habentem, le-  
 gum istarum scriptores alio in loco non per se mor-  
 bum, sed morbum fonticum appellant. Iumentum quoque  
 non id solum significat, quod nunc dicitur: sed uectacu-  
 lum etiam, quod adiunctis pecoribus trahebatur.  
 Veteres enim nostri iumentum a iungendo dixerunt.  
 Arcera autem uocabatur plosrum tectum undique  
 munitum, quasi arca quaedam magna uestimentis in-  
 strata, qua nimis aegri, aut senes portari cubantes so-  
 lebant. Quenam ibi igitur acerbitas esse uisa est: quod  
 in ius uocato pauperrimo homini, uel inopi, qui aut  
 pedibus forte aegris esset: aut quo alio casu ingredi  
 non quiret plosrum esse dandum censuerunt: neque  
 inferni tamen delicate arceram iusserunt: quoniam sa-  
 tis esset inualido cuiusmodi uectaculum. Atque id fece-  
 runt, ne causatio ista aegri corporis perpetuam uacatio-  
 nem daret fidem detractantibus, iurisque actiones de-  
 clinantibus. Sed enim ipsum uide, quod in iniurias  
 factas. V. G. XX. assibus sanxerunt non omnino om-  
 nes in Phauorine iniurias aere isto pauco diluerunt.  
 Tametsi haec ipsa paucitas assium graue pondus aeris  
 fuit. Nam librariis assibus in ea tempestate populus  
 usus est. Sed iniurias atrociores, ut de osse fracto non li-  
 beris modo, uerum etiam seruis factas impensiore da-  
 mno uindicauerunt. Quibusdam autem iniuriis talio-  
 nem

nem quoque adposuerunt. Quam quidem tu talionem uir optime iniquius puulo insectatus es. Ac ne consistere quidem dixisti, lepida quadam solertia uerborum, quoniam talioni par non sit talio: neque rumpi membrum facile possit, ad alterius rupture (ut ais tu) æquilibrium. Verum est mi Phauorine talionem rarissimum fieri difficillime. Sed Xuiri munere, atque extinguere uolentes huiusmodi uolentiam pulsandi, atque lædendi talione, eo quoque metu coercendos esse homines putauerunt. Neque eius, qui membrum alteri rupisset: Et pacisci tamen de talione redimenda nollet: tantam esse habendam rationem arbitrati sunt: ut an prudens, imprudens uel rupisset: spectandum putarent. Aut talionem in eo uel admissim æquiperarent: uel in librili perpendere: sed potius eundem animum, eundemque impetum, in eadem parte corporis rumpendi, non eundem quoque casum exiguoluerunt: quoniam modus uoluntatis præstari posset, casus ictus non posset. Quod si ita est, ut dico, Et ut ipse æquitatis habitus demonstrat: taliones ille tuæ reciproce argutiores profecto, quam ueriores fuerunt. Sed quoniam acerbum quoque esse hoc genus poenæ putas: quæ (obsecro te,) ista acerbitas est, si idem fiat in te, quod tu te in alio feceris? Præsertim cum habeas facultatem paciscendi, Et non necesse sit pati talionem, nisi eam tu elegeris? Quod edictum autem prætorium de æstimandis iniurijs probabilius esse his potest? Nolo hoc ignores hanc quoque ipsam talionem ad æstimationem iudicis redigi necessario solitam. Nam si reus, qui depacisci noluerat: iudici ta-

lionem imperanti non parebat: aestimata lite iudex  
 hominem pecuniae damnabat: atque ita si reo, et pa-  
 ctio gravis, et acerba talio uisa fuerat: seueritas le-  
 gis ad pecuniae multam redibat. Restat, ut ei quod de  
 sectione, partitioneque corporis immanissimum esse ti-  
 bi uisum est: respondeam. Omnibus quidem uirtutum  
 generibus exercendis, colendisque: Po. Ro. e' parua ori-  
 gine ad tantae amplitudinis instar emicuit. Sed o-  
 mnium maxime, atque praecipue fidem coluit: san-  
 ctamque habuit, tam priuatim, quam publice. Sic  
 COSS. clarissimos uiros hostibus confirmandae fidei  
 publicae causa dedit. Sic clientem in fidem acceptum  
 chariorem haberi, quam propinquos, tuendumque esse  
 contra cognatos censuit. Neque prius ullum facinus aesti-  
 matum est: quam si cui probaretur, clientem derisui ha-  
 buisse. Hanc autem fidem maiores nostri, non modo  
 in officiorum uicibus, sed in negotiorum quoque con-  
 tractibus sanxerunt: maximeque in pecuniae mutuati-  
 cae usu, atque commercio. Adimmi enim putauerunt sub-  
 sidium hoc inopiae temporariae: quo communis homi-  
 num uita indiget: si perfidia debitum sine graui poe-  
 na eluderet. Confessi igitur aeris, ac debiti iudicatis  
 XXX dies sunt dati conquirendae pecuniae causa, quam  
 dissoluerent. Eosque dies Xuii iustos appellauerunt,  
 uelut quoddam iustitium, idest iuris inter eos quasi  
 interstitionem quandam, et cessationem: quibus die-  
 bus nihil cum his agi iure posset. Post deinde, nisi dis-  
 soluerant: ad praetorem uocabantur: et ab eo, qui-  
 bus erant iudicati: addicebantur. Neruo quoque, aut  
 compedibus uinciebantur. Sic enim sunt (opinor)  
 uerba legis.

uerba legis. Aeris confessi, rebusq; iure iudicatis  
 XXX dies iusti sunt. Post deinde manus iniectio esto.  
 in ius ducito: ni iudicatum facit: aut qui pseudo eo  
 in iure, uim dicit, secum ducito, uincto aut neruo,  
 aut compedibus. XV. pondo, ne minore, aut si uolet,  
 maiore uincto. Si uolet, suo uiuit. Ni suo uiuit, qui  
 eum uinctum habebit: libras farris in dies dato. Si  
 uolet plus, dato. Erat autem ius interea paciscendi.  
 Ac nisi pacti forent: habebantur in uinculis dies.  
 LX. Inter eos dies trinis mundinis continuis ad Præ-  
 torem in comitium producebantur: quantæq; pecu-  
 nie iudicati essent: prædicabatur. Tertijs autem mun-  
 dinis capite pœnas dabant. Aut trans Tyberim pere-  
 gre uenum ibant. Sed eam capitis pœnam sancien-  
 da, sicuti dixi, fidei gratia, horrificam atrocita-  
 tis ostentu, nouisq; terroribus metuendam reddide-  
 runt. Nam si plures forent: quibus reus esset iu-  
 dicatus: secare si uellent, atq; partiri corpus addi-  
 cti sibi hominis, permiserunt. Et quidem uerba ip-  
 sa legis dicam, ne existimes inuidiam me istam for-  
 te formidare. Tertijs inquit, mundinis, partem se-  
 canto. si plus, minus uel secerunt sine fraude esto.  
 Nihil profecto immitius, nihil immanius, nisi, ut re  
 ipsa apparet: eo consilio tanta immanitas pœnae de-  
 nuntiata est, ne ad eam unquam perueniretur.  
 Addici nanq; nunc, & uinari multos uidemus:  
 quia uinculorum pœnam deterrimi homines con-  
 temnunt. Dissectum esse antiquitus neminem equi-  
 dem neq; legi, neq; audiri, quoniam seuitia i-  
 sta pœnae contemni non quita est. An putas Pha-

uorine, si non illa etiam ex .XII. tabulis de testimonijs falsis poena aboleuisset: Et si nunc quoque, ut antea qui falsum testimonium dixisse conuictus esset: e' saxo tarpeio deiceretur: mentituros fuisse pro testimonio tam multos, quam uidemus? Acerbitas plerumque ulciscendi maleficij bene, atque acute uiuendi disciplina est. Historia de Metio Sufetio Albano nobis quoque, non admodum numero istiusmodi libros lectitantibus, ignota non est: qui quoniam pactum, atque condictum cum rege Po. Ro. perfide ruperat: binis quadrigis uinctus, in diuersa nitentibus laceratus est. Nouum, atque asperum supplicium quis negat? Sed quid elegantissimus poeta dicat, uide.

» At tu dictis Albane maneres.

Hæc, atque alia ubi Sex. Cæcilius omnibus, qui aderant ipso quoque Phauorino approbante, atque laudante disseruit: nuntiatum est Cesarem iam salutari: Et separati sumus.

Vocabulum siticinum in M. Catonis oratione quod significet, Et quã ob causam L. Accius poeta in prag-sicinistas nebuloso nomine esse dixerit.

## Caput

II.

s Iticines scriptum est in oratione M. Catonis, quæ inscribitur, Ne imperium sit ueteri, ubi nouus uenerit. Siticines inquit, Et liticines, Et tubicines. Sed Cesellius Vindex in commentarijs lectionum antiquarum, scire quidem se ait, liticines lituo cantare, Et tubicines tuba. Quid istuc autem sit, quod siticines cantant homo ingenue ueritatis scire



vitatis scire sese negat. Nos autem in Capitonis At-  
 tei coniectaneis inuenimus. Siticines appellatos, qui a-  
 pud sitos canere soliti essent, hoc est uita functos, &  
 sepultos. Eosq; habuisse proprium genus tubæ, qua ca-  
 nerent, à cæterorum tubicinium proprietate differe-  
 rens, quos sicinistas uulgus dicit. Qui rectius locuti  
 sunt, sicinnistas litera, n, gemina dixerunt. Sicinnium  
 enim genus ueteris saltationis fuit. Saltabundi au-  
 tem canebant, quæ nunc stantes canunt. Posuit hoc  
 uerbum L. Accius poeta in pragmaticis. Appella-  
 riq; sicinistas, ait nebuloso nomine, credo propterea  
 nebuloso, quod sicinnium cur diceretur: obscurum esset.

Artificum scenicorum studium, amoremq; in-  
 honestum, probrosumq; esse, & super ea re uerba  
 Aristotelis philosophi adscripta. Cap. III.

Ομοδος quispiam, & τραγῳδος, & τιβι-  
 cines diues adolescens Tauri philosophi di-  
 scipulus liberos homines, in delectationibus, atq; in  
 delectamentis habebat. Id genus autem ar-  
 tifices graece appellantur οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τε-  
 χνῖται. eum adolescentem Taurus à sodalitatibus,  
 conuictuq; hominum scenicorum abducere uolens,  
 misit ei uerba ex Aristo. libro exscripta, qui προ-  
 βλήματα ἐγκύκλια inscriptus est. Iussitq; ut ea  
 quotidie lectitaret. Διὰ τὸ οἱ Διονυσιακοὶ τεχνῖται ὡς  
 ἐπὶ τὸ πολὺ πονηροὶ εἰσιν, ὅτι ἤματα λόγου καὶ φιλοσο-  
 φίας κοινωνοῦσι διὰ τὸ περὶ τὰς ἀναγκαίους τέχνας πο-  
 λὺ μέρος τοῦ βίου εἶναι, καὶ ὅτι ἐν ἀκρασίαις τὸν πο-

αὐτὸν χρόνον εἰσὶν. ἔτε δὲ ἐν ἀπορίαις. ἀμφοτέρω δὲ  
φαιλόπτος παρασκευαστικά.

Exempla epistolarum Alexandri regis, & Aristotelis philosophi, ita uti sunt edita.

## Caput IIII.

Commentationum suarum, artiumq; quas  
discipulis tradebat Aristot. philosophus re-  
gis Alexandri magister: duas species habuisse  
dicitur. Alia erant, quae nominabat ἐξωτερικά.  
Alia, quae appellabat ἀκροματικά. ἐξωτερικά δι-  
cebantur, quae ad rhetoricas meditationes facultatem  
argutiarum, aculiumq; rerum notitiam conducebant.  
ἀκροματικά autem uocabantur, in quibus philoso-  
phia remotior, subtiliorq; agitabatur: quaeq; ad na-  
turae contemplationes, disceptationes uel dialecticas per-  
tinebant. Huic disciplinae, quam dixi ἀκροματι-  
κῆν, tempus exercendae dabat in Lycio matutinum.  
Nec ad eam quenquam temere admittebat: nisi quo-  
rum ante ingenium, & eruditionis elementa, atque  
in discendo studiū, laboremq; explorasset. Illas uero  
ἐξωτερικάς eodē in loco uesperis faciebat. Easq; uulgo  
ἡμενίβους sine delectu dabat. Atque eum δειλινὸν  
περίπατον appellabat. Illum alterū supra ἡμενίβον.  
Vtroq; enim tempore ambulans differebat. Librosq;  
suos earum rerum omnium commentarios seorsum  
diuisit, ut alij ἀξωτερικά dicerentur partim ἀκρο-  
ματικοί. Quos cum in uulgos ab eo editos Rex Ale-  
xander cognouisset: atq; ea tempestate armis, exerci-  
tūq; omnem prope Asiam teneret: regemq; ipsum

Darium

Darium praelijs, & uictorijs urgeret: in illis tamen tantis negotijs literas ad Aristotelem misit. Non eum recte fecisse, quod disciplinas ἀκροαματικὰς, quibus ab eo ipse eruditus foret: libris foras editis inuulgasset. Nam qua inquit, alia re præstare cæteris poterimus: si ea, quæ ex te accepimus, omnium prorsus fi-ent communia? Quippe ego doctrina anteire malim, q̄ corp̄s, atq; opulentijs. Rescripsit ei Aristoteles ad hanc sententiam. ἀκροαματικὰς libros, quos editos quereris, & non perinde, ut arcana abscondites: neq; editos scito esse, neq; non editos: quoniam ijs solis, qui nos audiunt: cognobiles erunt. Exempla utrarumq; literarum sumpta ex Andronici philosophi libro subdidi. A maii autem prorsus in utriusque epistola breuitatis elegantissimæ filium tenuissimum.

ἀλέξανδρος ἀριστέλει εὖ πράξειν. ὅτι ὁρθῶς ἐποίησας ἐκδοῦς τὰς ἀκροαματικὰς τῶν λόγων, τίνι γὰρ ἔτι διοίσομεν ἡμεῖς τῶν ἄλλων εἰ καὶ οὗς ἐπαιδαῦσθαι μὲν λόγους, οὗτοι πάντων ἔσονται κοινοί. ἐγὼ δὲ βουλομένην ἀντὶ τῆς περὶ τὰ ἀριστεῖα ἐμπειρίας. ἢ τῆς συνάμεσι διαφέρειν. ἔρρωσο.

Ἀριστέλης βασιλεῖ ἀλεξάνδρῳ εὖ πράξειν ἔγραψάς μοι περὶ τῶν ἀκροαματικῶν λόγων. οἶόμενος δεῖν αὐτὰς φυλάξειν ἐν ἀπορρήτοις. ἴσθι δὲ αὐτὰς καὶ δεδομένους. καὶ μὴ ἐκδομένους. ξυνεταὶ γὰρ εἰσι μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀνδρουσιν. ἔρρωσο.

Hoc ego uerbum ξυνεταὶ γὰρ εἰσι quatenus uno itidem uerbo dicere, aliud non repperi, quàm quod est scriptum a M. Catone in VI origine. Itaq; ego inquit, cognobiliorem cognitionem esse arbitror.

Quæsitum, atq; tractatum utrum sit rectius dicere habeo curam uestri, an uestrum.

Caput

V.

Erconctabar Apollinarem Sulpitium, cum  
 p eum Romæ adolescentulus sectarer: qua ra-  
 tione diceretur, Habeo curam uestri, aut mi-  
 sereor uestri. Et iste casus uestri eo in loco quem uide-  
 retur habere casum rectum. Iste mihi ita respondit.  
 Queris inquit, ex me quod mihi quoq; est iandiu in  
 perpetua quæstione. Videtur enim non uestri oportere  
 re dici, sed uestrum, sicut græci loquuntur ἐπιμελοῦ-  
 μαί ὑμῶν, καὶ ὑπόμαί ὑμῶν. quo in loco ὑμῶν  
 aptius uestrum dicitur, quā uestri, et habet casum  
 nominandi, quem tu rectum appellasti. Inuenio ta-  
 men inquit, non paucis in locis nostri, atq; uestri di-  
 ctum non nostrum, aut uestrum. L. Sylla rerum ge-  
 starum lib. II. quo si fieri potest, ut etiam nunc no-  
 stri uobis in mentem ueniat. Nosq; magis dignos cre-  
 ditis, quibus ciuibus quā hostibus utamini, quiq; pro  
 uobis potius, quā contra uos pugnamus, neq; nostro,  
 neq; maiorum nostrorum merito nobis id continget.  
 Terentius in Phormione.  
 Ita pleriq; ingenio sumus  
 Omnes, nostri nosmet pœnitet.  
 Afranius in togata.  
 Nescio qui nostri miseritus tandem Deus,  
 Et laberius in necromantia.  
 Dum distinctus detinetur, nostri oblitus est.  
 Dubium porro inquit, non est, quin eodem hæc om-  
 nia casu dicantur nostri oblitus est, nostri miseritus  
 est, quo

est, quo dicitur mei poenitet, mei miseritus est, mei oblitus est. Mei autem casus interrogandi est, quem genitivum grammatici vocant: & ab eo declinatur, quod est ego. huius deinde pluralium est nos. Tui aequae declinatur ab eo, quod est tu. huius itidem pluralium est vos, Sic namque Plautus declinavit in Pseudulo in hisce versibus.

» Si ex te tacente fieri possem certior

» Here, quae miseriae te tam misere macerent:

» Duorum labori ego hominum parsissem lubens,

» Mei te rogandi, & tui respondendi mihi. Mei. n.

Plautus hoc in loco non ab eo dixit, quod est meus, sed

ab eo, quod est ego. Itaque si dicere velis patrem mei pro

patrem meum, quo graeci modo τὸν πατέρα μου

dicunt: inusitate quidem, sed recte profecto, eaque ra-

tione dices, qua Plautus dixit labori mei, pro labori

meo. Haec autem ipsa ratio est in numero plurali, quo

qua Gracchus misereri uestrum dixit: & qua M. Cic.

contentio uestrum, & contentio nostrum dixit.

Quaeque item ratione Quadrigarius in annali. XIX.

» verba haec posuit C. Mari, & quando te nostrum, &

» Reip. miserebitur? Cur igitur Terentius poenitet no-

siri, & non nostrum, & Afranius nosiri miseritus

est non nostrum? Nihil hercle inquit, mihi de ista re

in mentem uenit, nisi auctoritas quaedam uetustatis

non nimis anxie, neque superstitiose loquentis. Nam

sicuti multifaria scriptum est uestrorum pro uestrum,

ut in Plauti mustellaria in hoc uersu.

» Verum illuc esse maxima pars uestrorum intellegit,

Cum uellet maxima pars dicere uestrum.

Ita nonnunquam uestri quoque dictum est uestrum.  
Sed proculdubio qui rectissime loqui uolet: uestrum  
potius dixerit, quam uestri. Et idcirco importunissi-  
me inquit, fecerunt, qui in plerisque Sallustij exempla-  
ribus scripturam istam sincerissimam corruerunt.  
Nam cum ita in Catilina scriptum esset. Saepe maio-  
res uestrum miserti plebis Romanae, uestrum abo-  
leuerunt, & uestri superscripserunt: ex quo in plu-  
res libros mendae istius indoles inoleuit. Hæc memi-  
ni mihi Apollinarem dicere: eaque tunc ipsa ita, ut di-  
cta fuerant, notauit.

Quam diuersæ græcorum sententiæ super nume-  
ro Niobæ filiorum. Caput VI.

Ira, & propè adeo ridicula diuersitas fa-  
bulæ apud græcos poetas deprehenditur  
super numero Niobæ filiorum. Nam Ho-  
merus pueros, puellasque eius senos dicit fuisse. Euri-  
pides bis septenos. Sappho bis nouenos. Bacchilydes,  
& Pindarus bis denos, quidam alij scriptores tres  
fuisse solos dixerunt.

De ijs, quæ habere *συμπάθειαν* uidentur cum luna  
augescente, ac senescente. Caput VII.

Nnarius poeta in fundo suo, quem in agro  
Falisco possidebat: agitare erat solitus uin-  
demiã hilare, atque amœniter. Ad eos di-  
es me, & quosdam item alios familiares uocauit. Ibi  
tum cœnantibus nobis magnus ostrearum numerus  
Roma missus est. Quæ cum appositæ fuissent, & mul-

te quidem, sed inuberes, macraeque essent, Luna inquit Annianus, nunc uidelicet senescit. ea re ostrea quoque, sicuti alia quaedam, tenuia, exutaque sunt. Cum quere-remus quae alia item senescente Luna tabescerent: nonne Lucium inquit, nostrum meministi dicere.

- ☞ Luna alit ostrea, & implet echinos, muribus fibras  
 ☞ Et pecu addit. Eadem autem ipsa, quae crescente Luna glisunt, deficiente contra Luna defiuunt. Aelurorum quoque oculi ad easdem uices Lunae, aut ampliores fiunt, aut minores. Id etiam inquit, multo mirandum est magis, quod apud Plutarchum in IIII in Hesiodum commentario legi. Cepe tum reuirescit, & H. congriminat decedente Luna. Contra autem inarescit adolescente. eam causam esse dicunt sacerdotes Aegyptij cur pelusiotae cepe non edant: quia solum horum omnium contra Lunae aucta, atque damna uices minuendi, & augendi habeat contrarias.

Qualibus uerbis delectari solitus sit Antonius Iulianus positus in mimiambis, scripsit de innocentia sua, cum ita dictat, nunquam uestimenta a populo posci.

## Caput

## VIII.

Electari, mulcerique aures suas dicebat Antonius Iulianus figmentis uerborum nouis

Cn. Matij hominis eruditi. qualia haec quoque essent, quae scripta ab eo in mimiambis memorabat.

- ☞ Sinuque amicam recipere frigidam caldo  
 ☞ Columbatim labra conferens labris. Item id  
 quoque iucunde, lepideque fictum dictitabat.  
 ☞ Iam tonsiles tapetes ebrii fuco,  
 ☞ Quos concha purpura imbuens uenenauit.

Quid uocabulum iure manu confertum significet.

Caput

IX.

X iure manu confertum, uerba sunt ex antiquis actionibus. quæ cum lege agitur, & uindictæ contenduntur: dici nunc quoque apud Prætor. solent. Rogavi ego Romæ grammaticum celebri hominem fama, & multo nomine, quid hæc uerba essent. Tum ille me despiciens, aut erras inquit, adolescens, aut ludis. Rem enim doceo grammaticam: non ius respondeo. Siquid igitur ex Virgilio, Plauto, Ennio quærere habes: quæras licet. Ex Ennio ego inquam est magister, quod quæro. Ennius enim uerbis hisce usus est. Cumque ille demiratus aliena hæc esse à poetis, & haud usquam inueniri in carminibus Ennii diceret: tum ego hos uersus ex octauo annali absentes dixi. Nam forte eos tanquam insigniter præter alios factos memineram.

- » Pellitur è medio sapientia. ui geritur res.
- » Spernitur orator bonus. horridus miles amatur.
- » Haud doctis dictis certantes, nec maledictis
- » Miscene inter sese inimicitias agitantes.
- » Non ex iure manu confertum, sed mage ferro
- » Rem repetunt: regnumque petunt: uadunt solida ui.

Cum hos uersus Ennianos dixissem: credo inquit grammaticus, iam tibi. Sed tu uelim credas mihi Quæ Ennium didicisse hoc non ex poetice literis, sed ex iuris aliquo perito. Eas igitur tu quoque inquit, & distas, unde Ennius didicit. Usus consilio sum magistri, quod docere me ipse debuerat: à quo discerem præter monstrantis. Itaque id, quod ex Iur. Cons. ex libris



quoque eorum didici, inserendum his commentarijs existimaui: quoniam in medio rerum, & hominum uitam qui colunt: ignorare non oportet uerba actionum civilium celebriora, manum conferre. Nam de qua re disceptabatur in iure presenti, siue ager, siue quod aliud est, cum aduersario simul manus prenderet. In ea re omnibus uerbis uindicare, id est uindicia correptio manus in re, atque in loco presenti, apud praet. ex XII. tabulis fiebat. In quibus ita scriptum est. Siqui in iure manum conferunt. Sed postquam praet. propagatis Italiae finibus, datis iurisdictionibus, negotijs occupati, pacis uindictarum dicendarum causa longinquas res grauabantur: institutum est contra. XII. tabulas tacito sensu, ut litigantes non ex iure apud praet. manum confererent: sed ex iure manus confertum uocarent, id est alter alterum ex iure ad conferendam manum in rem, de qua ageretur: uocaret. Atque profecti simul in agrum, de quo litigabatur: terrae aliquid ex eo, uti unam glebam in ius in urbem ad praet. deferrent: & in ea gleba tanquam in toto agro uindicarent. Idcirco Ennius significare uolens bellum non ut ad praetorem solitum est, legitimis actionibus, neque ex iure manu confertum: sed bello, ferroque & uera ui, atque solida, quod uidetur dixisse conferens uim illam civilem, & festuariam, quae uerbo diceretur, non quae manu fieret cum ui bellica, & cruenta.

Quid sit sculnae uerbum positum apud M. Var-  
ronem. Caput X.

**P.** Lauinij liber est non incuriose factus. Is  
 inscriptus est de uerbis sordidis. In eo scri-  
 psit sculnam uulgo dici, quasi seculnam,  
 quem qui elegantius inquit, loquuntur, sequestrem ap-  
 pellant. Vtrunq; uocabulum a sequendo factum est,  
 quod eius, qui electus sit: utraq; pars fidem sequatur.  
 Sculnam autem scriptum esse in historico M. Varro-  
 nis, qui inscribitur Catus, idem P. Lauinius in eodem  
 libro admonet. Sed quod apud sequestrem depositum  
 erat: sequesiro positum per aduerbium dicebant. Ca-  
 to de Ptolemaeo contra Thermum.

» Per Deos immortales nolite uos sequesiro ponere.

**A**t qui iucundiora alia reperiri queunt. Ipse autem ad  
 hoc scripsi, ut liberis quoq; meis parata istiusmodi re-  
 missiones essent, quando animus eorum interstitione  
 aliqua negotiorum data laxari, indulgeriq; potuisset.  
 Vsi autem sumus ordine rerum fortuito, quem antea  
 in excerpto feceramus. Nam proinde ut librum  
 quenquam in manus ceperam, seu graecum, seu lati-  
 num, uel quid memoratu dignum audieram: ita quae  
 libitum erat, cuius generis cunq; erant indistincte,  
 atq; promiscue adnotabam, eaq; mihi ad subsidium  
 memoriae quasi quoddam literarum penus reconde-  
 bam. Vt quando usus uenisset, aut rei, aut uerbi, cu-  
 ius me forte repens obliuio tenuisset: & libri, ex qui-  
 bus eam sumpseram, non adessent: facile inde nobis  
 inuentu, atq; depromptu foret. Facta igitur est in his  
 quoq; commentarijs eadem rerum disparilitas, quae  
 fuit in illis adnotationibus pristinis, quas breuiter,  
 & indigeste, & incondite annotationibus tractatio-

nibus, lectionibusq; uarijs feceramus. Sed quoniam lon-  
 ginq; per hyemē noctibus in agro (sicuti dixi) ter-  
 re attica cōmentationes hasce ludere, ac facere exor-  
 si sumus: idcirco eas inscripsimus noctium atticarum,  
 nihil imitati si stuitates inscriptionum, quas pleriq;  
 alij utriusq; lingue scriptores, in id genus libris fe-  
 cerunt. Nam quia uariam, & miscellam, & quasi con-  
 fusaneam doctrinam conquisuerant: eo titulos quoq;  
 ad eam sententiam exquisitissimos indiderunt. Nanq;  
 alij musarum inscripserunt, alij sylvarum. Ille *μη-  
 ρίον*, Alius *ἡρώδης ἀμαθίας*. Quidam lectionis  
 suae. Alius antiquarum lectionum. Atq; alius *πινά-  
 κιδιον*. Et item alius *ἐχειρίδιον*. Sunt etiam qui  
 pandectas inscripserunt. Sunt autem qui *διατριβὰς*.  
 Sunt adeo qui de disciplina regna, & de philosophia,  
 & de natura humana, & epistolarum questionum.  
 Est qui memoriales titulos fecerit. Est qui studiosorū,  
 & de ridiculis, & *περὶ ποιήμασ' ἰσορίης*. Est qui  
 historiae naturalis. Est qui *βιβλιοθήκην*. Est prae-  
 terea qui *πράτων*. Est item qui *ἰποπέιδων*. Est qui scri-  
 psit *συγραφήν*. Sūt item multi, qui coniectanea. Neq;  
 item desunt, qui indices libris suis fecerunt, aut epi-  
 stolarum moralium, aut epistolarū questionum, aut  
 confusarum. Et quaedam alia inscripta nimis lepida,  
 multusq; prorsus concinnitates redolentia. Nos uero ut  
 coeptus noster est incuriose, & immediate, ac prope' ēt  
 subrustice, ex ipso loco, ac tpe hybernarū uigiliarum,  
 atticis noctes inscripsimus. tantum ceteris omnibus in  
 ipsius quoq; scriptiois laude cedentes: q̄tū cessimus in  
 cura, & elegantia scriptiois. Sed ne consilium qdē in

excerpendis, notandisq; rebus idem mihi, quod ple-  
 risq; illis fuit. Namq; illi omnes, & eorum maxime  
 graeci multa, & uaria lectitantes, in quas res cunq;  
 inciderent, alba (ut dicitur) linea sine cura discrimi-  
 nis, solam copiam sectati conuertebant. quibus in le-  
 gendis ante animus senio, aut tædio languet: quã  
 unum, alterum uel repperit quod sit, aut uoluptatẽ  
 legere, aut cultui legisse, aut usui meminisse. Ego uero  
 cum illud Heracliti Ephesij uiri summe nobilis uer-  
 bum cordi haberem, quod profecto ita est. introite, nam  
 & hic dii sunt: ipse quidem uolendis transcundisq;  
 multis admodum uoluminibus per omnia semper ne-  
 gotiorum interualla, in quibus furari otium potui:  
 exercitus, defessusq; sum. Sed modica ex ijs, eaq; sola  
 accepi: quæ aut ingenia prompta, expeditaq; ad ho-  
 nestæ eruditionis cupidinem, utiliumq; artium con-  
 templationem celeri, faciliq; compendio ducerent: aut  
 homines alijs iam uitæ negotijs occupatos, a turpi cer-  
 te, agrestiq; rerum, atq; uerborum imperitia uindica-  
 rent. Quæ erunt autem in his commentarijs pauca  
 quaedam scrupulosa, & anxia, uel ex grammatica,  
 uel ex dialectica, uel etiam ex Geometria, quæq;  
 erunt item pauca remotiora super augurio, & iu-  
 re pontificio, non oportet ea defugere, quasi aut cogni-  
 tu non utilia, aut perceptu difficilia. Non enim feci-  
 mus altos nimis, & obscuros in his rebus questionum  
 sinus: sed primitias quasdam, & quasi libamenta in-  
 genuarum artium dedimus: quæ uirum civiliter eru-  
 ditum, neq; audisse unquam, neq; attigisse, si non  
 utile, at quidem certe indecorum est. Ab his igitur,  
 sicut

fici forte nonnunquã tempus, uoluptasq; erit lucubratiunculas istas cognoscere: petatum, impetratumq; uolumus, ut in legendo quæ pridem scierint, non aspernentur, quasi nota, inuulgataq; nam & qd tam remotum in literis est, quin id tamen complusculi sciant? Et satis hoc blandum est: non esse hæc, neq; in scholis decantata, neq; in cõmentarijs protrita. Quæ porro noua sibi, ignotaq; offenderint: æquum esse puto, ut sine uano obtrectatu considerent, an minutæ istæ admonitiones pauillulæ nequaquam tamen sint uel ad alendum studium honestæ, uel ad oblectandũ frigida, fouendumq; animum. Sed eius seminis, generisq; sint, ex quo facile adolescent, aut ingenia hominum uegetiora, aut memoria adminiculatio, aut oratio solertior, aut sermo incorruptior, aut delectatio motio, aut in ludo liberalior. Quæ autem parum plana uidebuntur, aut minus plena, instructaq; petamus inquam, ut ea non docendi magis quã admonendi gratia scripta existiment: & quasi demonstratione uestigiorum contenti persequantur ea post, si libebit, uel libris repertis, uel magistris. Quæ uero putauerint reprehendenda, his, si audebunt, succensent, unde ea nos accepimus. Sed enim quæ aliter apud aliũ scripta legerint: ne iam statim tempore obstrepant, sed tractationes rerum, & authoritates hominum pensitent: quos illi, quosq; nos secuti sumus. Erit autem id longe optimũ, ut qui in lectitando, scribendo, cõmentando, nunquã uoluptates, nunquã labores ceperunt: nullas hoc genus uigilias uigilarũt: neq; ullis inter eiusdẽ musæ amulos certationibus, discepta-

tionibusq; elimiti sunt: sed intemperiarum negotio-  
rumq; pleni sunt: abeant percunctando, scribendo a  
noctibus his procul, atq; alia sibi oblectamenta qua-  
rant. Vetus adagium est. Nihil cum fidibus graculo,  
nihil cum amaracino sui. At etiã quo sit quorundam  
male doctorum hominum seuitas, & inuidia irri-  
tator: mutuabor ex Aristophanis coronopesta pauca.  
Et quã ille homo festiuissimus fabulae suae spectandae  
legem dedit: eandem ego cõmentarijs his legendis da-  
bo: ut ea ne attingat, ne ue adeat profestum, & profa-  
num vulgus a ludo musico diuersum.

Versus legis datae hi sunt.

Volumina cõmentariorum ad hunc diem. XX. iam facta  
sunt. Quantum autem uitae mihi deinceps Deum uo-  
luntate erit: quãtumq; a cura publica, & a re familia-  
ri, procurãdoq; cultu liberorũ meorum dabitur otium  
ea omnia subsiciua, & subsecundaria tempora ad col-  
ligendas huiusmodi memoriarum delectatiunculas  
conferam. Progredietur igitur numerus librorum dijs  
bene iuuantibus cum ipsius uitae quãtuli quiq; fuerint  
progressibus. Neq; longiora mihi dari spatia uiuendi  
uolo: quã dum ero ad hanc facultatem scribendi, com-  
mentandiq; idoneus. Capita rerum quae cuiq; commen-  
tario insunt: exposuimus hic uniuersa, ut iam statim  
declaretur, quid, quo ue in libro quaeri, inueniriq;  
possit.

A V L I G E L L I I N O C T I V M A T T I C A  
R V M C O M M E N T A R I I .

C A P I T A P R I M I L I B R I .

q Vali proportione, quibusq; collectio-  
nibus Plutarchus ratiocinatum esse Py-  
thagorã philosophum dixerit, de com-  
prehendenda corporis proceritate, qua  
fuit Hercules, cum vitam inter homi-  
nes uiueret.

Cap. I.

Ab Herode Attico C. V. tempestiue deprompta in quen-  
dam iactabundũ, & gloriosum adolescentem, specie tan-  
tum philosophie sectatorem, uerba Epicteti stoici, qui-  
bus festiuiter a uero stoico seiunxit uulgus loqua-  
cium nebulonum, qui se stoicos nuncuparent.

Caput

II.

Quod Chilo lacedemonius consilium anceps pro salu-  
te amici cepit. Quodq; est circumspecte, & anxie con-  
siderandũ, an pro utilitatibus amicorũ delinquendũ  
aliquãdo sit, notataq; inibi, & relata, quæ Theophras-  
tus, & M. Cice. super ea re scripserunt. Cap. III.

Quã tenuiter, curiosèq; explerauerit Antonius Iulia-  
nus in oratione M. Tullij uerbi ab eo cõmutati argu-  
tiam.

Cap. IIII.

Quod Demosthenes rhetor cultu corporis, atq; uestitu pro-  
bris obnoxio, infamèq; mundicia fuit. quodq; item  
Hortensius orator ob eiusmodi mundicias, gestumq;  
in agendo histrionicum Dionysie saltatricule cogno-

mento compellatus est.

Cap. V.

Verba ex oratione Metelli Numidici, quã dixit ad populum in censura, cum eum ad uxores ducendas adhortaretur. eaq; oratio quam ob causam reprehensa, & quo contra modo defensa sit.

Cap. VI.

In hisce uerbis Ciceronis ex oratione quinta in Verrem, hanc sibi rem sperant presidio futurum, neq; mendam esse, nec uitium. errareq; istos, qui bonos uiolant libros: & futurã inscribunt: atq; ibi de quodam alio Ciceronis uerbo dictum, quod probe scriptũ perperam mutatur, & aspersa pauca de modulis, numerisq; orationis, quos Cicero auide sectatus est.

Caput

VII.

Historia in libris Socionis philosophi reperta super Laiide moretrice, & Demosthene rhetore.

Cap. VIII.

Qui modus fuerit, quis ordo disciplinæ pythagoricæ, quantumq; temporis imperatum, obseruatumq; sit dicendi simul, ac tacendi.

Caput IX.

Quibus uerbis compellauerit Phauorinus philosophus adolescentem caste nimis, & prisce loquentem.

Caput

X.

Quod Thucydides historie scriptor inclytus Lacedæmonios in acie non tuba, sed tibijs esse usos dicit. Verbaq; eius super ea re posita: quodq; Herodotus Haliatem regem fidianas in procinctu habuisse tradit, atq; inibi quædam notata de Gracchi fistula conaonaria.

Caput

XI.

Virgo Vestæ quid ætatis, & ex quali familia, & quo ritu, quibusq; cærimonijs, ac religionibus, ac cognomine a Pontifi. Maxi. capiatur. Et quo statim iure esse incipiat



esse incipiat simulatq; capta est, quodq; ut Labeo di-  
cit, nec intestato cuiquam, nec eius intestatae quisquam  
iure haeres est.

Cap. XII.

Quaeritū in philosophia est q̄dnā foret in recepto māda-  
to rectius, id' ne oīno facere qđ mādatū est, an nonnū-  
quam etiam contra, si id speres ei, qui mandauit, uti-  
lius fore, superq; ea questione expositae diuersae sen-  
tentiae.

Cap. XIII.

Quid dixerit, feceritq; C. Fabritius magna uir gloria  
magnisq; rebus gestus, sed familiae pecuniaeq; inops,  
cum ei Samnites tanquam indigenti graue aurum do-  
narent.

Cap. XIII.

Quā importunum uitium sit, plenumq; odij futilis ina-  
nisq; loquacitas, & quā multis in locis a' principi-  
bus utriusq; linguae uiris detestatione iusta culpa-  
ta sit.

Cap. XV.

Quod uerba istae Quadrigarij ex annali. III. Ibi mil-  
le hominum occiditur: non licentia, neq; de poetarum  
figura, sed ratione certa, & proba grammaticae di-  
scipline dicta sunt.

Cap. XVI.

Quanta cum animi aequitate tolerauerit Socrates uxoris  
ingenium intractabile, atq; inibi quid M. Varro in  
quadam Satyra de officio mariti scripserit.

Caput

XVII.

Quod M. Varro in lib. de ratione uocabulorum L. Lae-  
lium magistrum suum περι' ἑτυμολογίας nonnul-  
lorum uerborum falsa dixisse reprehendit: quodq;  
idem Varro in eodem libro furis ἑτυμολογίας fal-  
sam dicit.

Cap. XVIII.

Historia super libris sibyllinis, ac de Tarquinio super

- bo Rege. Cap. XIX.  
 Quid geometre dicant greci, quibusq; omnia ista latinis uocabulis appellentur. Cap. XX.  
 Quod Iulius Higinus affirmatissime contendit legisse se librum P. Vergij domesticum, in quo esset scriptum *Et ora Tristia tentantum sensu torquet amaror, non quod uulgus legeret sensu torquet amaro.* Cap. XXI.  
 An qui causas defendit recte, latineq; dicat superesse id quod defendit. Et superesse proprie quid sit. Caput XXII.  
 Quis fuerit Papyrius prætectatus, quæue istius causa cognomen sit. Historiaq; ista omnis super eodem Papyrio cognitu iucunda. Cap. XXIII.  
 Tria epigrammata trium ueterum poetarum, Næuij, Plauti, Pauij, quæ facta ab ipsis eorum sepulchris incisa sunt. Cap. XXIIII.  
 Quibus uerbis M. Varro inducias definiert, quæsitumq; inibi curiosius quænam ratio sit uocabuli induciarum. Cap. XXV.  
 Quem in modum mihi Taurus philosophus responderie percunctanti, an sapiens irasceretur. Cap. XXVI.

#### CAPITA SECUNDI LIBRI.

- Vo genere solius sit philosophus Socrates  
 q exercere patientiam corporis, deq; eiusdem uiri patientia. Cap. I.  
 Quæ ratio, obseruatioq; officiorum esse debeat inter patres, filiosq; in discumbendo, sedendoq;, atq; id genus rebus

- rebus domi forisq. Cap. II.
- Qua ratione uerbis quibusdam, uocabulisq; ueteres im-  
miserunt. h. literæ spiritum. Cap. III.
- Quam ob causam C. Bassus genus quoddam iudicij di-  
uinationem appellari scripsit, & quam alij causam  
esse eius uocabuli dixerunt. Cap. IIII.
- Quam lepide, designateq; dixerit Phauorinus philoso-  
phus, quid intersit inter Platonis, & Lysiae oratio-  
nem. Cap. V.
- Quibus uerbis ignauiter, & abiecte Virgilius usus esse  
dicatur, & quid ijs, qui improbe dicunt, respondeat-  
tur. Cap. VI.
- De officio erga patres liberorum, deq; ea re ex philoso-  
phiæ libris, in quibus scriptum, quesitumq; est, an om-  
nibus patris iussis obsequendum sit. Cap. VII.
- Quod parum æqua reprehensio Epicuri a Plutarcho  
peracta sit in syllogismi disciplina. Cap. VIII.
- Quod idem Plutarchus evidenti calumnia uerbum ab  
Epicuro dictum insectatus sit. Cap. IX.
- Quid sint fauissæ capitoline, & quid super eo uerbo M.  
Varro, Seruio Sulpitio quærenti rescripserit. Cap. X.
- De Siciuo dentato egregio bellatore multa memoratu di-  
gna. Cap. XI.
- Considerata, perpensaq; lex quædam Solonis speciẽ ha-  
bens priorem iniuæ, iniustiæq; legis, sed ad usum &  
emolumentũ salubritatis penitus repertã. Cap. XII.
- Liberos in multitudinis numero etiam unum filium filia  
am'ue ueteres dixisse. Cap. XIII.
- Quod M. Cato in libro, qui inscriptus est contra Tibe-  
rium exulem stitisses uadimonium per. i. literã dicit,

- non stetisses. Eiusq; uerbi rō reddita. Ca. XIII.
- Quod antiquitus ætati senectæ potissimum habiti sine  
ampli honores, & cur postea ad maritos, & patres  
iſdem iſti honores delati ſint: atq; ibi quædam de ca-  
pitate legis Iulie ſeptimo. Cap. XV.
- Quod Cefellius uindex à Sulpitio Apollinari repre-  
henſus eſt in ſenſus Virgiliani enarratione.  
Caput XVI.
- Cuiusmodi naturam eſſe quarundam præpoſitionum  
Marcus Cice. animaduertit. diſceptatumq; ibi ſup eo  
ipſo, quod Cicero obſeruauerat. Cap. XVII.
- Quod Phedon Socraticus ſeruus fuit, quodq; item alij  
compluſculi ſeruitutem ſeruierunt. Cap. XVIII.
- Reſcire uerbum quid ſit, & quàm habeat ueram, &  
propriam ſignificationem. Caput XIX.
- Quæ uulgo diuntur uinaria, id uocabulum ueteres non  
dixiſſe, & quid pro eo P. Sapia in oratione ad popu-  
lum, quid poſtea M. Varro in libris de re ruſtica di-  
xerit uſurpatum. Caput XX.
- Super eo ſydere, quod græci ἀμαξαρ, nos ſeptentrio-  
nes uocamus, ac de utriusq; uocabuli ratione, & ori-  
gine. Caput XXI.
- De uento iapige, deq; aliorum uentrum uocabulis, re-  
gionibusq; accepta à Phauorini ſermonibus.  
Caput XXII.
- Conſultatio, dijudicatioq; locorum facta ex comædia  
Mænandri, & Cæcilij, quæ Plocium inſcripta eſt.  
Caput XXIII.
- De uetere parſimonia, deq; antiquis legibus ſumptua-  
rijs. Caput XXIII.
- Quid

Quid Graeci ἀναλογίαν, quid contra ἀνωμαλίαν  
uocent.

Caput XXV.

Sermones M. Frontonis, & Phavorini philosophi de ge-  
neribus colorum, uocabulisq; eorum graecis, & lati-  
nis, atq; inibi color spadix, & cuiusmodi sit.

Caput

XXVI.

Quid T. Castritius existimauerit super Sallustij uerbis,  
& Demosthenis, quibus alter Philippum descripsit,  
alter Sertorium.

Cap. XXVII.

Non esse compertum cui Deo rem diuinam fieri oporteat,  
cum terra mouetur uiribus.

Cap. XXVIII.

Apologus Aesopi Phrygis memoratu non inutilis.

Caput

XXIX.

Quid obseruatum sit in undarum motibus, quae in ma-  
ri alio, atq; alio modo fiunt austris flantibus, aquilo-  
nibusq;.

Cap. XXX.

### CAPITA TERTII LIBRI.

¶ Væsitum, ac tractatum quam ob causam  
q Sallustius auaritiam dixerit non animum  
modo uirilem, sed corpus quoq; ipsum ef-  
foeminare.

Cap. I.

Quemnam esse natalem diem M. Varro dicat eorū, qui  
ante noctis horam sextam, postue eam nati sunt,  
atq; inibi de temporibus, terminisq; dierum, qui ci-  
uiles nominantur, & usquequaq; gentium uarie ob-  
seruantur, & praeterea quid Q. Mutius scripserit si-  
per ea muliere, quam maritus non iure usurpauisset.  
quod rationem civilis anni non habuerit.

Cap. II.

- De noscendis explorandisq; Plauti comœdijs, quoniam  
promiscue ueræ, atq; falsæ nomine eius inscriptæ fe-  
runtur. Atq; inibi qđ Plautus in pistrino, & Næuius  
in carcere fabulas scriptitarunt. Cap. III.
- Quod P. Africano, & alijs tunc uiris nobilibus ante  
ætatem senectam barbâ & genas radere mos patriæ  
fuit. Cap. IIII.
- Deliciarum uitium, & mollities oculorum, & corporis  
ab Arcesilao philosopho cuidam opprobata acerbe  
simul & festiuiter. Cap. V.
- De ui atq; natura palmæ arboris, quod lignum ex ea  
ponderibus impositis renitatur. Cap. VI.
- Historia ex annalibus sumpta de Q. Ceditio trib. mi-  
litum, uerbâq; ex originibus M. Catonis apposita,  
quibus Ceditij uirtutem cū Spartano Leonida equi-  
parati. Cap. VII.
- Literæ eximie Consulum C. Fabritij, & Aemilij ad re-  
gem Pyrrhum a Quinto Claudio scriptore historia-  
rum in memoriam datæ. Cap. VIII.
- Quis & cuiusmodi fuerit, qui in prouerbio fertur, equus  
seianus, & qualis color equorum sit, qui spadices uo-  
cantur, deq; istius uocabuli ratione. Cap. IX.
- Quod est quedam septenarij numeri uis, & facultas in  
multis naturæ rebus animaduersa, de qua M. Varro  
in hebdomadibus disserit copiose. Cap. X.
- Quibus & q̄ friuolis argumentis Accius in Didascalii-  
cis utatur, quibus docere nititur Hesiodum esse q̄ Ho-  
merum natu antiquiorem. Cap. XI.
- Largum atq; auidum bibendi a Publio Nigidio doctissi-  
mo uiro, nouo, & propemodū absurdo uocabulo bibo-

sum dictum.

Cap. XII.

Quod Demosthenes etiam tum adolescens, cum Platoni philosophi discipulus foret audito forte Callistrato rhetore in concione populi, desinit a Platone, et sectatus est Callistratum.

Cap. XIII.

Dimidium librum legi, aut dimidiam fabulam audiui, aliaque huiusmodi qui dicat, vitiose dicere, eiusque vitij causas reddere M. Var. nec quenquam veterum hisse uerbis ita usum esse.

Cap. XIII.

Extare in literis, perque hominum memorias traditum, quod repente multis mortem attulit gaudium ingens insperatum, interclusa anima, et uim magni, nouisque motus non sustinente.

Cap. XV.

Temporis uarietas in puerperijs mulierum quenam sit a medicis, et philosophis tradita, atque ibi poetarum quoque ueterum super eadem re opiniones, multaque alia auditu, atque memoratu digna, uerbaque ipsa Hippocratis medici ex libro illius sumpta, qui inscriptus est  $\pi\rho\iota\tau\iota\ \mu\epsilon\mu\omicron\rho\iota\tau\iota$ , Id quoque esse a grauissimis uiris memorie mandatum.

Cap. XVI.

Quod tres libros Plato Philolai pythagorici, et Aristoteles pauculos Speusippi philosophi mercati sunt pretijs fidem non capientibus.

Cap. XVII.

Quid sint peditarij senatores, et quam ob causam ita appellati, quamque habeant originem uerba haec ex edito translatio consulum. Senatores, quibusque in senatu sententiam dicere licet.

Cap. XVIII.

Qua ratione Caius Bassus scripserit paruum hominem appellatum, et quam eius uocabuli causam putarit, et contra quem in modum, quibusque uerbis

Phauorinus hęc traditionē eius eluserit. Ca. XIX.

CAPITA QUARTI LIBRI.

Ermo quidam Phauorini philosophi cum grammatico iactantiore, factus in Socraticum modum, atq; ibi in sermone dictum, quibus uerbis penus a Q. Scaeuola definita sit: quodq; eadem definitio culpata, reprehensaq; est.

Caput I.

Quid differat morbus, & uitium, & quam uim habeant uocabula ista in edicto edilium, & an eunuchus, & steriles mulieres redhiberi possint, diuersaq; super ea re sententię.

Cap. II.

Quid nullę fuerint rei uxorię actiones in urbe Roma ante carbilianum diuortium, atq; inibi quid sit proprie pellex, quęq; eius uocabuli ratio sit.

Caput

III.

Quid seruius Sulpitius in libro, qui est de dotibus, scripserit de iure, atq; more ueterum sponsaliorum.

Caput

IIII.

Historia narrata de perfidia aruspicum hetruscorum, quodq; ob eam rem uersus hic a pueris Romę urbe tota cantatus est. Malum consilium consultori pessimum est.

Cap. V.

Verba ueteris Senatusconsulti ista, quod decretum est hostijs maioribus expiādū, quod in sacrario hastę martię mouissent. Atq; ibi enarratum qd sint hostię succidaneę, quid item tempora præcidaneę, & quod Capito Atteius serias quasdam præcidaneas appel-



- lauit.* Cap. VI.  
De epistola Valerij Probi grammatici ad Marcellum  
scripta, super accentu nominum quorundam punico-  
rum. Cap. VII.  
Quid C. Fabritius de Cornelio Ruffino homine aua-  
ro dixerit: quem cum odisset, inimicusq; esset: designan-  
dum eum consulem curauit. Cap. VIII.  
Quid significet proprie religiosus, & in qua diuerticu-  
la significatio istius uocabuli flexa sit, & uerba Nigi-  
dij figuli ex commentarijs eius super ea re sumpta.  
Caput IX.  
Quid obseruatum de ordine rogandarum sententiarum,  
iurgioru quoq; in senatu C. Casaris consulis, & Mar-  
ci Catonis diem dicendo eximentis. Cap. X.  
Quae, qualiaq; sint, quae Aristoxenus quasi magis com-  
perta de Pythagora memoriae commendauit, & quae  
item Plutarchus in eundem modum de eodem Pytha-  
gora scripsit. Cap. XI.  
Notae, & animaduersiones censoriae in ueteribus moni-  
mentis repertae memoriae dignae. Cap. XII.  
Quod incentiones quaedam tibiarum certo modo factae  
ischaicis mederi possunt. Cap. XIII.  
Narratur historia de Hostilio Mancino aedili, & Manu-  
lia meretrice, uerbaq; decreti tribunorum, ad quos  
a Manulia prouocatum est. Cap. XIII.  
Defensa a culpa sententia ex historia Sallustij, quam  
inimici eius cum insectatione maligne reprehende-  
runt. Cap. XV.  
De uocabulis quibusdam a Varrone, & Nigidio contra  
quotidiani sermonis consuetudinem declinatis, atq;

Inibi in id genus quedam cum exemplis ueterum  
relata. Cap. XVI.

De natura quarundam particularum, quæ præpositæ  
uerbis intendi, atq; producta barbare, atq; inscite ui-  
dentur, exemplis, rationibusq; plusculis disceptatū.

Caput XVII.

De Africano superiora sumpta quedam ex annalibus  
memoratu dignissima. Cap. XVIII.

Quid M. Varro in longa historia scripserit de moderan-  
do uictu puerorum impuberum. Cap. XIX.

Notati a censoribus, qui audientibus ijs dixerant iocis  
quedam intempestiuer, ac de eius quoq; nota deli-  
beratum, qui steterat forte apud eos oscitabundus.

Caput XX.

#### CAPITA QVINTI LIBRI.

q uod musonius philosophus reprehēdit, im-  
probanitq; laudari philosophum differen-  
tem a uociferantibus, & in laudando gestien-  
tibus. Cap. I.

Super equo Alexandri regis, qui Bucephalus appella-  
tus est. Cap. II.

Quæ causa, quodq; initium fuisse dicatur Protagoræ ad  
philosophiæ literas adeundi. Cap. III.

De uerbo duo & uicesimo, quod uulgo incognitum est, a  
uiris doctis multifariam in libris scriptum est.

Caput IIII.

Cuiusmodi ioco cauillatus sit Antiochum regem Pœnus  
Annibal. Cap. V.

De coronis militaribus, quæ sit earum triumphalis, quæ  
obsidionalis, quæ ciuica, quæ muralis, quæ castrensis,

que naualis, que oualis, que oleaginea. Cap. VI.

Personae uocabulum quam lepide interpretatus sit, quamque esse uocis eius originem dixerit C. Bassus.

Caput

VII.

Defensus error a Virgilij uersibus, quos arguerat Iulius Higinus grammaticus. Et ibidem quid sit lituus, atque etymologia uocis eius. Cap. VIII.

Historia de Craesi filio sumpta ex Herodoti libris.

Caput

IX.

De argumentis quae graece ἀριστιπορτα appellantur, a nobis reciproca dici possunt. Cap. X.

Biantis de re uxoria syllogismum non posse uideri ἀριστιπορτα, Cap. XI.

De nominibus Deorum Po. Romani Diuonis, & Veionis,

Caput

XII.

De officiorum gradu, atque ordine moribus Populi Romani obseruato. Cap. XIII.

Quod Appion doctus homo, qui polyhistor appellatus est, uidisse se Romae scripsit recognitionem inter senutudam ex uetere notitia hominis, & leonis.

Caput

XIIII.

Corpus ne sit uox an ἀσώματος, uarias esse philosophorum sententias. Cap. XV.

De uis oculorum, deque uidendi rationibus. Ca. XVI.

Quam ob causam dies primi post Calendas nonas, idus, atri habeantur, & cur diem quoque quartum ante Calendas, uel nonas, uel idus, quasi religiosum plerique uitant. Cap. XVII.

In quo & quantum differat historia ab annalibus. Superque ea re uerba posita ex libro rerum gestarum.

Sempronij Asellionis primo. Cap. XVIII.  
Quid sit adoptatio, quid item sit adrogatio, quantumq;  
hæc inter se differant: uerbaq; eius, quæ qualiaq; sint  
qui in liberis adrogandis super ea re populum ro-  
gat. Cap. XIX.

Quod uocabulum latinum solœcismo fuerit Capitonij  
Asinio, quid ipsum appellauerint ueteres latini, qui-  
busq; uerbis solœcismum definierit idem Asinius.  
Caput XX.

Pluria qui dicat, & compluria, & compluries non bar-  
bare dicere, sed latine. Cap. XXI.

### CAPITA SEXTI LIBRI.

Uemadmodum responderit Chrysippus ad-  
uersus eos, qui prouidentiam consistere ne-  
gauerunt. Cap. I.

Quo itidem modo, & uim, necessitatemq; fati constitue-  
rit, & esse tamen in nobis consilij, iudicijq; nostri ar-  
bitrium confirmauerit Chrysippus. Cap. II.

Historia sumpta ex libris Tuberonis de serpente inusi-  
tate longitudinis. Cap. III.

Quid idem Tubero nouæ historiæ de Attilio Regulo à  
Carthaginiensibus capto literis mandauerit, quid e-  
tiam Tuditanus super eodem Regulo scripserit.  
Caput IIII.

Quod Alphenus iurecon. in uerbis ueteribus interpre-  
tandis errauerit. Cap. V.

Temere, inepteq; reprehensum esse à Iu. Higino Virgi-  
lium, quod præpetes Dædali pennas dixit. atq; ibi  
quid

- quid sine aues præpetes, & quid illæ sine aues, quas  
Nigidius inferas appellauit. Cap. VI.
- De Aza Laurentia, & Caia Tarratia, deq; origine sacer-  
dotij fratrum arualium. Cap. VII.
- De Alexandro, & de P. Scipione memoratu digna.  
Caput VIII.
- Locus exemptus ex annalibus L. Pisonis historia, & ora-  
tionis lepidissima. Caput IX.
- Historia super Euclide socratico, cuius exemplo Tau-  
rus philosophus adhortari adolentes suos solitus  
est ad philosophiã gnauiter sectandam. Cap. X.
- Verba ex oratione Quinti Metelli Numidici, que li-  
buit meminisse, ad officium grauitatis, dignitatisq; ui-  
tæ ducentia. Caput XI.
- Quod neq; testamentum, sicuti Seruius Sulpitius exi-  
sumauit, neq; sacellum sicuti C. Trebatius, duplicia  
uerba sunt: sed à testatione alterum productum, al-  
terum à sacro diminutum. Cap. XII.
- De quæstunculis apud Taurum philosophum in conui-  
uio agitatæ, quæ symposiacæ uocantur. Cap. XIII.
- Puniendis peccatis tres esse rationes à philosophis attri-  
butas, & quamobrem Plato duarum ex his memi-  
nerit. Caput XIII.
- De uerbo quiesco an, e, litera corripere an produci debeat.  
Caput XV.
- Notum uerbum, deprecor, à poeta Catullo inusitate qui-  
dem, sed apte positum, & proprie, deq; ratione eius  
uerbi, exemplisq; ueterum scriptorum. Cap. XVI.
- Quis omnium primus libros publice præbuerit legen-

dos, quantusq; numerus fuerit Athenis ante clades  
persicas librorum in bibliothecis publicorum.

Caput

XVII.

CAPITA SEPTIMI LIBRI.

DMiranda quaedam ex annalibus sumpta  
a de P. Africano superiore. Cap. I.

De Cefellij vindiciis pudendo errore, quem  
offendimus in libris eius, quos inscripsit lectionum  
antiquarum. Caput II.

Quid Tullius Tiro Ciceronis libertus reprehenderit in  
M. Catonis oratione, quam pro Rhodiensibus in se-  
natu dixit, & quid ad ea, quae reprehenderat, re-  
sponderimus. Caput III.

Cuiusmodi seruos, & quam ob causam Coelius Sabinus  
iuris civilis auctor pileatos uenundari solitos scripse-  
rit: & quae mancipia sub corona more maiorum uene-  
rint, atq; id ipsum, sub corona, quid sit. Cap. IIII.

Historia de Polo histrione memoratu digna. Cap. V.

Quid de quorundam sensuum naturali defectione Ari-  
stoteles scripserit. Caput VI.

An affatim quasi admodum prima acuta pronuntian-  
dum sit, & quaedam itidem non incuriose tracta-  
ta super aliarum uocum accentibus. Cap. VII.

Res ultra fidem tradita super amatore Delphino, & pue-  
ro amato. Caput VIII.

Peposci, memordi, pepugi, spepondi, & oaecurri plerosq;  
ueterum dixisse, non uti postea receptum est dicere,  
per, o,

per, o, aut per, u, literam in prima syllaba positam, sed per, e, atq; ideo graecae rationis exemplo dixisse. praeterea notatum, quod uiri non indocti, neq; ignobiles, a uerbo descendo non descendi, sed descendidi dixerunt.

Caput

IX.

Vsu capio & copulate & recto uocabuli casu dicitur, ita pignoris capio coniuncte, & eadem uocabuli forma dictum est.

Caput X.

Neq; leuitatem, neq; nequitiam ea significatione esse, qua in uulgi sermonibus dicuntur.

Cap. XI.

De tunicis  $\chi\epsilon\rho\iota\delta\omega\tau\omicron\iota\varsigma$ , quod earum usum P. Africa- nus Sulp. Gallo obiecit.

Caput XII.

Quem Classicum dicat M. Cato, quem infra classem.

Caput

XIII.

De tribus dicendi generibus, ac de tribus philosophis, qui ab Atheniensibus ad senatum Romam legati sunt.

Caput

XIIII.

Qua se uere moribus maiorum in fures uindicatum sit:

& quid scripserit Mutius Scaeuola super eo, quod seruandum, datum, commodatum ue esset. Cap. XV.

Locus exscriptus e' satyra M. Varro. quae  $\pi\epsilon\rho\iota\ \epsilon\ \delta\epsilon\ \sigma\mu\acute{\alpha}\tau\omega\upsilon$ , inscripta est, de pegrinis ciborum generibus, & appositum uersus Euripidis, quibus delicatorem hominum luxuriantem gulam confutauit.

Caput XVI.

Sermo habitus cum grammatico, insolentiarum, & imperitiarum pleno, de significatione uocabuli, quod est obnoxius, de quo eius uocis origine. Cap. XVII.

De obseruata, custodia quoque apud Romanos iuris iurandi sanctimonia, atque inibi de decem captiuis, quos An-

nibal Romam de iurio ab ijs accepto legauit.

Caput

XVIII.

Historia ex annalibus de Tiberio Sempronio Graccho sumpta, patre Gracchorum Trib. pleb. atq; inibi Tribunitia ple. decreta cum ipsis uerbis relata.

Caput

XIX.

Quod Virgilius à Nolanis, ob aquam sibi non permissam, sustulit è uersu suo Nola, & posuit ora, atq; ibi quedam alia de consonantia literarum iucunda.

Caput

XX.

Quoad uiuet, & quoad morietur, cur id ipsum temporis significant, cum ex duobus sint facta contrarijs.

Caput

XXI.

Quod censores equum adimere soliti sint equitibus corpulentis, & præpinguibus, quæsitumq; utrum ea res cum ignominia, an incolumi dignitate equitum facta sit.

Caput XXII.

## CAPITA OCTAUI LIBRI.

Esterna noctu recte ne an cū uitio dicatur,

h

& quænam super istis uerbis grammatica traditio sit. Itemq; quod decemuiri in XII.

tabulis nox pro noctu dixerunt.

Cap. I.

Quæ mihi X. uerba ediderit Phauorinus, quæ usurpentur quidem à grecis, sed sunt adulterina, & barbara, quæ item à me totidem accepit, quæ ex medio communiq; usu latine loquentium minime latina sunt: neq; in ueterum libris reperiuntur.

Caput



Caput

II.

Quem in modum, & quā seuerē increpauerit audientibus nobis Peregrinus philosophus adolescentem Romanum ex equestri familia stantem seque[m] apud se, & assidue oscitantem.

Caput III.

Quod Herodotus scriptor historie memoratissimus parum uere dixerit unam, solamq[ue] pinum arborum omnium celsam, nunquam denuo ex iisdem radicibus pullulare, & quod item de aqua pluuiali, & niue rem non satis exploratam pro comperta posuerit.

Caput

IIII.

Quid illud sit quod Virg. coelum stare puluere, & quod Lucilius pectus sentibus stare dixit.

Caput V.

Cum post offensus uinculas in gratiam redeatur, ex postulationes fieri mutuas minime utile esse, superq[ue] ea re, & sermo Tauri expositus, & uerba ex Theophrasto libro sumpta, & quod M. quoq[ue] Cicero de amore amicitie senserit cum ipsius uerbis additum.

Caput

VI.

Ex Arist. lib. qui περὶ τῆς μνήμης inscriptus est cognita, acceptaq[ue] de natura, & habitu, memoriae, atq[ue] inibi alia quaedam exuberantia, aut interitu eius lecta auditaq[ue].

Caput VII.

Quid mihi usu uenerit interpretari, & quasi effingere uolenti iocos quosdam Platonicos latina oratione.

Caput

VIII.

Quod Theophrastus philosophus omnium suae aetatis facundissimus uerba pauca ad populum Atheniensem facturus, deturbatus uerecundia obtinuerit, quodq[ue]

idem hoc Demostheni apud Philippum regem uerba  
facienti euenerit. Caput IX.

Qualis mihi fuerit in oppido Eleusino disceptatio cum  
grammatico quodam prestigioso, tempora uerborum,  
et puerilia meditata ignorante. Remotarum au-  
tem questionum nebulas, et formidines ad capiendos  
imperitorum animos ostentante. Caput X.

Quam festiue responderit Xantippe uxori Socrates pe-  
tenti ut per Dionysia largiore sumptu cenitarent.  
Caput XI.

Quid significet in ueterum libris scriptum pleriq; o-  
mnes, et quod ea uerba accepta a grecis uidentur.  
Caput XII.

Quisones quod homines acri dicunt, non esse uerbum  
paenicum, sed graecum. Caput XIII.

Lepidissima altercatio Phauorini philosophi aduersus  
quendam intempestuum de ambiguitate uerborum  
differentem, atq; inibi uerba quaedam ex Nauiio poeta  
et Cn. Gellio non usitate collocata, atq; ibidem a P.  
Nigidio origines uocabulorum exploratae.

Caput XIII. XIIII.  
Quibus modis ignominiatus tractatusq; sit a C. Cesa-  
re Laberius poeta, atq; inibi appositi uersus super ea-  
dem re eiusdem Laberij. Caput XV.

#### CAPITA NONI LIBRI.

q uamobrem Q. Claudius Quadrigarius  
in duodeuicesimo annali scripserit, rectio-  
res

res certioresq; ictus fieri, si sursum quid mittas, quam  
si deorsum.

Caput I.

Quibus uerbis notarit Herodes Atticus falso quempiam  
cultu, amictuq; nomen, habitumq; philosophiae menti-  
entem.

Caput II.

Epistola Philippi Regis ad Aristotelem philosophum su-  
per Alexandro recens nato.

Caput III.

De barbararum gentium prodigiosis miraculis, deq; di-  
ris & exitiosis fascinationibus, atq; inibi de foeminis  
repente uersis in mares.

Caput IIII.

Diuersae nobilium philosophorum sententiae, de genere  
ac natura uoluptatis, uerbaq; Herodis philosophi, qui  
bus decreta Epicuri insectatus est.

Cap. V.

Verbum, quod est ago frequentatiuum in prima syllaba  
quonam sit modulo pronuntiandum.

Caput VI.

De conuersione foliorum in arbore olea, brumali, &  
solstitiali die, deq; fidibus id temporis ictu alieno  
sonantibus.

Caput VII.

Necessum esse qui multa habeat, multis indigere, deq; ea  
re Phauorini philosophi cum breuitate eleganti sen-  
tentia.

Caput VIII.

Quis modus sit uerba uertendi in graecas sententias. deq;  
his Homeri uersibus, quos Virgilius uertisse; aut be-  
ne, apteq; aut improffere existimatus est.

Cap. IX.

Quod Anneus Cornutus uersus Virgilij, quibus uene-  
ris, & Vulcani concubitus pudice, aperteq; dixit, re-  
prehensione insulsa, & odiosa inquinauit.

Cap. X.

De Valerio Coruino, & unde Coruini sit cognomen

Caput

XI.

De uerbis, quae in utranq[ue] partem significatione recipro-  
ca, & aduersa dicuntur. Caput XII.

Verba ex historia Claudij Quadrigarij, quibus Man-  
lij Torquati nobilis adolescentis, & hostis Galli pro-  
uocatoris pugnam depinxit. Caput XIII.

Quod idem Quadrigarius, huius facies, patrio casu,  
probe, & latine dixit, & quaedam alia apposita de  
similium uocabulorū declinationibus. Cap. XIII.

De genere controuersiae, quod graece ἀπορον, ap-  
pellatur. Caput XV.

Quod Plinium secundum hominem non indoctum fu-  
gerit, latueritq[ue] uitium argumenti, quod ἀντισπρον  
graei dicunt. Caput XVI.

#### CAPITA DECIMI LIBRI.

Tertium'ne consul, an tertio dici oporteat, &  
quonammodo Cn. Pompeius, cum in thea-  
tro, quod erat dedicaturus, honores suos in-  
scriberet quaestionem ancipitem istius uerbi, de con-  
silio Ciceronis uitauerit. Caput I.

Quid Aristoteles de numero puerperij memoriae man-  
dauit. Caput II.

Locorum quorundam illustrium collatio, contentioq[ue] fa-  
cta ex orationibus C. Gracchi, & M. Cicer. & M.  
Catonis. Caput III.

Quod P. Nigidius argutissime docuit nomina non positi-  
ua esse, sed naturalia. Caput IIII.

Auarus simplex'ne uocabulum sit, an compositum, &  
duplex,

duplex, sicut P. Nigidio uidetur. Caput V.  
Multam dictam esse ab edil. pleb. Appij Cæci filie mu-  
lieri nobili, quod locuta esset petulantius.

Caput VI.  
Fluminum, quæ ultra imperium Ro. fluunt, prima ma-  
gnitudine esse Nilum, secunda Istrum, proxima Rho-  
danum, sicut M. Varronem meminisse scribere.

Caput VII.  
Inter ignominias militares, quibus milites coercerentur,  
fuisse sanguinis demissionem, & quænam esse uidea-  
tur causa huiusmodi castigationis. Caput VIII.

Quibus modis, quoq; habitu acies Romana instrui soli-  
ta sit: quæq; earum instructionum sint uocabula.

Caput IX.  
Quæ eius rei causa sit, quod & græci ueteres, & Ro-  
mani annulum in eo digito gestauerunt, qui est in ma-  
nu sinistra minimo proximus. Caput X.

Verbum mature quod significet, quæq; uocis eius ratio  
sit, & quod eo uerbo uulgus hominum improprie uti-  
tur: atq; inibi quod præcox declinatum præcoxis fa-  
cit non præcoquis. Caput XI.

De portentis fabularum, quæ Plynus Secundus indignis-  
sime in Democritum philosophum confert, & ibidem  
de simulachro uolucris columbæ. Caput XII.

Cum partim hominum qua ratione ueteres dixerint.

Caput XIII.  
Iniuria mihi factum itur, quali uerborum ordine Ca-  
to dixerit. Caput XIII.

De flammis dialis, deq; flaminicæ Cerimonij, uerbaq;

ex edicto prætoris apposita, quibus dicit non coacturum se ad iurandum neque uirgines Vestæ, neque dialem.

Caput XV.

Quos errores Iulius Higinus in VI. Vergilij animaduertit in historia Romana erratos. Cap. XVI.

Quam ob causam, et quali modo Democritus philosophus luminibus oculorum sese priuauerit. et super ea re uersus Laberij pure admodum, et uenuste facti.

Cap. XVII.

Historia de Artemisia, deque eo certamine, quod apud Mausoli sepulchrum a scriptoribus inclytis decertatum est.

Caput XVIII.

Non purgari, neque lenari peccatum, cum prætenditur peccatorum, quæ alij quoque peccauerunt, similitudo, atque inibi uerba ex oratione super ea re Demosthenis.

Caput XIX.

Quid sit rogatio, quid lex, quid plebiscitum, quid priuilegium, et quantum omnia ista differant. Cap. XX.

Quam ob causam M. Cicero his omnino uerbis nouissime, et nouissimus uti obseruantissime uitarit.

Caput

XXI.

Locus exemptus ex Platonis libro, qui inscribitur Gorgias, de falsæ philosophiæ probris, quibus philosophos temere incessit, qui emolumenta ueræ philosophiæ ignorant.

Caput XXII.

Verba ex oratione M. Catonis de mulierum ueterum uictu, et moribus, atque inibi, quod fuerit ius marito, in adulterio uxorem deprehensam necare. Cap. XXIII.

Die pristini, et die crastini, et die quarti, et die quinti,

qui elegantius locuti sunt, dixisse, non ut ea vulgo dicuntur nunc.

Caput XXIII.

Telorum, & iaculorum, gladiatorumq; uocabula, atque inibi nauium quoq; genera quæ scripta in ueterum libris reperiuntur.

Caput XXV.

Inscite ab Asinio Pollione reprehensum Sallustum, quod transfretationem transgressum dixerit, & transgressos, qui transfretassent.

Caput XXVI.

Historia de Populo Romano, deq; populo punico, quod pari propemodum uigore fuerint æmuli.

Caput

XXVII.

De ætatum finibus pueritiæ, iuuentæ, senectæ, ex Tuberonis historia sumptum.

Cap. XXVIII.

Quod particula, atq; non complexiua tantum sit, sed uim habeat plusculam uariamq;.

Cap. XXIX.

### CAPITA VNDECIMI LIBRI.

**E** origine uocabuli terræ Italiae deq; ea multa, quæ suprema appellatur, deq; eius nominis ratione, ac de lege aterina. & quibus uerbis antiquitus multa minima dici solita sit.

Caput

I.

Quod elegantia apud antiquiores, non de amceniore ingenio, sed de nitidiorre cultu, atq; uictu dicebatur, eaq; & in uitio ponebatur.

Caput II.

Qualis quantaq; sit, pro, particulae uarietas, deq; exemplis eius uarietatis.

Caput III.

Quem in modum Q. Ennius uersus Euripidis æmula

- rus sit. Caput IIII.  
De pyrronibus philosophis quædam, deq; Academicis  
strictim notata, deq; inter eos differentia. Caput V.  
Quod mulieres Romæ per Herculem non iurauerint,  
neq; uiri per Castorem. Caput VI.  
Verbis antiquissimis, relictisq;, & desitis minime uten-  
dum. Caput VII.  
Quid senserit, dixeritq; M. Cato de Albino, qui homo  
Romanus græca oratione res Romanas, uenia sibi an-  
te eius linguæ imperitiæ petita, cõposuit. Cap. VIII.  
Historia de legatis Mileti, & Demosthene rhetore in li-  
bris Critolai reperta. Caput IX.  
Quod C. Gracchus in oratione sua, historiam supra-  
scriptam Demadi rhetori, non Demostheni attribuit,  
uerbaq; ipsius C. Gracchi relata. Caput X.  
Verba P. Nigridij, quibus differre dicit mentiri, & men-  
daciũ dicere. Caput XI.  
Quod Chrysippus philosophus omne uerbũ ambiguum  
dubiumq; esse dicit, Diodorus contra nullum uerbum  
ambiguum esse putat. Caput XII.  
Quid T. Castiritius, de uerbis, deq; sententia quadam  
C. Gracchi existimauerit, quodq; esse eam sine ullo  
sensus emolumento docuerit. Caput XIII.  
Sobria, & pulcherrima Romuli Regis responsio circa ui-  
ni usum. Caput XIIIII.  
De ludibundo, & errabundo, atq; id genus uerborum  
productionibus, & quod Laberius sic amorabun-  
dam dixit, ut dicitur ludibunda, & errabunda,  
atq; inibi quod Sisenna per huiusmodi uerbũ noua



figura usus est.

Caput XV.

Quod graecorum quorundam uerborum difficillima est in latinam linguam mutatio, uelut quod graece dicitur πολυπραγμοσύνη.

Caput XVI.

Quid significat in ueteribus praetorum edictis, quod flumina retanda publice redempta habent.

Caput

XVII.

Qua poena Draco Atheniensis in legibus, quas populo Atheniensi scripsit, fures affecerit. Et qua postea Solon, Et qua item Xuirum nostri, qui XII. tabulas scripserunt. atque inibi adscriptum, quod apud Aegyptios furta licita, Et permissa sunt, apud Lacedaemonios aut cum studio quoque affectata, Et pro exercitio utili celebrata, ac praeterea M. Catonis de puniendis furtis digna memoria sententia. Cap. XVIII.

#### CAPITA DVODECIMI LIBRI.

d Issertatio Phauorini philosophi, qua suasisit nobili foeminae, ut liberos, quos peperisset, non nutricum adhibitarum, sed suo sibi lacte aleret.

Caput I.

Quod Anneus Seneca iudicans de Q. Ennio, de quo M. Tullio, leui, futilique iudicio fuit.

Cap. II.

Lictoris uocabulum qua ratione conceptum ortumque sit, Et super eo diuersae sententiae Valgi Rufi, Et Tullij Cic. liberti acceptae.

Caput III.

Ex Q. Ennii septimo annalium uersus, quibus depingitur finiturque ingenium, comitasque hominis minoris et

- ga amicum superiorem.* Caput IIII.  
**Sermo** Tauri philosophi de modo, atq; ratione tolerandi  
 doloris secundum stoicorum decreta. Cap. V.  
**Quod** graeci enigma dicunt, latini antiqui scirpos ap-  
 pellauerunt. Caput VI.  
**Qua** ob causam Cn. Dolabella proconsul ream mulie-  
 rem ueneficij, confitentemq; ad Areopagitas reiece-  
 rit. Caput VII.  
**Reditiones** in gratiam nobilium uirorum memoratu di-  
 gnae. Caput VIII.  
**Quae** dicantur uocabula ancipitia, & quod honoris quoq;  
 uocabulum ancipiti sententia fuerit.  
 Caput IX.  
**Quod** aeditimus uerbum latinum sit. Caput X.  
**Errare** istos, qui spe, & fiducia latendi peccent, cum late-  
 bra peccati perpetua nulla sit, & super ea re Pere-  
 grini philosophi sermo ex Sophoclis poetae sententia.  
 Caput XI.  
**Faceta** responsio M. Cice. amolientis a se crimen manife-  
 sti mendacij. Caput XII.  
**Intra** Calendas cum dicitur quid significet, utrum an-  
 te Calendas, an Calendis, an utrunq;. Atq; inibi  
 quid sit in oratione M. Tullij intra oceanum, & in-  
 tra montem Taurum, & in quadam epistola intra  
 modum. Caput XIII.  
**Saltem** particula qua uim habeat, & quam originem.  
 Caput XIII.  
**Quod** Sisenna in libris historiarum, aduerbijs huiusce-  
 modi saepenumero usus est, caelatim, uellicatim, saltua-

tim.

Caput XV

CAPITA TERTIIDECI-  
MI LIBRI.

Inquisitio uerborum istorum M. Tullij cu-  
riosior, quæ fuit in primo Antonianarum  
libro, multa autem impendere uidentur præ-  
ter naturam etiam, præterq; fatum, tractatumq; an  
idem duo ista significans, fatum, atq; naturam, an di-  
uersum.

Caput I.

Super poetarum Pacuuij, & Accij colloquio familiari  
in oppido Tarentino.

Caput II.

An uocabula hæc necessitudo, & necessitas differenti st-  
gnificatione sint.

Caput III.

Olympiadis Alexandri matris comis, ac prudens ad  
filium rescriptio.

Caput IIII.

De Aristotele, & Theophrasto, & Menedemo philoso-  
phis, deq; eleganti uerecundia Aristotelis successo-  
rem Diatribæ suæ eligentis.

Caput V.

Quid ueteres latini dixerunt, quas græci *προσωδίας*  
appellam: & item quod uocabulum barbarissimè non  
usurpauerint neq; Romani antiquiores, neq; Attici.

Caput

VI.

Diuersum de natura leonum dixisse Homerum in car-  
minibus, & Herodotum in historijs.

Cap. VII.

Quod Afranius poeta prudenter, & lepide sapien-  
tiam filiam esse usus, & memoriæ dixit.

Caput

VIII.

Quid Tullius Tiro in commentarijs scripserit de sucu-

lis, & hyadibus, quæ sunt stellarum uocabula.

Caput

IX.

Quod sororis *ἑρμιον* dixerit Labeo Antistius, & quod fratris Nigidius.

Caput X.

Quem M. Varro iustum, aptumq; esse numerum conuiuarum existimauit, ac de mensis secundis, & de bellarijs.

Caput XI.

Tribunos plebis prehensionem habere, uocationem non habere.

Caput XII.

Quod in libris humanarum M. Varronis scriptum est ædiles, & quæstores Po. Ro. in ius à privato ad prætorem uocari posse.

Caput XIII.

Verba ex libro Messalæ auguris, quibus docet qui sine minores magistratus. Et consulem prætoremq; collegas esse, & quædam alia de auspicijs.

Cap. XIII.

Humanitatem non id significare, quod uulgus putat, sed eo uocabulo qui synceriter locuti sunt, magis proprie esse usus.

Caput XV.

Quid apud M. Catonem significant uerba hæc, inter os, & offam.

Cap. XVI.

Platonem tribuere Euripidi Sophoclis uersum. Et inueniri uersus uerbis ijsdem, aut paucis syllabis immutatis apud diuersos poetas temporibus uarijs natos.

Caput

XVII.

De genere, atq; nominibus familie portie.

Caput

XVIII.

Quod a scriptoribus elegantissimis maior ratio habitæ sit sonitus uocum, atq; uerborum iucundioris, quæ à græcis *ἁρμονία* dicitur, quæ regulæ, & disciplinæ, quæ

- que a grammaticis reperta est. Caput XIX.  
 Verba T. Castritij rhetoris ad discipulos adolescentes de  
 uestitu, atq; calciatu non decoro. Caput XX.  
 Comprecationes que ritu Romano fiunt dijs, expositæ  
 sunt in libris sacerdotum, inter quas Marti Nerienum  
 tribuunt, & quid Neriene, seu Nerio nomen impor-  
 tet. Caput XXI.  
 M. Catonis consularis, & censorij pulcherrima expro-  
 bratio contra philosophantes nomine, & non re.  
 Caput XXII.  
 Quæsitum, tractatumq; quid sint manubiæ, atq; ini-  
 bi dicta quædam de ratione utendi uerbis pluribus  
 idem significantibus. Caput XXIII.  
 Verba P. Nigridij, quibus dicit in nomine Valeri in ca-  
 su uocandi primam syllabam aciendam esse. & item  
 alia ex eiusdem uerbis ad rectam scripturam per-  
 tinentia. Caput XXIII.  
 De uersibus, quos Virgilius sectatus uidetur Homeri, ac  
 Parthenij. Caput XXV.  
 De sententia Panætij philosophi, quam scripsit in li-  
 bro de officijs secundo. qua hortatur, ut homines ad  
 cauendas iniurias in omni loco intenti, paratiq; sint.  
 Caput XXVI.  
 Quod Quadrigarius cum multis mortalibus dixit.  
 An quid, & quantum differret si dixisset cum mul-  
 tis hominibus. Caput XXVII.  
 Non haftenus esse faciem, qua uulgo dicitur.  
 Caput XXVIII.  
 Quid sit in satyra M. Varronis caninum prandium.

CAPITA QUARTIDECI-  
MI LIBRI.

- d *Issertatio Phauorini philosophi aduersus  
eos, qui Chaldaei appellantur, & ex caetu,  
motibusq; syderum, & stellarum fata se  
hominum dicturos pollicentur. Caput I.*  
*Quemadmodum differuit Phauorinus consultus a me  
super officio iudicis. Caput II.*  
*An æmuli infensiq; inter sese fuerint Xenophon, & Pla-  
to. Caput III.*  
*Quod apte Chrysippus, & graphice imaginem Iusti-  
tiae modulis, coloribusq; uerborum depinxit.  
Caput IIII.*  
*Is, atq; contentio grammaticorum Romæ illustrium e-  
narrata super casu uocatio uocabuli, quod est egre-  
gius. Caput V.*  
*Cuiusmodi sint quæ speciem doctrinarum habeant, sed  
neq; delectent, neq; utilia sint, atq; inibi de uocabulis  
singularum urbium, regionumq; immutatis.  
Caput VI.*  
*Quod M. Varro Cn. Pompeio consuli primum desy-  
gnato commentarium dedit, quem appellauit ipse isa-  
gogicum de officio senatus habendi. Caput VII.*  
*Quæsitum esse, dissensumq;, an præfectus latinarum  
causa creatus, ius senatus conuocandi, consulendiq;  
habeat. Caput VIII.*  
 Capita

CAPITA QVINTIDECI-  
MI LIBRI.

¶ *Q*uod in *Q*. Claudij annalibus scriptum est  
lignum alumine oblitum non ardere.

Caput

I.

¶ *Q*uod Plato in libris, quos de legibus cō-  
posuit, largiores, lætioresq; in conuiujs inuitatiun-  
culas uini non inutiles esse existimauerit. Cap. II.

¶ *Q*uid M. Cicero de particula ista senserit, scripseritq;  
quæ præposita est uerbis *ausugio*, & *aufero*, & an  
in uerbo *autumo* eadem ista hæc præpositio esse uide-  
ri debeat.

Caput III.

¶ Historia de Ventidio Basso ignobili homine, quem pri-  
mum de Parthis triumphasse memoriæ traditum est.

Caput

IIII.

¶ Verbum *profligo* a plerisque dici improprie, insciteq;.

Caput

V.

¶ In libro M. Ciceronis de gloria secundo manifestum  
erratum in ea parte, in qua scriptum est super He-  
ctore, & Aiace.

Caput VI.

¶ Observatum esse in senibus, quod annum fere ætatis ter-  
tium & sexagesimum agant, aut laboribus, aut in-  
teritu, aut clade aliqua insignitum. Atq; inibi su-  
per eadem obseruatione exemplum appositum. Epi-  
stole diui Augusti ad Caium filium. Cap. VII.

¶ Locus ex oratione Phauorini ueteris oratoris de cœna-  
rum, atq; luxuriæ exprobratione, qua usus est, cum  
legem liciniam de sumptu minuendo suasset.

¶ 2

- Caput VIII.  
 Quod Cæcilius poeta frontem genere uirili non poetice, sed cum probatione, & cum analogia appellauit.
- Caput IX.  
 De uoluntario, & admirando interitu uirginum milesiarum.
- Caput X.  
 Verba sena. consul. de exigendis urbe Roma philosophis. Item uerba edicti censorum, quo improbat, & coëroti sunt, qui disciplinam rhetoricam instituerent, & exercere Romæ coeperant.
- Caput XI.  
 Locus ex oratione Cracchi de parsimonia, ac de pudicitia sua memoratissimus.
- Caput XII.  
 De uerbis inopinatis, quæ utroq; uersum dicuntur, & à grammaticis communia uocantur.
- Caput XIII.  
 Quod Metellus Numidicus figuram orationis nonam ex orationibus græcis mutuatus est.
- Caput XIII.  
 Passis uelis, & passis manibus dixisse ueteres non à uerbo suo, quod est patior, sed ab alieno, quod est pando.
- Caput XV.  
 De nouo genere interitus Crotoniensis Milonis.
- Caput XVI.  
 Quam ob causam nobiles pueri Atheniensium tibijs canere desierint, cum patrium istum morem canendi haberent.
- Caput XVII.  
 Quod pugna belli civilis uictoriaq; C. Cæsaris, quam uicit in pharsalijs campis, nuntiata prædictaq; est per cuiuspiam Cornelij sacerdotis uaticinium eodem ipso die in Italia Patanij.
- Caput XVIII.  
 Verba M. Varronis memoria digna, ex satyra, quæ inscribitur



scribitur περὶ ἰσομύτων.

Cap. XIX.

Notata quædã de Euripidis poetæ genere, uita, moribus,  
deq; eiusdem sine uita.

Caput XX.

Quod a poetis Iouis filij prudentissimi humanissimiq;  
Neptuni autem inhumanissimi, & ferocissimi tra-  
duntur.

Caput XXI.

Historia de Sertorio duce, deq; astu eius, commentitijsq;  
simulamentis, quibus ad barbaros milites continendos,  
conaliandosq; sibi utebatur,

Caput XXII.

De ætatibus historicorum nobilium Hællæni, Herod. &  
Thucydidi.

Caput XXIII.

Quid Vulcatius Sedigitus in libro, quem de poetis scripsit,  
de comicis latinis iudicauit.

Cap. XXIII.

De uerbis quibusdam nouis, quæ in Cn. Matij mimi am-  
bis offenderamus.

Caput XXV.

Quibus uerbis Aristoteles philosophus definiuerit syl-  
logismum, eiusq; definitionis interpretamentum uerbis  
latinis factum.

Caput XXVI.

Quid sint comitia calata, quid curiata, quid centuriata,  
quid tributa, quid concilium, atque inibi quædam eius-  
modi.

Caput XXVII.

Quod errauit Cor. Nepos, cum scripsit Ciceronem tres  
& uiginti annos natum causam pro Sex. Roscio di-  
xisse.

Caput XXVIII.

Quali figura orationis, & quæ noua L. Piso annaliũ scri-  
ptor usus sit.

Caput XXIX.

Vehiculum, quod petorritum appellatur, cuiatis lingue  
uocabulum sit græcæ, an gallicæ.

Caput XXX.

Quæ uerba legauerint Rhodij ad hostium ducem De-

metrium, cum ab eo obsiderentur super illa inclytā  
Hyalisi imagine, Caput XXXI.

CAPITA DECIMISEXTI  
LIBRI.

- ¶ Erba Musonij philosophi græcā digna atq;  
utilia audiri, observariq; eiusdem utilitatis  
sententia a M. Catone multis ante annis Nu-  
mantie ad equites dicta. Caput I.  
Cuiusmodi sit lex apud dialecticos perconctandi, differen-  
diq; & quæ sit eius legis reprehensio. Caput II.  
Quanam ratione efficit dixerit Erasistratus medicus, si  
cibus forte deerit, ut tolerari aliquantisper inedia pos-  
sit, & tolerari fames. Verbaq; ipsa Erasistrati super  
ea re scripta. Caput III.  
Quo ritu, quibusq; uerbis fœcialis Po. Ro. bellum indi-  
cere solitus sit ijs, quibus Po Ro. bellum fieri iussit.  
Et item in quæ uerba conceptum fuerit iusurandum  
de furtis militaribus sancientis, & uti milites scripti  
intra prædictum diem in loco certo frequētaret, cau-  
sis quibusdam exceptis propter quas id iusurandum  
remitti æquum esset. Caput IIII.  
Vestibulum quid significet, deq; eius uocabuli ratio-  
nibus. Caput V.  
Hostiæ quæ dicuntur bidentes, quid sint, & quā ob cau-  
sam ita appellatæ sunt, superq; ea re P. Nigidij, &  
Iulij Higini sententiæ. Caput VI.  
Quod Laberius uerba pleraq; licentius, petulantiusq;  
finxit, &

finxit, & quod multis item uerbis utitur, de quibus  
an sint latina quæri solet. Caput VII.

Quid significet, & quid à nostris appellatum sit quod  
ἀξιωμα dialectici dicunt. Et quedam alia, quæ pri-  
ma in disciplina dialecticæ traduntur. Cap. VIII.

Quid significet uerbum in libris ueterum creberrime po-  
situm susq; deq;. Caput IX.

Quid sine proletarij, quid capitecensi, quid item sit in  
XII tabulis assiduus, & quæ eius uocabuli ratio sit.  
Caput X.

Historia ex Herodoti libris sumpta de Psyllorum interi-  
tu, qui in Syrribus Africanis colebant. Caput XI.

De ijs uocabulis, quæ Cloacius Verrius aut satis commo-  
de, aut nimis absurde, & illepide ad origines lingue  
græcæ redegit. Caput XII.

Quid sit municipium, & quid à colonia differat, &  
quid sint municipes, quæq; sit eius uocabuli ratio ac pro-  
prietas, atq; inibi, quod diuus Adrianus in senatu  
de iure atq; uocabulo municipum uerba fecit.

Caput XIII.

Quod M. Cato differre dixit properare & festinare.  
& quod incommode Verrius Flaccus uerbum, quod est fe-  
stinat interpretatus sit. Caput XIII.

Quid Theophrastus murum de perdicibus scriptum reli-  
querit. Et quid Theopompus de leporibus.

Caput XV.

Agrippas à partus ægri & improspere uitio appella-  
tos, deq; ijs deabus, quæ uocantur Prosa, & Postuertæ.

Caput XVI.

Quæ ratio uocabuli sit agri uaticani. Cap. XVII.  
Lepida quædam memoratu, & cognitu de parte gome-  
ria, quæ ὀμίον appellatur. Et item alia, quæ με-  
ποίν, & tertia itidem, quæ dicitur καροίν.

Caput

XVIII.

Sumpta ex historia Herodoti libro primo super fidici-  
ne Arione.

Caput XIX.

CAPITA DECIMISEPTI-  
MI LIBRI.

Quod Gallus Asinius, & Larius Licinius sen-  
tentia Marci Ciceronis reprehenderunt ex  
oratione, quam dixit pro M. Cælio. & quid  
aduersus homines stolidissimos pro eadem sententia  
uere dignèq; dici possit. Cap. I.

Verba quædam ex Q. Clau. annalium primo cursim in  
legendo notata. Cap. II.

Verba Marci Varronis ex libro quinto & uicesimo hu-  
manarum, quibus contra opinionem uulgariam inter-  
pretatus est Homeri uersum. Caput III.

Quid Menander poeta Philemoni poetæ dixerit, a quo  
sæpe indigne in certaminibus comædiarum supera-  
tus est. & quæ sæpissime Euripides in tragœdia ab igno-  
bilibus poetis uictus est. Caput IIII.

Nequaquam esse uerum, quod minutis quibusdam rheto-  
ricæ artificibus uideatur M. Cicer. in libro, quem de  
amicitia scripsit uitioso argumento usum ἀμυγροβου-  
του μίτρον. totumq; id consideratius tractatum, ex-  
ploratumq;.

ploratumq;

Caput V.

Falsum esse, quod Verrius Flaccus in librorum II. quos de obscuris M. Catonis composuit, de seruo receptio scriptum reliquit.

Caput VI.

Verba hæc ex Atinia lege quod subreptum erit, eius rei æterna auctoritas esto, P. Nigidio, & Q. Scaeuo. Le uisa esse non minus de præterito furto, quam de futuro cauisse.

Caput VII.

In sermonibus apud mensam Tauri philosophi queri, agitariq; eiusmodi solita. Cur oleum sæpe & facile, uina rarius congelascant, acetum haud ferè unquam. Et cur aquæ flumiuorum, fontiumq; durentur, mare gelu non duretur.

Caput VIII.

De notis literarum, quæ in C. Cæsa. epistolis reperiuntur, deq; alijs clandestinis literis ex ueteri historia petitis, & quid στυγία sit laconica.

Caput

IX.

Quid de uersibus Virgilij Phauorinus existimauit, quibus in describenda flagrantia montis Actæ Pindarum poetam secutus est, collataq; ab eo super eadē re utriusq; carmina & dijudicata.

Caput

X.

Quod Plutarchus in libris Symposiacis opinionem Platonis de habitu, atq; natura stomachi fistulæq; eius, quæ παχία dicitur aduersum Erasistratum medicum tutatus est, auctoritate adhibita antiqui medici Hippocratis.

Caput XI.

De materijs infamibus, quas greci ἀδόξους appellant, a Phauorino exercendi gratia disputatis.

Caput

XII.

Quin particula quot, qualesq; uarietates significationis habeat, & quàm sepe in ueterum scriptis obscura sit.

Cap. XIII.

Sententiæ ex Publij mîmis selectæ lepidiores.

Caput

XIIII.

Quod Carneades Academicus helleboro stomachũ purgavit, scripturus aduersus Zenonis stoici decreta, deq; natura, medelaq; hellebori candidi, & nigri.

Caput

XV.

Anates ponticas uim habere ueneris detegendis potentem, atq; inibi de Mithridatis regis in id genus medicinali solertia.

Caput XVI.

Mithridatem Ponti regem duarum & uiginti gentium linguis locutum. Quisq; Ennium tria corda habere sese dixisse, quod tres linguas percullisset, Græcam, Oscam, Latinam.

Caput XVII.

Quod M. Varro C. Sallustum historiæ scriptorem deprehensum ab Anio Milone in adulterio scribit & loris cæsum, pecuniâq; data dimissum.

Caput

XVIII.

Quid Epictetus philosophus dicere solitus sit hominibus nequam & impuris disciplinas philosophiæ studiose tractantibus, & quæ duo uerba obseruanda præceperit omnium rerum longe salubria.

Caput

XIX.

Ex symposio Platonis sumpta uerba numeris coagmentisq; uerborum scite, modulateq;, & apte exercendi gratia in latinam orationem uersa.

Caput XX.

Quibus temporibus post Romam conditam graeci Ro-  
maniq; illustres uiri floruerint, ante secundum bel-  
lum Carthaginiensium. Caput XXI.

CAPITA DECIMIOCTAVI  
LIBRI.

- d Isputationes a philosopho stoico et contra a  
peripatetico arbitro Phauorino factae, quasi  
tumq; inter eos, quantum in perficienda ui-  
ta beata uirtus ualeret, quantumq; esset, in ijs, quae  
dicuntur extranea. Caput I.
- Cuiusmodi questionum certaminibus saturnalia ludi-  
cra Athenis agitari soliti sumus, atque inibi inspersa  
quaedam sophismata et aenigmata oblectatoria.  
Caput II.
- Quid Aeschines rhetor in oratione, qua Thimarchum  
de impudicitia accusauit, Lacedaemonios statuisse dixe-  
rit super sententia probatissima, quam improbatissi-  
mus homo dixisset. Caput III.
- Quod sul. Apol. praedicantem quendam a sese uno Sal-  
lustij historias intelligi, illudit questione proposita,  
quid uerba ista apud Sall. significarent, perincertum  
stolidior an uanior. Cap. IIII.
- Quod Q. Ennius in VII. annali quadrupes eques ac  
non quadrupes equus, ut legunt multi, scriptum reli-  
quit. Caput V.
- Quod Helius Melissus in libro titulum fecit de loquendi

proprietate, quem cum ederet, cornu esse copiae dicebat, rem scripsit neque dictu, neque auditu dignam, cum differre matronam et matrem familias existimauit differentia longe uanissima. Cap. VI.

Quae in modum Phauorinus tractauerit intempestuum quendam de uerborum ambiguitatibus quaerentem. atque ibi quot significationes capiat conuo.

Caput

VII.

Ὅμοιότατα, καὶ ὁμοιόμωτα, atque alia id genus, quae ornamenta orationis putantur, inepta esse, et puerilia Lucilij quoque uersibus declarari. Cap. VIII.

Quid significet apud M. Catonem uerbum insecenda quodque insecenda potius legendum sit, quam quod plerique existimant insequenda. Caput IX.

Errare istos, qui in exploranda febris pulsus uenarum pertentari putant, non arteriarum. Cap. X.

Verba ex carminibus Furij Antiatii inscite a Celsellio uindice reprehensa, uersusque ipsi, in quibus ea uerba sunt, subscripti. Cap. XI.

Morem istum ueteribus nostris, fuisse uerba patiendi mutare, ac uertere in agendi modum.

Caput

XII.

Quali talione Diogenes philosophus usus sit, pertentatus a dialectico quodam sophismatico impudenti.

Caput

XIII.

Quid sit numerus hemiolios, quid epitritos, et quod uocabula ista non facile nostri ausi sunt uertere in linguam latinam. Cap. XIII.

Quod M. Varro in herois uersibus obseruauerit rem



*nimis anxie, & curiose obseruationis. Cap. XV.*

CAPITA DECIMINONI LIBRI.

Esponsio cuiusdam philosophi interrogati,  
quam ob causam maris tempestate pallue-  
rat.

Caput I.

Ex quinque corporis sensibus duos esse cum belluis ma-  
xime communes.

Caput II.

Quod turpius est, frigide laudari, quam acerbius ui-  
tuperari.

Caput III.

Quamobrem uenter repentino timore effluat, quare e-  
tiam ignis urinam laceffat.

Caput IIII.

Ex Aristotelis libris sumptum, quod niuis aqua potui  
pessima sit: & quod ex niue chrySTALLUS concrea-  
tur.

Caput V.

Quod pudor sanguinem ab extra diffundit, timor ue-  
ro contrahit.

Caput VI.

Quid sit obesum, nonnullaque alia prisca uocabula.

Caput

VII.

Questio an arena, caelum, triticum, pluralia inuenian-  
tur, atque inibi de Quadrigis, inimicijs, nonnullis  
praeterca uocabulis, an singulari numero compe-  
riantur.

Caput VIII.

Antonij Iuliani in conuiuio ad quosdam graecos lepi-  
dissima responsio.

Caput IX.

Verba haec praeter propter in usu uulgi prodita etiam  
Ennij fuisse.

Caput X.

Ponit uersus Platonis amatorios, quos admodum iuuenis

lusit, dum tragœdijs contendit. Caput XI.  
Dissertatio Herodis Attici super vi, & natura doloris,  
suaq; opinionis affirmatio per exemplum indocti  
rustici, qui cum rubis fructiferas arbores præcidit.

Caput XII.  
Quos pumiliones dicimus, græce *κόκκους* appellari.

Caput XIII.  
Contemporaneos fuisse Cesari, & Ciceroni M. Varro-  
nem, & P. Nigidium ætatis suæ doctissimos Roma-  
nos. Caput XIII.

## CAPITA VIGESIMI LIBRI.

d Isceptatio Sex. Cæcilij iuriconsulti, & Pha-  
uorini philosophi de legibus duodecim ta-  
bularum. Caput I.

Vocabulum siticinum in M. Catonis oratione, quid si-  
gnificet, & quam ob causam L. Accius poeta in gram-  
maticis sicinistas nebuloso nomine esse dixerit.

Caput II.  
Artificum scenicorum studium, amoremq; inhonestum,  
probrosunq; esse, & super ea re uerba Aristotelis  
philosophi adscripta. Caput III.

Exempla epistolarum Alexandri Regis, & Aristote-  
lis philosophi, ita uti sunt edita. Caput IIII.

Quæsitum, atq; tractatum, utrum sit rectius dicere, ha-  
beo curam uestri, an uestrum. Caput V.

Quàm diuersæ græcorum sententiæ super numero

Niobæ filiorum.

Caput VI.

De ijs, quæ habere *συμπάθειαν* uidentur cum luna au-  
gescente, & senescente.

Caput VII.

Qualibus uerbis delectari solitus sit Antonius Iulia-  
nus positus in *mimiambis*, scripsit de innocentia  
sua, cum ita dicitur, nunquam uestimenta a populo  
posci.

Caput VIII.

Quid uocabulum *itire manu confertim* significet.

Caput

IX.

Quid sit *sculnæ* uerbum positum apud M. Varronem.

Caput

X.

Faint, illegible handwriting at the top of the page, possibly a header or title.

Main body of faint, illegible handwriting, appearing to be several lines of text.

Quoniam in hisce Atticis noctibus graecae dictiones multae, et uersus, ac loci complures graeci erant: ea omnia latina seorsum hic subnectenda curauimus: quando Gellius ipse graece tantum citarat: nec latina fecerat. Consulimus autem cum ipsi Gellio, quem integrum, impollutumq; esse uoluimus: tum etiam studio sis omnibus: quando et emendati complures loci sunt: qui uitiati admodum erant.

### Quae in quaternione

Ἐπίθεσι ψυχῶν καὶ σωμάτων ἀνθρώποις περὶ ἀφύιας καὶ ἀρετῆν διαφορά,

Quanta sit animorum corporumq; inter homines differentia quo ad ingenium, uirtutemq;, κερτῶν τὰς σκαζέσας θεωρίας.

Laqueorum speculationes claudicantes.

ἀκώλυτος. ἀνευβίασος. ἀπαρεμποδιστος. ἐλεύθερος. ἄπορος. ἄδαιμων.

Solutus, inuiolatus, minime implicatus, liber, diues, felix εἰ πέμοι περὶ ἀγαθῶν. καὶ κακῶν ἀκέραις.

Ἰλιόθεν μερέρων ἀνεμος κινῶνται πέλασιν.

τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐστὶν ἀγαθὰ. τὰ δὲ κακὰ. τὰ δὲ ἀδιάφορα. ἀγαθὸν μὲν ἔν ἀρετῇ. κακὰ δὲ, τὰ μετέχοντα κακίας. ἀδιάφορα δὲ, τὰ μεταξὺ τῶν. πῆτος. συζυγία. ζώη. θάνατος. ἡδονή. πόνος. πόθεν οἶδ' αὖ, ὅπως ἑλλάνικος λέγει ἐν τοῖς ἀγυπιακοῖς. τί γὰρ διαφέρει τὸ εἶπεν ἢ ὅτι διογένης ἐν τῇ ἡθικῇ. ἢ χρύσιππος. ἢ κλεάνθης. βεβασιάνης ἐν αὐτῷ, καὶ δῶγμα σαυτὲ πεποίησαι. δείκνυε

πῶς εἴωθα ἐν πλοίῳ χειμαζέσθαι. μέμνησαι ταύτης  
τῆς διαρρέσεως ὅταν φοβῆσθαι τὸ ἴσθιον. καὶ ἀνακραυγῆσθαι,  
εἰ σοὶ τίς ἔτα πῶς παρασθεὶς εἶπεν, λέγε μοι οὐδ' ἀπρώην  
ἔλεγε. μὴ κακία ἐστὶ τὸ ναυαγῆσαι, μὴ τῆς κακίας μετέ-  
χον; ἢ καὶ ἄρα ξύλον ἐσείσεις. αὐτὸ τί ἤμῃν. καὶ σοὶ ἀνθρώ-  
ποι. ἀπολύμεθα. καὶ σὺ ἐλθὼν παύσεις. εἰ δέ σε ὁ καὶ σαρ  
μεταπέμψεται κατηγοροῦ μένον;

De bonis cedo, & malis, audis'ne illud?

Ad Ciconas Troia referens me uentus adegit.

Rerum quaedam bona, quaedam mala, quaedam in-  
differentia sunt. Bona sane uirtutes: quæ uitij partici-  
pant, mala. Indifferentia uero, illa, quæ horum inter-  
media sunt, opes, coniugium, uita, mors, uoluptas, la-  
bor: unde nosti, inquit? Sic Hellanicus in Aegyptia-  
cis tradit. Quid enim magis refert ita dicam, an Dio-  
genem in moralibus, Chrysippum uel, aut Cleantem?  
Hoc itaq; exquisiisti, decretumq; fecisti tuum. Expo-  
ne quonam modo tempestatem in nauis feras, nunquid  
eius distinctionis memineris: ubi instrepit, ac stridet  
uelum? & reclamabis si quis te ita alloquatur, repe-  
te age tu ea, quæ modo dicebas: num sit uitium nauifra-  
gium facere? num particeps uitij sit, an non contra  
istum baculum moueas? heus homo, quid tecum ti-  
bi? nos perimus, & ipse accedens ludis. Cæsar quoq;  
si te delatum acersuerit, quid agas?

εἰ δὲ βοηθεῖν τῷ φίλῳ παρὰ τὸ δίκαιον. καὶ μέχρι πό-  
σε καὶ πόσα.

Nunquid oporteat contra iustitiam amico subuenire?

& qua fini, & in cuiusmodi?

δεῖ μὲ συμπράττειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι θεῶν.

Opus est

Opus est me amicis opitulari, sed usq; ad Deos.  
οὐκ οἶδ' εἶπε τὸ τῶ γένει, τιμιώτερον ἢ δὴ, καὶ ὅτι ἔν' αὖ  
ἢ μέρος τὸ τῶ πρὸς τὸ πλείον θατέρῳ συγκρινόμενον  
ἀρετόν ἔσαι. λέγω δ' οἶον, οὐ καὶ χρύσιον τιμιώτερον  
χαλκῷ; καὶ πλείον τοῦ χρυσοῦ πρὸς τὸ πλείον χαλ-  
κοῦ μέγεθος ἀντιπαράβαλλόμενον πλεον δόξει; ἄλλο  
ποιήσει τινὰ ῥοπήν καὶ τὸ πλῆθος καὶ τὸ μέγεθος.

Haec satis novi, siquid in hoc genere sit nobilium, et  
an quaecumq; pars ad quantamcumq; alterius partem  
comparata eligenda magis sit. Verbi gratia, hoc mo-  
do, ut et nobilium aere aurum sit et auri pars quaeli-  
bet portionis cuiuslibet aeris cōparatione, sit pluris, ne  
rū nō nihil discriminis cū numerus, iū magnitudo est.  
ἢ καὶ μέντι χάρις παρὰ τοῖς ἀνθρώποις τῶ- (ficiet.  
τῶ ἐστὶν ὕψους ἀκριβείας ἐκδιδόντι.

Quae gratia apud homines vocatur: hoc quidem est  
iuris diligentioris loco, et tempore immunitio.

περὶ ψυχῆς

De anima

Χείλων ὁ παλαιὸς ἀνέσασ τινὸς λέγοντος. μηδένα ἔχει  
ἔχθρον, ἢ ῥώπουν εἰ καὶ μηδένα φίλον ἔχει, νομίζων  
ἐξ ἀνάγκης ἐπακολουθεῖν καὶ συνεπάγεσθαι φιλίαν καὶ ἀ-  
πειχθείαν.

Chilo senior, cum quempiam dicentem audisset, nul-  
lum se inimicum habere: an nullum etiam amicum  
haberet, interrogavit, amicitias, inimicitiasq; inuicem  
consequi, coniungiq; necesse esse arbitratus.

κόμψη χαλκίς, καὶ μαλακοὶ χιτωνίσκοι.

Elegans uestis, et molles tuniculae.

ἀμύσος, ἀγροδίαιτος, ἀπρόδοτος.

Inelegans, agrestis, inaccessus.

ποιήσιν, ἔσειθαι, λέξεν, Futurum, dicturum  
 εὐφωγία Voculatio  
 ἐπιμελεία τῶν λέξεων  
 Vocabulorum delectui diligenti.

Quæ in quaternione 6

ὕπαντος ἀνδρός εἰς κόρινθον ἕθ' ὄπλῶς.  
 Non viri cuiusq; est Corinthum petere.  
 μυριάς δραχμῶν ἢ τάλαντον  
 Decem drachmarum millia, vel talentum  
 ἢ κ' ὠνύμας μυρίων δραχμῶν μεταμίλειαι.  
 Non emo millibus decem drachmarum poenitentiam  
 ἐφυσιογνωμόνει.

Per naturæ indicia pensiculabat.  
 ἀκυστικοί. Auditores.  
 ἰχευμβία, Tacturnitas.  
 μαθηματικοί Disciplinis uacantes.  
 μαθήματα Disciplinas.  
 φυσικοί. Naturales.

ἀθιώρητοι, ἀμυσοί, ἀγνωμίητοι.  
 A contemplatione geometrica penitus alieni.  
 κοινόβιον. Contubernium.

καὶ μετὰ ταῦτα ἡ ξύνοδος ἦν ἀργεῖοι μὲν, καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐντόνως. καὶ ὁρμῇ χωρῶντες. λακεδαίμονιοι δὲ βραδείως καὶ ὑπὸ αὐλοῖς. αὐλιτῶν πολλῶν νόμῳ ἐγματοπώτων. ἢ τὸ θεοῦ χάριν. ἀλλ' ἵνα ὁμαλῶς μετὰ ῥυθμῷ βαίνοντες προσέλθοιν. καὶ μὴ διασπαθεῖν αὐτοῖς ἢ τάξεις ὁπερφιλοῖ τὰ μεγάλα στρατόπεδα ἐν ταῖς προσέδοις ποιεῖν.

Post hæc



Post hæc congressum est. Argui quidem, socijsq; acriter, ac cum impetu adorientes. Lacedæmonij contra sub tiliarum præcentione pleno agmine maturantes non adeo diuinæ rei gratia, uerum ut æquabili, numerosoq; sensim ingressu conuenientes pugnam atpescerent: nec suos ordines distrahi sinerent, qd̄ semper amplissimas copias agere, ubi congregandum est, decet.

οἶδ' ἄρ' ἴσαν σιγῇ μίνα πνεύοντες ἄχαιοι  
ἐν θυμῷ μεμαῶτες ἀλεξέμενα ἀλλήλοισιν.

Ast ibant taciti spirantes robur Achivi

Inq; uicem auxilium cupida sibi mente ferebant:

διὰ τὴν ἐπειδὴν πολεμεῖν μέλλωσι, πρὸς αὐτὸν ἐμβά-  
τῳσιν; ἵνα τὸς δευτέρους ἀχημονούοντας γινώσκωσιν.

Quamobrem ubi commissuri prælium sine, ad tibiæ  
modulos congregiantur? ut timidos minus honeste ἀ-  
καθῆκοντα

Officia

(gentes iudicēt:

ἀλλ' ὅτε δὴ ὄπατε μεγάλην ἐκ σῆθεος ἴει  
τένον ἐμὸν ποῖον σὲ ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων.

Ast ubi iam magnam fudit de pectore uocem,

Dentis claustra tui uox qualis nata reliquit?

ἀμετροεπῆ ἀκροτόμυθον. Loquētē sine iudicio ὅ μοι  
ἀνοσμα

Incompta

(do

ἀμετροεπῆ ἐκολῶα.

Supra modum loquitans conturbabat.

ἀλλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν.

Blatterare optimus, dicere ineptissimus.

γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος

φειδωλῆς πνέσει δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἴσους.

Optimus est homini linguæ thesaurus, ὅ ἴσους

Gratia quae parcis mensurat singula uerbis.

ὃ λέγειν δεινός, ἀλλὰ σιγᾶν ἀδύνατος,

Non idoneus ad dicendum, sed ad tacendum impositus

ἀχαλιῶν σομάτων, ἀνόμυτε ἀρροσύνας τὸ τέλος δυστυχία.

Effrenioris, & ex legis demerentiae, extremum infelicitas occupat.

ἄνθρωπον ἀγριωπὸν αὐθάδ' ὄσμον,

ἔχοντα ἀχάλινον ἀφρατὶς ἀπύλωτον,

σῶμα περὶ λάλητον κομπορακελορήμονα,

Hominem adesti ferocia, ore temerario, effrenato,

prodigo, perulanti loquacem, futilem, & fusum per

uerborum congeriem, ac fastum.

Quae in quaternione e

ἀπλατὶς

Longitudo illatibilis

βιωφελῆ.

Vitae utilia

ἀκυρωτέρω

Minus proprio

ἐκ χειρίαν

Manibus temperationem.

ἐκ χειρίαν

Inducias

τύπους

Formas

ὑπογραφαί,

Descriptiones

ὀρισμὸς

Definitiones

περὶ ἀοργησίας

De non irascendo uel irascibilitate

ἀοργησίαν καὶ ἀναληψίαν.

Intrascenciam, & indolentiam

ἀνάληπτον καὶ ἀναισθητον.

Hebetem,

Hebetem, ac stupentem

πολλάκις

Sæpenumero

ἔξ ἡλίου εἰς ἡλίον ἐστὶν ἀσραβέστερος τῶν πρέμνων.

De sole ad solem erectior stupitibus arborum steterat.

Quæ in quaternione d

ὁ χθὺν ἴρον,

Piscesm pauperem

πολλάκι καὶ μωρὸς ἀνὴρ μάλα κάρριον εἶπε.

Sæpe et stultus uir ualde opportunum dixit

ἦν δὲ μάντις ἀμύμων.

Fari inculpabilis arripes

τῶν οὐκ ἄκοντε πετέσθην.

Illi haud inuiti uolarunt

ἐνθ' οὐκ ἂν ὑβρίζοντα ἴδοις ἀγαμέμνονα δῖον.

οὐδὲ καταπύλλον τ' οὐδ' οὐκ ἐθέλοντα μάχεσθαι.

Tūc neq; cernere erat torpentē Agamemnona dīum.

Nec pauidum, nec nolentem decernere ferro

ἄρος τὲ ἀλγούντος ὑπεξάρσις.

Hæc est definitio doloris detractio

κατὰ,

Secundum

ἐρήσειν,

Privationem

ἀδιάφορα,

Indifferentia

ὑγιὲς νόμιμον διεζουγμένον

Sanum legitimum disjunctum

ὁ θάνατος ἔδεν πρὸς ἡμᾶς. τὸ γὰρ διαλυθὲν ἀναίσθητῆ.

τὸ δὲ ἀναίσθητῆν ἔδεν πρὸς ἡμᾶς.

Mors nihil ad nos, nam dissolutum non sentit. quod

autem non sentit nihil ad nos

ὁ θάνατος ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις  
 Mors animæ, & corporis dissolutio  
 ὁ θάνατος ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις, τὸ δὲ διαλυθῆναι  
 ἀνακαθητεῖ. τὸ δὲ ἀνακαθητεῦν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς.  
 Mors animæ, corporisq; est dissolutio, dissolutum au-  
 tem non sentit: quod uero non sentit, nihil ad nos.  
 Ἔρος τὸ μέγιστον τῶν ἡδονῶν. ἢ παντὸς τῶ ἀλλοῦντος ὑπερ-  
 ξαίρεισι.

Definitio magnitudinis uoluptatum, omnis doloris  
 sublatio.

παντὸς τῶ ἀλλοῦντος, Omnis dolētis,  
 παντὸς τῶ ἀλλοῦντος

Omnis rei anxia, & tristis.

αἰξίσις τερτί. Dictiones obseruas.

Quæ in quaternione e

συνάρεσι Coagmentatione  
 δῦλος ἐπιήκτος γενόμεν. καὶ σώματι πηρὸς,  
 καὶ πενίην ἔρος. καὶ φίλος ἀθανάτοις.

Seruus Epictetus fueram, qui corpore mancus,  
 Pauperie pressus carus eram superis.

παρὰδείσους	Hortos
μελιαιῶνες,	Apiaria, mellariaq;
ἀμπελιῶνες,	Vineas
λαφνῶνες	Laureta
ἰσονύκτιος,	Aequinoctialis
σημερινὸς,	Aequidialis
θερινὰ προπαῖ, καὶ χειμερινὰ.	
Aestiva solstitia, & hyberna	

ἰτυμολογικῶς

ἔτυμολογικοί

Rationem originis uerbi interpretando indagantes.

ἔω ρέων.

Ab oriente sole fluens.

ἀεθρηγενέτην

Serenitatem facientem.

ἀπὸ τῆς βοῆς.

Ἐ boatu

αὐτὸν δ' αὖρος τ' ἔπεισε ζέφυρός τε νότος τε δυσάης

καὶ βορέης ἀεθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων

Cumq; Euro incubuit Zephyrusq; notusq; furentes,

Sudificusq; simul Boreas mala plurima uolvens.

κακὰ ἐφ' ἑαυτὸν ἔλκων ὡς ὁ κακίᾳ νέφος.

Mala ad sese attrahens, ut Cæcias nubes.

ἀκρόασις ἐπιδεικτική.

Auscultatio sese ostentans.

ἐπ' ἀμροτέρων ἴν' ἐπίκληρος ἢ μέλλει καλυδῆσι

κατεργάσασα μέγα, καὶ περιβόητον ἔργον

ἐκ τῆς οἰκίᾳ ἐξέβαλε τὴν λυτῶσαν, ἣν βύλετο.

ἴν' ἐπιβλέπωσι πάντες εἰς τὸ κρεωβύλης πρόσωπον.

ἢ γ' ἀγνωστος εἶχέμε γυνὴ δέσποινά.

καὶ τὴν ὄφιν ὧν ἐκτίσαστο ὄνος ἐν πιθήκοις

τί τὸ λεγόμενόν ἐστι δὴ τῆτο σιωπᾶν βύλομαι.

τὴν νύκτα τὴν πολλῶν κακῶν ἀρχηγόν.

οἱμοι κρεωβύλην λαβεῖν ἐμέ. καὶ δέκα τάλαντα,

γύνακον ἕσα πιχέως. εἴτ' ἐστὶ τὸ φρύαγμα.

εἴπως ἀνυπόστατον. διὰ τὸν ὀλύμπιον.

καὶ ἀθηνᾶν ὑδαμῶς παιδιχάριον θεραπευτικὸν δε

λόγ. τάχιον. ἀπαγέθω δέ τις ἢ ἀρ' ἀντεισαγάγοι.

In autem utranq; quando quidem dotata est: cibet.

Re confecta magnifica, Et negotio inclyto,

Domo illam exturbat, cui male uolui maxime.

Vt omnes in Creobulæ faciem oculos conuerterent;

Tum me cunctis notum ut faceret uxor heræ,  
Meoq; demoraretur in uultu, asinus inter simlas  
fierem,

Quod autem hoc dictum? tacere uolo.  
Noctem mali authorem plurimi.

Me miserum: qui Cleobulam duxi, & talenta decem  
Nanam mulierculam, cubitalem, cuius superbia

A deo intolerabilis est. Iouem olympium

Et Mineruam testor non ancillulam potius officiosam,  
dicto citius

Præsto hanc quispiam abigat quæso: at illam re-  
ferat.

ἔχω δ' ἐπὶ κληρὸν λαμίαν ἢ κ' εἴρηξ' σοι.  
τὸτ' ἔχει κυρίαν τῆς οἰκίας. καὶ τῶν ἀγρῶν.  
καὶ πάντων ἀντ' ἐκείνης ἔχομεν ἀπ' ὅλων χαλεπῶν.  
καλεπώτατον ἅπασιν δ' ἀργαλέα ἐστὶν ἢ κ' ἐμοὶ μόνῳ,  
ἢ ἢ πολὺ μᾶλλον θυγατρὶ. πρᾶγμα.  
ἀμαχὸν λέγεις οὐ οἶδα.

Lamiam hæreditariam duxi, quod non dixerã tibi!  
Tum uero domus, atq; agrorum heram.

Vniuersorumq; illius loco, heu quàm miserum &  
grauē!

Difficillimum immo. At omnibus molesta est, non  
soli mihi,

Filio multo magis filiaq; prouinciam

Inexpugnabilem dicis certo scdo.

ὦ τοῖς κερδοδαίμων ὅς τις ὦν πένης γαμῆ.  
καὶ παιδοποιεῖ. ὡς ἀλόγιστος ἐς' ἀνὴρ.  
ὅς μήτε φυλακὴν τῶν ἀναγκάων ἔχει.  
εἰ μὴτ' ἀνατεχνίση εἰς τὰ κοινὰ τῶ βίῃ.

ἔπαμφιεσθαι δύναται τὸ το χρημασίῃ,  
ἀλλ' ἐν ἀνακτακύνῃ καὶ ταλαιπώρῃ βίῃ,  
χρημαζόμενος ζητῶν μὲν ἀνιάρῳ δ' ἔφων τὸ μέρω,  
ἀπάντων ἀγαθῶν ἔδυναμένος.

Ἐπὲρ γὰρ ἐνὸς ἀλεζῶν ἀπαντὰς τυθετῶ.

*Quam extreme infelix quisquis in egestate uxorem ducit*

*Et querit liberos, heu quantum est insciens sui.*

*Quiq; neq; necessarium studium rerum gerit:*

*Nisi quantum aliquid iugiter in uita deterat.*

*Neq; (licet res cogat) tectum praeberere quit sibi:*

*Sed inops domo in erumna uita trahit,*

*Hyemem tolerans male, miseriae omnis socius:*

*Bonorumq; uniuersorum infor, ac carens*

*Unum equidem cum opprobrians, cunctos monitos uolo.*

### *Quae in quaternione* **f**

ἀναλογία.

Proportionem

ἀνωμαλίαν.

Inaequalitatem

ἀνωμαλία.

Inaequalitas

ξανθὸς δὲ καὶ πυρρὸς καὶ ἰρυσρὸς καὶ φοινικουῖς.

*Fluuus autem, & ruber, & rubidus, & fuluus,*  
*& puniceus.*

καὶ νίκη ἐπ' ἀρετῇ ἀμρῆριον ἔθηκεσ.

*Et uirtute tua facta est uictoria nutans.*

ἑώρων δὲ αὐτὸν Φίλιππον πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ ἀγὼν, ὑπὲρ  
ἀρχῆς, καὶ δυναθείας, τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὴν  
αλεῖν κρτιαρότα, τὴν χεῖρα, τὸ σκέλος πεπηρωμένον.

πάν ἔτι ἂν βυλιθῆ μέρος ἢ τύχη τῶ σώματος παρελθῆ  
θαι τὸ το προιέμενον, ὡς τε τὸ λοιπὸν μετὰ τιμῆς καὶ δόξ  
ξης ζῆν.

Videbam etiam ipsum Philippum quo cum artemus,  
pro imperio principatusq; oculo effessum, humero fra-  
ctum, manu, crurēq; oblaesum, omne deniq; corpo-  
ris membrum, quod fortuna auferre uoluisset, id ul-  
tro offerentem, ut de cætero uitam cum honore, et  
gloria ageret.

πάν ὅτι ἂν βυλιθῆ μέρος ἢ τύχη τῶ σώματος παρελθῆ  
θαι τὸ το προιέμενον.

Omne deniq; corporis membrum, quod fortuna au-  
ferre uoluisset: id ultro offerentem, ut de cætero uitā  
cum honore, et gloria ageret.

ἔνθα τότος πόντος λυδῶνα εἰς λάαν ὠθεῖ

Auster ubi insanas urget sub saxa procellas.

καὶ βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κύμα κυλίνδων.

Sudificusq; altos Aquilo rotat impete fluctus.

λάαν ὠθεῖ.

Lapidem propellit.

λάαν ἄνω ὠθεῖ.

Lapidem sursum propellit.

### Quæ in quaternione

g

ἑβδομάδα

Septimanam

πλειάδα

Pleiadas

πόλους

Polos

αφικώτα

Pertusa

τὴν διὰ τεσσάρων συμφωνίαν,

Per quaternariam consonantiam



ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν ὀμήρου.  
σμύρνα. ῥόδος. κολοφών. σαλαμίν. Ἴος. ἄργος. ἀθήναι.  
Septem urbes certant de stirpe insignis Homeri  
Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Ius, Argos,  
Athene.

τὴν περὶ ὄροπα δίκην  
De oropo causam dicentem.

Quæ in quaternione 6

περὶ τροφῆς. De alimento  
πόσος ὁ τῆς τῶν ἀνθρώπων κυήσεως χρόνος.  
Quantum est hominum gestationis tempus  
γυνὴ κυεῖ δεκάμηνος.

Mulier decimesiris parit.

περὶ τροφῆς, De alimento.  
ἔστι δὲ καὶ ἢ ἔστιν ὀκτώμηνος γένεσις.

Est autem, ἢ non est octimesiris partus.

ἔστι μὲν φαινόμενα ὡς ζῶα μετὰ τὴν ἐκτροσιν, ἢ καὶ ἔστ  
δὲ ὡς θνήσκοντα μετὰ ταῦτα. καὶ ἔστιν οὖν φαντασίᾳ  
μὲν παραυτίκα ὄντα. δύσάμει δὲ ἢ ἔστι.

Apparent quidem ueluti animalia post abortum: sed  
nequaquam sunt. quippe statim uita excedant. itaqz  
esse quidem tantisper imaginantur: sed potentia non  
sunt.

ὁ δίαίμα. Vlissea  
ὄνοι λύρας, Asini ad lyram.  
κατ' ἀριστοτέλη Secundum Aristotelem.

χαῖρε νῦν φιλόπαι, περιπλομένε δ' ἐνιαυτῷ  
τέξεις ἀλλὰ τέκνα, ἐπεὶ οὐκ ἀποφώλιοι εὐναεῖ  
ἀθανάτων.

Nunc gaude dilecta: ast cum se euoluerit annus  
Illustres (neq; enim diuim cibilia uana)  
Natos nixa dabis

περιπλωμένῃ ἐνιαυτῷ, Voluente anno  
γίνεται δὲ ἐν τούτοις καὶ πλείω. καὶ ἐλάω. καὶ ὄλου  
κατὰ μέρος. καὶ εἰπομεν δὲ καὶ πλείω πλεόνων. καὶ ἐ-  
λάω ἐλασόνων.

In hisce uero Ἔ plura fiunt, Ἔ pauciora, Ἔ ex to-  
to, Ἔ per partes. Dicimus etiam plura pluribus, Ἔ  
pauciora paucioribus.

τίμων Timon

σίλλος Sillus

τίμωνος Timonis

καὶ σὺ πλάτων καὶ γὰρ σε μαθητὴν ὀπόθος ἔχει.  
πολλῶν δ' ἀργυρίων ὀλίγην ἠλλαξασ βίβλον.  
ὄθεν ἀπαρχόμενος γράφειν ἐδιδάχθης.

Τύχῃ Plato. Nam discipulum te dira cupido.  
Abstulit. exiguum redimis grandi aere libellum,  
Scribere per quem orsus praedoctus abinde fuisti.

ἱπποκύνων Equi catella

περὶ ἰωδού De edentulo

Quae in quaternione i

πάλλαξ, Concubina

ἢ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βελοῦσαντι κακίση.

Consultum male consulti pessima res est.

καὶ κυάμων ἀπὸ χεῖρας ἔχει ἀνιώντων ἔδαθαι.  
ἢ γὰρ πυθαγόρας ὡς ἐκέλευε λέγει.

A fabuloq; manus tristante amouit edentes.

Ἦος, ut Pythagoras iusserat, ipse loquitur.

Πυθαγόρας δὲ τῶν ὀσπρίων μάλιστα τὸν κνᾶμον ἰσοκίμασε λίαν κινήτικόν τε γὰρ εἶναι, καὶ διαφορητικόν.

διὸ καὶ μάλιστα κέχρηται αὐτῷ.

Cum dicat Pythagoras in leguminibus fabam præcipue approbavit. motum enim maximo excitat, & alium ciet, quomobrem ea maxime utitur.

δειλοὶ πάνδειλοι κνᾶμων ἀπὸ χεῖρας ἐλέσθαι.

Ἄη miseri a' cyamo miseri subducite dexteras.

εἰς τὸ κνεῖν δεινοί. καὶ αἴτιοι τοῦ κνεῖν.

In ferendo utero kalidi causaq; uteri ferendi.

ἀριστέλης δὲ, μήτρας. καὶ καρδίας, καὶ ἀκρυφῆς.

καὶ τοῖσ' τῶν ἄλλων ἀπέχεσθαι φησι τῶν πυθαγορικών.

χρῆσθαι δὲ τοῖς ἄλλοις ἀκρυφῆ.

Aristoteles a' uulva, corde & marina urtica, atq; id genus quibusdam alijs abstinere Pythagoricos dicit, cæterorum autem usum habuisse.

περὶ λοιμῶν ἢ λογικῶν κενῶν.

De pestibus, aut rationalium regula.

δυσχερὲς, χαλεπὸν. Difficile, & arduum.

### Quæ in quaternione K

τὸν ἡπῶ λόγον κρείττω ποιεῖν.

Causam inferiorem superiorem efficere.

ὦ ἄνθρωπε μὴ κτεῖνε κροίσον.

Neus homo ne occide Cræsum.

### Quæ in quaternione I

ἀντιστρέφοντα,

Reciprocum.

ἢτοι καλὴν ἔξεις ἢ αἰσχράν, καὶ εἰ καλὴν, ἔξεις κοινὴν·  
εἰ δὲ αἰσχράν, ἔξεις ποινὴν· ἐκότερον δὲ οὐκ ἀγαθόν, ὅ-  
λυπτόν ἄρα.

*Aut pulchram duces, aut deformem. Si pulchram,  
habebis communem, sin turpem habebis pœnam, neu-  
trum autem bonum. non est igitur ducenda uxor.*

εἰ γὰρ καλὴν ἔξω, οὐχ ἔξω ποινὴν, εἰ δὲ αἰσχράν, οὐχ  
ἔξω κοινὴν, γαμήτιον ἄρα.

*Si formosam ducam, non habeo pœnam, sin deformati-  
onem habeo communem. ducenda igitur uxor.*

ἀντίστροφον, *Reciprocum*

πρότασις. *Propositio*

ἢτοι καλὴν ἔξεις, ἢ αἰσχράν,

*Aut pulchram duces, aut turpem*

κοινὴν. *Communis*

ποινὴν. *Pœna*

σεριτικὸν μόριον *Privantem particulam*

ἄσωματον, *Incorporeum.*

τὸ δρώμενον ἢ πάχον σῶμα ἐστ.

*Aut efficiens, aut patiens corpus est.*

τὸ ποιητὴν διαστατόν.

*Triplici dimensione distans.*

ὅχ ἄλλῶς πληγὴ αἰέρος ἐστὶν ἢ φωνή. πλὴν ἄρα γὰρ τὸν αἰέ-  
ρα καὶ δάκτυλος παραγόμενος. καὶ ὁ δέ πω ποιεῖ φω-  
σὴν. ἀλλ' ἢ πόση πληγὴ. καὶ σφόδρα. καὶ τόση δὲ ὡς τε  
ἀκουσὴν γενέσθαι.

*Non simpliciter plaga aeris uox est, nam digitus con-  
tractus quoq; aerem percutit: non ita tamen uocem fa-  
cit. sed quanta plaga, & uehemens, & tanta, ut au-  
dibilis fiat.*

ῥομαλοῦων	Flumen verborum
ἑφιμερίς	Diarium
βάρβαρον,	Barbarum
σολοῖνον	Solacium

*Quæ in quaternione m*

εἰ τῶν ἀνθρώπων νόσοι κατὰ φύσιν γίνονται.

An hominum morbi secundum naturam proveniant  
κατὰ παρακολούθησιν.

Per sequelam

περὶ προνοίας

De providentia

ἑμαρμένιν,

Fatum

φυσικὴν σύνταξιν τῶν ὄλων ἐξ αἰτίας τῶν ἐτέρων τοῖς  
ἐτέροις ἐπακολουθῆντων καὶ μετὰ πολὺ μᾶλλον ἢ ἀπαρα-  
βίτη ὕψους τῆς τοιαύτης συμπλοκῆς.

Naturalem quendam ordinem omnium rerum, et  
aeterno alijs ad alia consequentibus, et incommuta-  
bili manente eiusmodi complicatione.

ὑπὸ τῶν πυθαγορείων οὕτως εἶρηται.

γνώσει δ' ἀνθρώπος αὐθαίρετα πῆμαθ' ἐλόντας

ὡς τῶν βλαβῶν ἐκείσοις παρ' αὐτοῖς γινομένων, καὶ καθ'  
ὄρμην αὐτῶν ἀμαρτανόντων τὲ καὶ βλαπτομένων, καὶ  
κατὰ τὴν αὐτῶν διάνοιαν καὶ πρόθεσιν.

Quamobrem a Pythagoreis sic dicitur

Nosces homines spontaneas haurire calamitates

Quasi detrimenta singulis a seipsis fiant, et suo im-  
petu delinquant, et in incommoda ruant sua, et ex  
sua electione et intentione.

ὡς πόποι οἶον δ' ἄνυ θεοῦ βροτοὶ αἰτιοῦνται.

νον οὐκ ἔστι μὴ πλεόνων δεῖσθαι, οἷς γὰρ ἔχω προσδοκῶ  
μένος ἀφελῶν ὧν ἔχω, ἀρῆμαι οἷς ἔχω.

Enimvero qui decem millibus, & quindecim milli-  
bus uestimentorum eget, is quo minus indigeat fie-  
ri non potest: cum enim plus quam habeam, egeo,  
detrahens ex ijs, quæ habeo, acquiesco.

βάλλει καὶ μάλλοισι τὸν αἰπόλον ἀκλειάριστα  
τὰς αἶγας παρελῶντα καὶ ἀδύτι ποπυλιάσσει.

Me petit pomus capratium Clearistæ filia  
Capras propellentem, & suauē qd canit, insuſurrat

Illud hoc loco notandum, char. 124. post uersum  
τὰς αἶγας παρελῶντα, addendum esse,

Μαλο με Galathea petit lasciuia puella,  
Et fugit ad salices, & se cupit ante uideri.

Illud quoq; alio in loco animaduertimus caute omis-  
sum, quod est in græco uersu dulcissimum.

τίτυρε μὴν τὸ κελὸν περιλαμίνε βόσκει τὰς αἶγας.  
καὶ ποτὶ τὰν κρήναν αἶγε τίτυρε, καὶ τὸν ἐνόρχαν,  
τὸν λιβηκὸν κνάνηνα φυλάσσει, μὴ τυκορυφῆ.

Pasce adamate mihi pulchre heus Tituyre capras  
& potum ad fontes age Tituyre: sed coleatum

Hunc asinum, uisum q: caue, ne corymba uibret.  
αἶν ἄρτεμις εἶσι κατ' ἕριος ἰοχέαιρα.

ἢ κατὰ πνύγετον περιμήκετον ἢ ἔρυμανθον.

τερπομένην κῆπροισι καὶ ὠκείαις ἐλάφοισι  
τῆ δὲ θ' ἄμα νύμφαι κῆραι διὸς αἰγιόχοιο  
ἀγρόνομαι παλῆσσι, γέγηθε δέτε φρένα λιτῶ.

πασάων δ' ὕπερ ἢ γεχθρη ἔχει. ἠδὲ μέτωπα.  
ρεῖα δ' ἀρίγνωτι πέλεται. καλλὰ δὲ τε πᾶσαι.

ὡς ἦν

ὡς ἢ ἄμριπόλοισι μετέπρεπε παρθένος ἁδμῆς.  
Montibus it qualis studiosa Diana pharetræ  
Aut per Taygeti spatiosa iuga, aut Erymanthi  
Et nunc gessit apro, nunc cervo diua uolucris.  
Stant circum nymphæ agrætas Ioue cœlite natæ  
Inq; agris ludunt: Latone pectora gaudent.  
Fronte dea ante omnes ceruice prominet alta:  
Et pulchras omnes inter clarissima fulgat.  
Talibus in famulis uirgo intemcrata decebat.  
ζέγυθε δὲ τε φρένα λιτώ.

Latone pectora gaudent  
φρένα δ' ἀριγνώτη πέλεται κελαῖ δέ τε πᾶσαι.  
Pulchras omnes inter clarissima fulget.  
- παρθενηνὴν ζώνην, καὶ λέκτροιο θεομόν.  
- καὶ ἔργα φιλοτήσια.

τὸν μὲν ἄρ' ἐν πρήτοισι κατάνασατ' ἐν λεχέεσσιν,  
Virgineum soluit castum, legemq; cubilis  
Et minus amoris.

Inq; toris illi sculptis cepere soporem.

Quæ in quaternione γ  
ἄπορον dubium

τρίτον καὶ τέταρτον

Tertium, ἔ quartum

τὴν εἰσω θάλασσαν internum mare

Quæ in quaternione s

ἀνατομὰς

dissectiones

σπεῖδὲ βραδέως

festina tarde

ἀρχύτας ταραντίνος φιλόσοφος ἅμα καὶ μηχανικός ὢν

ριβεβηκότα μέχρι διακοσίων ἀνήγε σταδίων. ἔξεχετο  
 δ' ἄρα ἢ ῥώμη. καὶ πᾶσα ἢ ἰταλία θεάσασθαι ἰχθῦν νι-  
 χόμενον ὑπὸ ἔρωτος.

Et quidem nos uidimus apud Puteolos delphinum  
 amantem mire puerum inclamatum à puero acari:  
 Quinctiam adnatans dorso puerum admittebat: ita  
 ut pinnae aculeos, uelut uagina conderet, ne dile-  
 ctum sibi corpus laceraret: receptumq; equitis modo  
 insidentem per magnam æquor per ducenta stadia de-  
 ferret. Roma igitur, omnisq; Italia consuebat: ut pi-  
 scem amoris causa uectorem pueri spectaret.

ἄσωτος,	Prodigum,
ἢ ἀκόλαστον,	Vel libidinosum,
ἢ ἀχρεῖον,	Vel inutilem,
ἢ ἀχρηστον,	Vel inutilem,
ἢ κτηνώροστον,	Vel improbum,
ἢ μικρόν	Vel scelestum:
χειριδωτοῖς,	Tunicatis
χειριδωτοῦς	Tunicatas
χαρκτηραῖς	Formas
ἄδρον, ἰχθῶν, μέσον.	
Sublime, tenue, medium.	

Quæ in quaternione P

περὶ ἐδισμάτων De edulijis  
 ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι πλὴν δεῖν μόνον  
 δημήτερος ἀκτῆς. πώματος, θ' ὕδροχόου  
 ἄτινα παρέστι καὶ πέφυχ' ἡμᾶς πρόσθε  
 ὧν οὐκ ἀπαρκεῖ πλησμονὴ τροφῆ δέ ται  
 ἄλλων ἐδιστῶν μηχαναῖς θηρώμεθα.

Nos quid



Nos quid mortalibus sit usus præter duo illa modo  
Cereris munus, & aquæ poculum? quæ adsunt, ac  
nos queunt alere, quorum saties nunquam est: luxus  
autem sunt cæterarum epularum indagines.

ἢ δ' ἑτέρη θέρη προρέει εἰ κῆρα χαλάζει

ἢ χιόνι ψυχῆ ἐξ ὕδατος κρυπαλλῶ,

Grandinis est similis, ruit æstate altera, uel iam

Prægelidis niuibus, aut glaciei humore coactæ

λάαν ἄνω ὠθεῖν ἔσκε ποτὶ λόφον.

Saxum sursum impellebat ad cumulum

ἐμποδῶν ἔχεν,

Incurrere aliquid

ἐμποδῶν ποιῆσαι.

Auertere, atq; depellere

εἰς ἄρτους

In panes

ἀξίος οὖν ἐστὶν ἀργυρίου.

Dignus igitur est argento.

Quæ in quaternione

¶

ἀνηήκοος

Qui non audierit

ἀνθρωποφάγους

Carne humana uescentes

σαρκὸς ἀσάβητος κατὰ θεῖον.

Corporis constantem habitum

μανεῖν μάλλον, ἢ ἠθελεῖν.

Insanirem potius quàm oblectarer

ἢ δονῆς τέλος πόρνῆς δόγμα. ἀπέσω πορνεία ὅδεν πόρ-

νῆς δόγμα.

Voluptatis finis meretricis decretum est. tolle ueneré,

nullum meretricis erit decretum.

τὸν γὰρ μυρίων καὶ πεντακισχιλίων χλαμύδων δόγμα

S 3

ἐξ ἡμῶν γὰρ φασὶ κακὰ ἔμμεναι, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ  
 σφῆσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μέρων, ἀλλ' ἔχουσιν.  
 Hei mihi quid damnant mortales numina caeli,  
 Esse aiunt etenim per nos mala, cum tamen ipsis  
 Ve vixi praeter fatum sint mente dolores.  
 οἷς παῖδες οἱ γέροντες. Bis fueri senes  
 τύχη δ' οἰωνοῖσι ταυπερύχασι κελεύεις  
 πείθεσθαι, τῶν ὅτι μετατρέπομαι οὐδ' ἀλιγίζω.  
 me tu praepetibus patre uolueribus ipsum  
 Mandas: quas equidem tempe ᾄς, animo ᾄς, recusō.  
 πολυῖστωρ                      Multiscius

Quae in quaternione      η

τὴν ἐξαίρουσ φύσιν      Repentinam naturam  
 παρμετίδης                  Parmenides  
 τὸ γὰρ ἐξαίρουσ τοῖδόντι ἔοικε σημάζειν ὡς ἐξ ἐκεί-  
 νου μεταβάλλον εἰς ἕτερον.  
 Repente enim tale uidetur quippiam significare, qđ  
 in alterum transeat.

πραγμάματα.	Bellaria
υπεσίαι	Commonitio
υβλάσις,	Animaduersio scilicet, & punitio
πραίνεσις	Monitio
τιμωρία	Poenam
παράδειγμα	Exemplum

προσήκει δὲ παντὶ τῷ οὐδὲ τιμορουμένῳ ὑπ' ἄλλου ὁρ-  
 θῶσ τιμωρῆ μέντ βελτίων γίνεσθαι καὶ ὀνίλασθαι, ἢ πα-  
 ράδειγμα ἄλλοις γίνεσθαι ἵνα ἄλλοι οἱ ὁρῶντες παχόντα  
 φοβουμένοι βελτίους γίνωνται.

Id est autem conueniens, ut qui plectitur ab alio re-  
 ste puniente

este puniente melior fiat, & utilitatem capiat: aut  
exemplo cæteris sit: quo uidentes alij male affectum  
præ metu reddantur meliores.

παριτὸμαι

Deprecor, excuso.

ἀναγώνως,

Duxiter

εἰ γὰρ σε ἔμελλεν, ὡς σὺ φῶς κτείνειν πόσις.

ἢ κῆρ σὲ μέλλειν, ὡς χρόνος παρῆν δῆθεν.

Nam si te occisurus erat, ut tu ais, maritus, te

quoq; occisurum esse oportuit: ut quando tempus  
interponeretur.

### Quæ in quaternione

αἰσθήσεις,

Sensus

ὄψιν,

Visum

ἀκοὴν,

Auditum

γεύσιν,

Gustum

ἀφῆν,

Tactum

ὄσφρησιν

Odoratum

περὶ μνήμης

De memoria

τὴν δὲ ἀφῆν, κῆρ τὴν γεύσιν πάντα ἔχει, πλὴν ἐπὶ τῶν  
ἀτελεῶν ζώων.

Tactum uero & gustum omnia habent præter ani=  
mantium imperfecta.

κῆρ αὐτὸς δ' ἔστιν εἶδεν περὶ δικαιοσύνην ἀληθῆρα ἐρωτή=  
τα παιδός, κῆρ πρὸς παιδικὴν ἐπισημειωμένη φωνήν. ἀ=  
τὰρ οὖν κῆρ προσνηχώμενος δ' ἰχθύς, ἀνεδέχετο σὸν  
παῖδα ἐπὶ τῶν νώτων. κῆρ τὰς ἀκάνθας περιπέλαων ἰ=  
να μὴ τὸν ποθοῦμενον χῶτα ἀμύξει. κῆρ ἰππιδόν περ

ἵποιστε περιστράν. ξυλίνην πῆτομένην, ἥ τις ἔποτε κτ-  
θήσκειν ἔτι ἄνίστατο μέχρι γὰρ τούτου.

Architas Tarentinus philosophus pariter et mecha-  
nicus uir columbam ligneam fecit uolantem, quae se-  
minquam subsedisset, praeterca non exurgibat. haec  
Cicero in epistola ad Atticum.

σὺ δὲ μὴ λέγε ὡς γέροντες ἔτω πολλάνεις, ἀλλ' ἔχ ὡς  
προσῆκει γένεσθαι. ἔτι γὰρ ἔτι πρότερον μὴ κτὰ τοὺς νό-  
μους ἵποράχθῃ. ἔδὲ τοῦτο ἐμιμήσω. διὰ τοῦτο ἀπο-  
φύγοις ἂν δικάως. ἀλλὰ πολλῶ μᾶλλον ἀλίσκεο. ὡς  
περ γὰρ εἴτις ἑάλω. σὺ ταῦτα οὐκ ἂν ἔγραψας οὕτως ἂν  
σὺ νῦν ἄλλως, ἄλλος οὐ γράφει.

Verū ne dicas sic esse actum serpenimero: sed hoc fieri  
sic dicere. non enim siquid aliquando contra leges  
actum iam est: ut quod id fecutus es, propterea iure queas  
evadere: quin immo eo magis iactura in te debeat sta-  
tui: ut enim si prius in aliquem foret animaduersum:  
tu minime haec scriberes: ita si ipse in praesentia punie-  
ris: nequaquam deinceps alius scribet.

φιλοσοφία γὰρ τοι ἐστὶν ὡς σῶκρατες, χάριεν ἄντις αὐ-  
τοῦ μετρίως ἀφῆται ἐν τῇ ἡλικίᾳ. ἐὰν δὲ περαιτέρω  
τοῦ δέοντος ἐνδιαφίη, διαφορὰ τῶν ἀνθρώπων. ἐὰν  
γὰρ καὶ πάνυ εὐρυῆς ἢ καὶ πόρρω τῆς ἡλικίας φιλοσο-  
φῇ, ἀνάγκη πάντων ἀπειροῦ γεγονέναι ἐστίν. ὧν καὶ ἐμ-  
πέρον εἶναι, τὸν μέλλοιτα κελόν, κτῆσθόν καὶ ἀδύκι-  
μον ἔσεται ἄνθρωπος. καὶ γὰρ τῶν νόμων ἀπειροὶ γίνον-  
ται τῶν κτὰ τὴν πόλιν, καὶ τῶν λόγων. οἷς δὲ ἡρώ-  
μενον ὁμιλεῖν ἐν τοῖς συμβολαίοις τοῖς ἀνθρώποις, καὶ  
ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ. καὶ τῶν ἡδονῶν τε, καὶ ἐπιθυμιῶν  
τῶν ἀνθρωπείων, καὶ συλλήβδην τῶν ἡθῶν παντάπα-  
σι ἀπειροὶ

7  
σιν ἀπειροὶ γίνονται. ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἔλθωσιν εἰς τινὰ εἰς  
δύαν ἢ πολιτικὴν πράξιν, κηταγέλαστοι γίνονται. ὡς-  
πέρ γε οἶμαι οἱ πολιτικοὶ ἐπειδὴν αὐτὸ εἰς τὰς ὑμετέρας  
διατριβὰς ἔλθωσι καὶ τοὺς λόγους, κηταγέλαστοί εἰσι.  
συμβαίνει γὰρ τὸ τοῦ οὐριπίδου, λαμπρὸς τε ἐστὶν ἕκασ-  
τος ἐν τούτῳ, καὶ πὶ τούτῳ ἐκείνεται, νέμων τὸ πλείστον  
ἡμέρας τούτῳ μέρως, ἵν' αὐτὸς αὐτῷ τυχερὰν βέλτι-  
στος ᾖν. ὅπου δ' ἂν φαῦλος ἦ, ἐνταῦθεν φύγει, καὶ λοιδορεῖ  
τούτῳ τὸ δεύτερον ἐπαινεῖ σὺνοία τῆ ἑαυτοῦ ἡγου-  
μενος οὕτως αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπεινεῖν. ἀλλ' οἶμαι τὸ ὀρθό-  
τατόν ἐστιν, ἀμφοτέρων μεταχεῖν. φιλοσοφίας μὲν ὅ-  
σον παιδείας χάριν, κηλὸν μετέχειν. καὶ ἐν αἰχρὸν μει-  
ρακίῳ ὄντι φιλοσοφῆν. ἐπειδὴν δὲ ἡδὴ πρεσβύτερος  
ὢν ἄνθρωπος, ἔτι φιλοσοφεῖ, κηταγέλαστον ὡ σὺκράτες  
τὸ κηῖμα γίνεται. καὶ ἔγωγε ὁμοιότατον πάχῳ πρὸς  
τοὺς φιλοσοφοῦντας, ὡς περ πρὸς τοὺς φελλιζομένους  
καὶ παίζοντας. ὅταν μὲν γὰρ παιδίον ἴδω ὃ ἔτι προ-  
σῆκει διαλέγεσθαι οὕτω φελλιζόμενον καὶ παίζον, χαί-  
ρω τε καὶ χαίριέν μοι φαίνεται καὶ ἐλευθέριον, καὶ πρέ-  
πον τῆ τοῦ παιδίου ἡλικίᾳ. ὅταν δὲ σαφῶς διαλεγ-  
μένου παιδαρίου ἀκούσω, πικρὸν τι μοι δοκεῖ κηῖ-  
μα εἶναι, καὶ ἀντὶ μου τὰ ὠτὰ καὶ μοι δοκεῖ δουλοπρε-  
πές τι εἶναι. ὅταν δὲ ἀνδρὸς ἀκούσῃ τις φελλιζόμε-  
του, ἢ παίζοντα ὄρα, κηταγέλαστον φαίνεται καὶ ἀναπ-  
θερον, καὶ πληγῶν ἀξίον. ταυτὸν ὅκου ἔγωγε τοῦτο πά-  
χῳ καὶ πρὸς τοὺς φιλοσοφοῦντας. περὶ νέῳ μὲν γὰρ  
μειρακίῳ ὄρων φιλοσοφίαν, ἀγαμαί, καὶ πρέπεν μοι  
δοκεῖ, καὶ ἡγοῦμαι ἐλευθέρον τινὰ τοῦτον τὸν ἄνθρω-  
πον. τὸν δὲ μὴ φιλοσοφοῦντα ἀνελεύθερον. καὶ οὐδέ πο-  
τε οὐδένοδὸς ἀξιόσποντα ἑαυτὸν, ἔτε κηλοῦ οὔτε γενναίου.

Sed ab inimicis bonorum omnium facultate spoliari  
 necesse sit: & palam quidem infelicem degere. liceat  
 enim, quanquam agrestius, uera dicere: si quis in ge-  
 nam te percusserit: poenas non det. sed heus uir bone  
 mihi obtempera, atq; a redargutionibus istis te abstu-  
 ne, rerumq; elegantiam cole, & eam sane, unde re-  
 cte sentire uideare, alijs missa faciens ista arguta, siue  
 deliramenta, siue nugalia deceat appellare: quibus  
 efficiatur, ut domos inanes habites, atq; sequens non  
 eos, qui exigua ista reprehendunt: sed illos potius a  
 quibus & facultates, & gloria, & bona alia permul-  
 ta possidentur.

Quæ in quaternione

εἰς τετάρτην, καὶ εἰς πέμπτην

In quartam, & quintam

ἰταλοὶ Vituli

κατ' ἀντίφρασιν

Per contrariam dictionem

τὸ δ' ἀξίωμα κ' ἂν κακῶς λέγῃ τὸ σόν.

πεῖσθ' λόγος γὰρ ἐκτ' ἀδοξούντων ἰών.

κ' αὐτῶν δοκούντων, αὐτὸς δ' ταυτὸν δέξει.

Authoritas uero, & si male dicat, tua

Persuadebit. nam ab inexistentis proficiens oratio

Et ab existentis eadē haudquaquam tantundem uacat.

ἀντὶ ἀδοξούντων

Pro eo, quod inexistentis

ἀντὶ δοκούντων

Pro existentis

ἄδοξοι,	Inæstimati sunt
ἀδοξοῦσι.	Existimati sunt
σικεπτικοί	Commentantes
οὐ μᾶλλον οὕτως ἔχει τό δὲ ἢ ἐκείνος ἢ οὐδὲ τέρως	
Hiud magis sic se hoc quàm illo habet modo, aut	
quàm neutro.	
πυρρωνίων πρόπων	
Pyrronicorum modorum.	

Quæ in quaternione 11

σικεπτικοί, ἔρευτικοί, ἀπορητικοί.	
Commentantes, obliquantes, ambigentes.	
τῶν πρὸς τι	Eorum, quæ ad aliquid
ὀψιμαθίαν	Tardidiscantiam
ἐν πωλουμένοις	In uendentibus
ἀπειροκόλος	Ineptus
συνάχην.	Angnam pati
συνάχην	Angnam
ἀργυράχην	Argentangnam
παραγωγὰς	
Deductiones, & derivationes.	
ἐπιβόλως	
Ingeniose, & apte	
περὶ πολυπραγμοσύνης,	De curiositate
πολυφιλίαν,	Multorum amicitiam
πολυπροπίαν,	
Multiplices, ac uarios mores	
πολυσαρκίαν	Corpulentiam
πολυπραγμοσύνην	Curiositatem

uolentia commendat, arbitrans ita sese laudare. Sed  
præstat (sicuti opinor) utriusq; esse participem. Phi-  
losophiæ inquam, quoad illius honestas sinit, discipli-  
næ gratia compotem fieri, neq; turpe habetur adole-  
scentem philosophari: at cum grandis iam natu philo-  
sophatur, ridicula res o' Socrates geritur: atq; equidem  
ita penes philosophantes afficior, ueluti erga balbu-  
tientes, ludentesq;. Cum enim puerulum uideam, cui  
decorum adhuc est, sic lingua balbutientem, ac luden-  
tem, demulceor: resq; mihi quidem festiua, & libera-  
lis uidetur, pueriliq; ætati congruens. Quod si uolu-  
biliter puerulum loquentem audiam, acerba quæpiã  
res mihi oboritur: & aures meæ molesta afficiuntur:  
uideturq; nescio quid esse seruile. At si quis uirum  
audierit balbutientem, aut ludentem uideat: res uide-  
tur & deridenda, & puerilis, & deniq; digna uer-  
beribus. Ita equidem afficior sanè eorum, qui philoso-  
phantur ratione. Vbi enim in adolescente philoso-  
phiam afficio: oblector, exosculorq;, & id mihi uide-  
tur perdecere: ingenuum quoq;, ac liberalem huc esse  
hominem iudico: contrario si non philosophatur, il-  
liberalem, & sese nunquam re ulla dignum, uel ho-  
nesta, uel ingenua arbitrantem. Verum cum seniorẽ  
iam hominem philosophantem adhuc necdum facien-  
tem finem persentio: uerberibus egere cõmodum uir  
ille mihi uidetur. Quod enim modo dixi, id homini  
isti accidit, ut & si sit admodum ingeniosus, uilis,  
atq; abiectus efficiatur: cum mediam ciuitatem fo-  
rumq; defugiat. In quo poeta inquit, uiros excelle-  
re. Abdat se uero, & uitæ reliquum cum adolescen-



tulis tribus, aut quatuor decat, in angulorum aliquo  
commurmurans. ingenium autem quicquam magnum  
dignum haud unquam loquatur. Equidem o' Socra-  
tes pro mea erga te beneuolentia, atq; humanitate ui-  
deri mihi uideor affici in praesentia eodem modo, quo  
Zetus respectu Amphionis, apud Euripidē, cuius mo-  
do mentionem feci. Etenim mihi quoq; eiusmodi quæ-  
dam, tecum ut fabuler, in mentem uenit: qualia cum  
fratre ille, neglectui habes o' Socrates ea, quæ debes  
curare, animiq; naturam tui usque adeo nobilem pue-  
rili quodam ornamento condecoras: nec foro, sena-  
tū ue orationis quicquam recte affers, neq; probabi-  
lem, aut consentientem ullam rationem inuenisti, neq;  
uero pro alijs consilium integrum cepisti. Atqui a-  
mice Socrates, quod egre ne feras uelim, loquor  
enim tua causa summa cum beneuolentia. An tibi non  
turpe uideatur, ita te gerere, ut ego te habere existimo,  
et ceteros, qui ultra iustum pergant philosophari?  
nam si quis te nunc, aut alium eiusmodi quemlibet ad  
atrocem rapiat, iniuriam te quidem intulisse arguēs,  
qui culpa omnino uaces, nosti'ne te minime habiturum  
quonam te pacto tuearis? Sed uertigine uexeris, ac  
consilij inops oscites quid dicas, quid agas. In iudicio  
item suggestum conscendens si improbus admodum,  
ac nequam aduersarius tuus sit: mori de facili queas,  
si te ille capitali deferat crimine. Verum quo nam pa-  
cto Socrates hoc sapientis sit, si qua ars aliquem præ-  
stantem ingenio uirum nacta, deteriore illum effe-  
cerit? qui neq; sibipsi auxilio esse possit, periculisq;  
extremis liberare, neq; se, nec alium quenquam.

πραγματος . ὅταν δὲ δὴ πρεσβύτερον ἴδω ἔτι φιλοσοφούντα καὶ μὴ ἀπαλαττόμενον , πληρῶν μοι δοκεῖ ἢ εἶδον δειδῶναι ὡς σώκρατες αὐτός ὁ ἀνὴρ . ὁ γὰρ εὖν δὴ ἔλεγον ὑπάρχει τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ καὶ πάνυ εὐφυῆς ἢ ἀνδρῶ γενέσθαι φεύγοντι τὰ μέσα τῆς πόλεως , καὶ τὰς ἀγορὰς . ἐν αἷς ἔρη ὁ ποιητὴς τοὺς ἀνδρῶσ ἀριπρεπεῖς γίγνεσθαι . καταδεδυκότι δὲ , τὸν λοιπὸν βίον βιώνει μετὰ μερικήων ἐν γωνία τριῶν ἢ τετάρων , ψιθυρίζοντα . ἐλεύθερον δὲ καὶ μέγα καὶ ἰσχνὸν μὴ δέποτε φθιγγέσθαι . ἐγὼ δὲ ὡς σώκρατες πρὸς σὲ ἐπιεικῶς ἔχω καὶ φιλικῶς . κινδυνεύω οὖν πεπονθῆναι νῦν ὅπερ ὁ ζῆθος πρὸς τὸν ἀμπίστα ὁ εὐριπίδου , εὐπερ ἐμνήσθην . καὶ τὸρ ἐμοὶ τοιαῦτ' ἄλλα ἀπέρχεται πρὸς σὲ λέγει δὶά περ ἐκείνος πρὸς τὸν ἀδελφόν . ὅτι ἀμελεῖς ὡς σώκρατες ὧν δεῖ σε ἐπιμελεῖσθαι . καὶ φύσει φυχῆς ὡς δὲ γενναίαν μερακιώδει τινὲ διαπρέπες μορφώματι . καὶ οὐτ' ἀνδρείης βελήσσει προθεῖ ἀνδρῶως λόγον , οὐτ' εἰκὸς καὶ πιθανὸν ἀνδρῶσ , οὐτ' ὑπὲρ ἄλλων γεννητῶν βέλδουμα βουλεύσαιο . καὶ τοὶ ὡς φίλε σώκρατες , καὶ μοι μηδὲν ἀχθεσθῆς ἀνεία γὰρ ἐρῶ τῆσ ἡ , εὐκ ἀχρὸν δοκεῖ σοι εἶναι οὕτως ἔχεν , ὡς ἐγώσε οἶμαι ἔχεν . καὶ τῆσ ἄλλης τῆσ πόρρω ἀεὶ φιλοσοφίας ἐλαύνοντασ , νῦν γὰρ εἴτισ σὺ λαβόμενος , ἢ ἄλλῃ ὅτιδεν , εἰς τὸ δεισμοτήριον ἀπάγοι , θάσκειων ἀδικεῖν , μηδὲν ἀδικοῦντα . οἶδ' ὅτι ἔν ἂν ἔχοις ὅτι κήσαιο σαυτῷ . ἀλλ' ἰλιγγιώησ ἀνδρῶ καὶ χασμῶσ , ἔκ ἔχων ὁ , τι εἴποισ . καὶ εἰς τὸν δεισμοτήριον ἀναβὰσ κατὰ πόρρω τυχῶν πάνυ φάυλα καὶ μοχθηρῶ , ἀποθανοῖσ ἀνδρῶ βέλδοιτό σοι θανάτῃ τιμάσθαι . καὶ τοὶ πῶσ σοι ἐν τῆσ εἰσιν ὡς σώκρατες , εἴτισ εὐφυῶ λαβῶσα τέχνη φῶτα , ἔθηκε χειρόνα , μήτε αὐτὸν αὐτῷ δυνάμενον βοηθεῖν . μὴ

7  
δὲ παῦσαι ἐν τῶν μεγίστων κινδύων, μὴ τε ἑαυτὸν,  
μὴ τε ἄλλον μηδένα ὑπὸ δὲ τῶν ἐχθρῶν περιουλαῖσθαι  
πᾶσαν τὴν οὐσίαν. ἀτιχῶς δὲ, ἴτιμον (ἦν ἐν τῇ πόλει,  
τόν τε τοῦτον εἶτε καὶ ἀτροικότερον εἰρηῖσθαι. ἔξεστι.  
ἐπὶ κορρητύποντα, μὴ διδέναι δίκην. ἀλλ' ὡς γὰρ  
ἐμοὶ τείκε. παῦσαι δ' ἐλέγχων. πραγμάτων δ' οὐμου-  
σίαν ἄσκη. καὶ ἄσκει ὁ πόδεν δόξεις φρονεῖν, ἄλλοις τὰ  
νομφὰ ταῦτ' ἀφείς, εἶτε λεημάτων καὶ φάναι εἶναι,  
εἶτε φλαυρίαν. ἐξ ὧν κενόσιν ἐγκτοικῆσεις δόμοις. (η-  
δῶν, ὅτι ἐλέγχοντασ ἀνδρασ τὰ μικρὰ ταῦτα, ἀλλ' οἷς  
εἶσι καὶ βίος καὶ δόξα, καὶ ἀλλὰ πολλὰ ἀγαθὰ.

Philosophia sane o' Socrates res est elegans, si modice  
quispiam per aetatem attigerit: at si supra modum tem-  
pus in ea contriuerit: hominum est corruptela: nam  
siquis uel amoxno sit, acriq; ingenio, ultraq; aetatem  
philosophetur: necessum est eum rerum omnium esse  
imperitum, quarum usu calleat oportet quisquis ho-  
nestus, probusq; est futurus. Legum enim ciuiliu pe-  
ritia, et orationis uacat: quibus in actionibus, ac co-  
mercij cum hominibus, tum priuatim, tum publice  
uti conuenit, uoluptatum item, atq; cupiditatum hu-  
manarum, et morum euadunt prorsus insolentes.  
Cum itaq; in ulla quampiam incidunt priuatam,  
publicam ue actionem, habentur deridiculi perinde,  
ac uiri ciuiles ipsi, ubi uestra aduent studia, et di-  
sputationes, irridentur. Accidit ijs enim illud Euri-  
pidis. Qua in re clarus quisque est, ad eam prope-  
rat, et diei partem illi plurimam impertit: in qua  
ipse se exuperet, contra in qua stupidior, ac nihil sit,  
inde effugit, eamq; contemnit. Alteram uero sui bene

ἔκάρα σοί γε πατήρ ἦν ἰππότε πηλὸν,  
 ὃ δὲ θέτις μήτηρ γλαυκὴ δέσ' ἔτικτε θάλασσαν  
 πέτραι τ' ἠλίβατοι· ὅτι τοινῶος ἐστὶν ἀπηνής.

Non eques ipse pater fuerat tibi mchercule Peleus,  
 Non Thetis est genitrix glaucum te protulit æquor,  
 Aeriaq; rupes, mens quod tibi dura ferox est.

ἐνθυμήματι Commentatione  
 κωλόν Laxum intestinum

ἀμαθέστερον πῶς εἶπε· καὶ σαυτέπερ λέγε.

Indoctius, ruidiusq; quodammodo loquere, & aper-  
 tius, ac clarius fare.

τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν Primigenia

ἀναλγησία Indolentia

ἀπάθεια Impassibilitas

καίμιον εἶναι τὸ ἀδικεῖν τὸ ἀδικεῖσθαι.

Peius esse iniuriam facere, quàm peccare.  
 πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδὲν ὡς ἀπανθ' ὄρων  
 καὶ πάντ' ἀκέων πάντ' ἀναπύσσει χρόνος.

Nihil occulte quando cuncta tuens,  
 Et cuncta audiens omnia revelabit dies!

ἀνθ' ἐνὸς ὑποκειμένη πεπρωμένη, καὶ φύσιν,

Pro uno subiecto, fatum, & naturam

μηὲρ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμον αἰδῶος εἰσαφίηται.

Neue obstante domum fato penetrabis avernū

περὶ σφάνου, De corona

ὁ δὲ τοῖς γονεῦσι νομιζῶν μόνον γεννηθεῖαι τὸν τῆς  
εἰμαρμένης καὶ τὸν αὐτόματον, θάνατον περιμένει.  
ὁ δὲ καὶ τῆ πατρίδι ὑπὲρ τῆς μὴ ταύτην ἐπιθεῖν δαλύου-  
σαν ἀποθνήσκειν ἐβελήσει.

Nam qui parentibus tantum se natum putat: fata-  
lem, atq; spontis suae mortem metuit. Qui uero etiam  
patriae ob id, ne in seruitutem redactam illam uideat:  
occumbere praesortabit.

τὴν πεπωμένην καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον

Fatalem, & spontis suae mortem

αὐτόματος θάνατος

Spontanea mors.

Quae in quaternione Ζ

ἡ δὲ ἰών ὁ λέσβιος. Suauis lesbium

προσωδίασ. Aacenis

ἡ δὲ λέαινα, ἔδν ἰχυρότατον καὶ θρασύτατον, ἀπαξ ἐν  
τῷ βίῳ τίηται. ἐπιτίθησα γὰρ συνεβάλλη τῷ τέκνῳ  
τὰς μήτρας. τὸ δὲ αἴτιον τούτου, τοῦτ' ἐστίν, ἵπαι ἀνὸ  
σκύμνος ἐν τῇ μήτρῃ ἐὼν ἀρχεται διακινούμενος ὁ  
δὲ ἔχων ὄνυχας θηρίων πολλὸν πάντων ὀξύτατου, ἀ-  
μύσει τὰς μήτρας. αὐξανόμενος δὲ πολλῶ μάλλον  
ἐξιπνέεται κατὰ γάρων πέλασ τὲ δὴ ὁ τόκος ἐστὶ, καὶ  
τὸ παράπαν λείπεται αὐτέων ὑγιὲς ἔδν.

Cum autem animalium acerrimum sit leaena, & au-  
dacissimum, semel omnino in uita, & unum parit.  
Enitendo enim cum foetu pariter matricem proijcit.  
Rei uero huiusce causa est: quod cum in matrice ma-  
nens motitari incipit catulus, motus ille unguiculis

preminutus ferarum longe omnium acutissimis ma-  
tricem discerpit, tum in maius continuo augetur,  
multo magis dilanians prodit. instante uero iam ni-  
xii, prorsum relinquitur eorum integrum, & sa-  
num nihil.

ἐπίκοινον, Προκίσιον  
εἰσηκεὶ ὡς τίς τε λέων περι' οἷσι τέκεων  
ὠρᾶτε νηπιάζοντι. συναντήσουται ἐν ὕλῃ.  
ἄνδρες ἐπακτῆρες.

Vtq; leo in sylua stabat sua pignora circum,  
Cui manus occurset catulos nemus inter agentis  
Venatrix acincta uirum.

πυκνὰ μάλα πελάγων ὡς τε λῆς ἡυγένειος  
ὦ ράβ' ὑπὸ σκύνου ελαφίβολος ἄρπασεν ἄνθρω-  
πῆς ἐκ πυκνῆς. ὃ δὲ τ' ἄχνηται ὕπερος ἐλθὼν  
πολλὰ δὲ τ' ἀγνὴ ἐπῆλθε μετ' ἀνέρος ἰχνί ἐραυτῶν  
εἴποθεν ἐξ αὔροι μάλα ἰθρ' ὀριμὸς χόλος αἶρει.

Crebra gemens nimium, tanquā leo uiribus ingens  
Faucibus, absenti uenator si catulum audax

Abripuit denso in saltu, dolet acce, sequensq;  
Deinde nemus uersat, scrutant uestigia, si quo  
Versa uiri inueniat: rapit illum bilis amara.

λέων δ' ὅτι ἰθρ' ὀχρεῖ ὀπιθεν καὶ εἰσι ὀπιθερητι-  
κόν. εἴρηται πρότερον, ὀχρεῖ δὲ καὶ τίηται οὐπᾶσαν  
ὠρατ, καθ' ἐκαστον μὲν τοι ἐνιαυτὸν τίηται μὲν οὐ τῷ  
ἴαρος, τίηται δ' ὡσεπιτοπολὺ δύω. τὰ μὲν τοι πλείστα  
ἐξ. τίηται δ' ἐνίστε καὶ ἐν. ὃ δὲ λεχθεῖς μῦθος περὶ τῷ  
ἐκβάλλειν τὰς ὕπερας τίητοντα, ληρώδης ἐστίν. συνετέ-  
θη δὲ ἐκ τοῦ σπανίους εἶναι τοὺς λέοντας. ἀποροῦντας  
τὴν αἰτίαν τοῦ τὸν μῦθον συνθέντος. σπάνιον γὰρ τὸ  
ζῆρος τὸ

γένος τὸ τῶν λέοντων . καὶ οὐκ ἐν πολλῷ γίνεται τό-  
 πῳ . ἀλλὰ τῆς εὐρώπης ἀπάσης ἐν τῷ μεταξύ τοῦ ἁ-  
 λείως καὶ τοῦ νέου ποταμῶν . τίκτει δὲ καὶ ὁ λέων  
 πάνυ μικρὰ ἕως . ὡς τε δίδυμα ὄντα μόλις βαδί-  
 ζειν . οἷδ' οἱ συρίχ λέοντες τίκτεσι πεντάκτις . τοπρῶτον  
 πέντε . εἴτα αἰεὶ ἐλάττονα . μετὰ δὲ ταῦτα ὑπέτι ὑδὲ  
 τίκτεσιν . ἀλλ' ἄγονοι διατελοῦσιν . οὐκ ἔχει δὲ ἡ λέαινα  
 χάλκην ἀλλ' ὁ ἄρρην λέων . βάλλει δὲ ὁ λέων τοὺς κυνῶ-  
 δοντας . καὶ μένους τέσσαρας μόνους . δύο μὲν ἄνωθεν ,  
 δύο δὲ κατωθεν . βάλλει δὲ ἐξ ἄμινος ὡν τὴν ἡλικίαν .  
 Leonem aversum coire, utinamq; retro reddere di-  
 ctum iam est. Coit, & parit, non omni tempore, sin-  
 gulis tamen annis uere parit, & magna ex parte  
 geminos. Sed cum plurimos, sex catulos, nonnunquam  
 etiam unum. Quod de Leæna fertur, uulnam cum  
 partu emittere, delira fabula est facta ex ea causa,  
 quod rarū genus hoc animalis est, nec rationem cur  
 ita esset comperire author ille, fabula poterat. Ra-  
 rum hoc enim est, nec multis nascitur locis, sed Eu-  
 ropæ totius ea parte solum, qua inter Acheloum a-  
 mnein, & Nesum est. Parit leæna quoq; adeo par-  
 uos, ut uix post secundum mensem incipiant ingre-  
 di. Leones terræ syriæ quinquies uita pariunt, pri-  
 mum quinq; post uero subinde pauciores, deinde ste-  
 riles degunt. Carcet Leæna iuba. Maris hæc propria  
 est. Dentes eos tantummodo mutat leo, qui canini uo-  
 cantur, quatuor, duos superius, totidem inferius, idq;  
 sexto mense ætatis fit.

πανδέκτας

Promiscua & omnimoda continentes.

οὐκ ἀπὸ τῶν ὑῶν	Non à suis
ὑῖν	Pluere
ἐτύμω.	Veriloquio.
βιοφελῆ,	
Vite utilitatibus conducentia	
πίμασιν	Placentis, concoctione
πέλει	Panibus secundæ mensæ
παροιμιώδης	Prouerbio tritus
πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος, καὶ χείλεος ἄκρη.	
Multa cadunt inter calicem, supræmâq; labra	
σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίαι.	
Sapienter tyranni sunt congressu sapientum	

Quæ in quaternione A

ἄϊας ὁ λόκρος.	Ajax locrensis
γέρον γέροντα παιδαγωγῆσω σ' ἐγώ.	
Senem senex ego te ipsum erudiero	
φιλοκτῆτας,	Philocteta
ἐν τῷ πυρφόρῳ προμήθει.	
In ignifero Prometheo	
σιγῶν τε ὅπου δεῖ, καὶ λέγων τὰ καίρια.	
Tacensq; ubi opus est, et opportuna loquens	
σιγῶν τε ὅπου δεῖ, καὶ λέγειν ἀσφαλῆς.	
Silere ubi opus est, et tuto loqui.	
ἀφρονία,	Vocalitas,
ἀέρα βαθεῖαν	
Caliginem, et nebulam profundam	
κολοιοῦς τε φῆρας τε	Graculos, sturnosq;
φηρῶν τε	Sturnorum

τῶν δ' ὧς τε





πολεμίζετε, καὶ μάχεσθε,

Bellare & pugnatē

βάσιν ἴθι ὑλὲ ὄνειρε, καὶ βάσκ' ἴθ' ἴρι ταχέως

Vade i somnium agens, & alibi, vade & perge Iris  
citata.

ἰν παραλλήλου,

Ex geminatione

Quae in quaternione Β

προσωδίαν

uoluntationem

γλαυκῶ, καὶ γήρει, καὶ εἰναλίῳ μελικέρτι

Glauco, Nereid̄, atq; maris genio melicertae

νεωτεριώτερος,

Audacior, & iuuenilior

ταῦρος δ' ἀλφειῶ, ταῦρον δὲ ποσειδάωνι.

Taurum autem Alpheo, Neptuno tum quoq; Taurum

ἑμρατιώτερον,

Expressius

ἑπὶ τῇ φακῇ μύρον

In lente unguentum

πρόσωπον

Personam

παχυμερέστερον

Crassius, & pinguiore Minerva

λογικῶ ζῶα

Rationalia animalia

νευροβάτα

Nervis mouentia

Quae in quaternione C

παιδείας δ' ἔκ ὀρθῶς ἤρθαι τὸ παράπαν.

Institutionem autem minime recte attigisse.

περὶ καλοῦ, καὶ ἠδονῆς

De honesto, & uoluptate

παρθένος δὲ εἶναι λέγεται. κατασφύμβολόν τὸ ἀδιάφθο-  
ρος εἶναι

ρος εἶναι, καὶ μηδαμῶς ἐνδιδόναι τοῖς κακῆργοῖς· μὴ  
 δὲ προσέειπαι, μῆτε τὰς ἐπιεικεῖς λόγους, μῆτε παραι-  
 πσιον, καὶ δέησιν, μῆτε κολακείαν, μῆτε ἄλλο μηδὲν  
 τῶν τοιούτων· οἷς ἀκολέθως, καὶ σκυθρωπῆ γράρεται.  
 καὶ συνεσηκός ἔχουσα τὸ πρόσωπον, καὶ ἔντρονον, καὶ δὲ  
 δορκὸς βλέψουσα. ὡς τε τοῖς μὲν ἀδίκους φόβον ἐμποιεῖν  
 τοῖς δὲ δίκαις θάρσος· τοῖς μὲν ὡς πρὸς φίλους ὄντος  
 τῷ τοιούτῳ προσώπῳ· τοῖς δὲ ἑτέροις, προσάντης.

Dicitur Virgo esse, in iudicio eam esse incorruptam: im-  
 probis nunquam concedere: non orationem mode-  
 stam, non prexationem, non adulationem, non deni-  
 que quicquam aliud pati. Quas ob res merito tristis  
 etiam ac contracta fronte pingitur, multu graui, aspe-  
 ctu contento, & toruo, ut iniustus terrorem incutiat:  
 iustus fiduciam præbeat: quando huiusmodi facies  
 iustus grata, iniustus molesta est.

σφρήνες	Sirenes
εὐρύκλεια	Euryclia
ἐν τῇ ἑσω θαλάσσῃ.	In interiore mari
κατὰ ἀρίσταρχον,	Iuxta Aristarchum.
ἐν τῇ ἑξω κατὰ κρέπτα.	

In exteriore iuxta Cratetem

ἰσόφηροι	Pares
παραστῆσις.	Continuata series
ἡμαθία.	Emathia
αἰμονία.	Hæmonia
ποσειδώνιον.	Neptunium, & locus Neptuni
ὄναδος σου	Proficiat tibi

ταύτης τῆς πολυμαθείας,  
 Huius multitudine disciplinæ gratia

ὄτιτοι ἐν μεγάροισι κειὸν ἀγαθὸν τε τίτυνται.  
Aedibus in nostris quae recta, aut prava geruntur.

Quae in quaternione D

αὐέρυσαν μὲν πρῶτα, καὶ ἔσφαξαν, καὶ ἔδηραν,  
καὶ ἄβρομοι ἀνίαχοι.

Prima supinarunt, nequere, exuta dedere

Pellibus, absq; sono, et muti

ἀνδρὸς μὲν τὸδε σῆμα πάλαι κειτὰ τεθνεώτος

ὄν ποτ' ἀριστεύοντα κειτέκτανε φαίδιμος ἕκτωρ

ὡς ποτὲ τις ἐρέη. τὸ δ' ἐμὸν κλέος οὐ ποτ' ὀλείται.

Eae u. vi tumulum, qui pridem à lumine cessit.

Abstulu hunc factis praeciarum splendidus Hector

Quondā ita quis dicet, mea nunquam gloria cadet.

ἀνδραγαθούνητων ὑμῶν, καὶ διαδεχομένω.

Fortiter ac uiriliter agentibus uobis, atq; succedenti-

bis, suscipientibusq; stationem meam.

περὶ ψυχῆς

De anima

εἶσε πρᾶξατό με ἀργύριον.

Exigit à me argentum

Quae in quaternione E

περὶ ἐδισμάτων. De edulijs

ἐν ταῖς προτέραις θεομοφοριαζούσαις

In prioribus thesmophorijs

τῶν οὖν ἀπάσαισι παραινῶ, καὶ λέγω.

τοῦτον κολάσαι τὸν ἄνδρα πολλῶν οὐνεκα.

ἀγρία γὰρ τινὰ ὧ γυναικὲς δράτε, ἐν ἀργείοις

τοῖς λαχάνοις αὐτὸς προαρεῖς.

*Omnes igitur nunc admoneo, & dico  
Virum humane ulcisci, multis de causis,  
Agrestia etenim quaedam matronæ agit, ut qui  
In agrestibus enutritus olcibus sit.*

ὁ δὲ ἀναξαγόρου πρόριμος ἀρχαίου.  
σφιφνὸς μὲν ἐμοὶ γε εἶπεν προσειπεῖν  
καὶ μισογέλωσ καὶ τωθάλειν. οὐδὲ πάροιον  
μεμαθηνώς. ἄλλοτι γράψαι τοῦτ' ἄν.  
μέλιτος καὶ σερρήνων ἐτεταύχει.

*At tu Anaxagoræ diuinitus ueteris ille  
Durus quidem ad salutandum uidetur  
Et ridendi exosus, & iocari ne ad uinum quidem  
Consuetus, uerum quicquid scripserit id  
A' nulle, & strenuis profuit.*

οὐποτε σὸν μνήμη εὐριπίδης ὤλετο ποῦ.

*Nulla ætate tua Euripides monumenta peribunt.*

ἀνανεοῦνται, Reuiuiscit

λόγος ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ  
ἀνάγκης συμβαίνει διὰ τῶν κειμένων.

*Oratio, in qua positis quibusdam, aliud quid a' posi-  
tis, necessario consequitur per ea, quæ posita sunt.*

κατὰ ἀνδροτίωνος, καὶ κατὰ τιμοκράτους

*In Androtionem, & in Timocratem*

πολιορκητὴς Urbium expugnator

ἐνθυμημάτιον Commentatiunculam.

ἂν τὶ πράξις καλὸν μετὰ πόνου, ὃ μὲν πόνος οἴχεται,  
τὸ δὲ καλὸν μένει. ἂν τὶ ποιήσις αἰχρὸν μετὰ  
ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰχρὸν μένει.

*Si cum labore honesti quippiam egeris, labor abit,*



tum in caeteris famelicis: quare in frigoribus magis huiusmodi casus accidat quam serenis temporibus.

οὐδ' αὐτὴν, Neutro scilicet  
εἰσαγωγὰς, Introductiones  
περὶ ἀξιωματῶν Pronuntiatorum  
ἀξιῶμα Pronuntiatum

λεκτὸν αὐτοτελὲς, ἀποφαιτὸν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ.

Dicibile per se perfectum, enuntiabile quantum ex semetipso

ἀξιῶμα Propositum  
συνημμένον ἀξιῶμα Connexum pronuntiatum  
συμπλεγμένον, Copulatum  
παραδιεξονμένον, Vitiose disiunctum  
ἀδιαφορεῖν Indifferens esse  
ἀπὸ τοῦ ἐρρεῖν A' pereundo  
ἐρρε κενὴ γλήνη

Pereas mala pupilla oculi

ἐρρε ἐκ νήσου θάλασσαν ἐλέγχετο ζώντων.

Oculus o pereas iniquorum ex insula abusus

βόσκον Invidum

βασκαίνειν. Invidere

φανέροτερον ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι ἐπὶ τὸ χρηστότερον,

Facile apparens ab apparendo ad id, quod melius, ac benignius est.

Quæ in quaternione G

ὀπίκη Perspectiva  
κρονική, Regularis  
ῥυθμὸς Modulus, numerus.  
μέλος. Modulatio, cantus  
κρονική Regularis

μετροική,	Dimensiuā
σολοικόν	Solœasim uitiū
θεῖναι εἰς μέσον	Ponere in mediū
ἐφοδῖον	Viaticū
τεμένων ἱερὰ	Temploium sacra
καὶ δὴ δοῦρα σείσητε νεῶν, καὶ σπάρτα λέλυνται.	
En ligna erutrent ratium, Ἔσπάρτα in cariem sine	
σπάρτας	Ex agris satos
κηδοισιάς ὦν, ἐκ διοπέθου πατρὸς	
πρὸς τοῖς ἑκατὸν πέντε γράψασθαι δραμάτ' ἕξ,	
ἔλπεν πενήκοντα καὶ δυοῖν ἑτῶν.	
Cephisteus genere ex Diopete patre.	
Quinq; ἔσcentum cum scripsisset fabulas,	
Fato est defunctus annos duos natus, ἔσquinquaginta	
τεχνικοί	Artificiales
ἀποδεικτικῶ	Demonstratiuo
ἀμφισβητούμενον, ἀντὶ ὁμολογούμενου.	
Dubium pro confesso, ἔσcerto	
ἀπόδειξι	
Expressionem, ἔσdemonstrationem	

Quæ in quaternione H

μὴ γελᾶτε ἐνὶ τ' οὐλαίον, ἀλλ' οὐκ ἴτε οἷα φρίκη περι-  
τὸν ὄρθρον γέρονε τίμερον κερυσάλλωται.

Ne ridete inest oleum, uerum uos nescitis qualis ma-  
tutino diluculo hodie rigor fuerit: itaq; gelis concre-  
tum est.

ἀῖβοπαοῖνον,	Calidum uinum
σκυτάλη	Iorum, quo epistolæ inuoluntur.



τὰς ἐρρῶνται μὲν ἀπλά-  
 τῃ πυρὸς ἀγνόταται  
 ἐκ μυχῶν παραί. ποταμοί  
 δ' ἀμέραισι μὲν προχέοντι ῥόον καὶ πνῶ  
 αἰθῶν. ἀλλ' ἐν ὄρῳασι πέτρασ  
 φόνια καυλινδόμενα φλόξ ἐς βαθεῖ-  
 αν φέρεי πόντε πλάτθ σὺν πατάγω  
 κείνο δ' ἀράσσιο κρυνῶσ, ἐρπετόν  
 δ' ἀνοτάτῃσ ἀναπέμ-  
 πῃ. τέρασ μὲν θαυμάσιοντι ἰδέ-  
 σθαι. θαῦμα δὲ καὶ παριέν-  
 των ἀκῶσαι.

A' qua sanè eructantur inaccessi ignis purissimi ex  
 imis fontes. Flumina uero interdum quidem inundant  
 fluctum feruentem fumi. At per noctes punicea pro  
 glomerata flamma ad profundum ponti ferunt so-  
 lum, cum strepitu illa vulcani, fluente serpentina emit-  
 tit seuiissima monstrum profecto, tum uisu, tum audi-  
 tu mirabile.

ῥόον καὶ πνῶ αἰθῶνα Fluxum fumi calidum

κρυνῶσ Fluente

ἀκῶσ Impropric

πραχεῖα Dura

τόν τε πνῶ μῶνα δίνω, τὸ γάρ ὄφροι περιέλλεται.

Pulmonem uino summum enim contrahitur

ἢ καὶ τῶ κοιλία.

Inferior uenter, & alius

πραχεῖα ἀρτηρία Aspera arteria

ἐπιλωπῆσ Apposita lingua

τὴν πραχεῖαν ἀρτηρίαν. Asperam arteriam.

ἄλλοτε μητρὴν πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ.

*Ipsa dies quandoq; parens, quandoq; nouerca est  
μία μητρὸς δύο μητέρες.*

*Vna nouerca, duæ matres.*

*Quæ in quaternione*

**I**

ἄνω τοῦ πράξειν μέχρι τοῦ λέγειν.

*Sine ulla actione ad dicendum parati*

ἄνθρωπε ποῦ βάλλεις, σκέψαι εἰ καὶ καθαίρται τὸ ἀγ-  
ρεῖον. ἂν γὰρ εἰς τὴν οἴησιν αὐτὰ βάλλεις, ἀπόλετο ἢ ἔ-  
σαπῆ οὖρον, ἢ ὄξος γένοιτο ἂν, ἢ τί τούτων χεῖρον.

*Homo ubi iam mittis, considera nunquid purgatum  
uas sit. Nā si ad inanem opinionem ea inuergis, prout  
sum interierunt. Sin computrescant, in urinam, aut  
acetum uertentur, aut siquid ijs ipsis est deterius*

κυνικώτερον

*Magis cynicum*

ἀνέχου καὶ ἀπέχου.

*Patere, & abstinere*

πάντα γὰρ πράξις ὡς εἶχει. αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς πράττομε-  
νη. οὔτε καλὴ. οὔτε ἀειχρὰ. οἷον νῦν ἡμεῖς ποιεῖμεν.  
ἢ πίνειν ἢ λαλεῖν ἢ διαλέγεσθαι. ὅτι ἐστὶ τούτων αὐτὸ  
καλὸν οὐδὲν, ἀλλ' ἐν τῇ πράξει. ὡς ἂν παραχθῆ τοιοῦτον  
ἀπέβη. καλῶς μὲν γὰρ πράττομενον, καὶ ὀρθῶς κα-  
λὸν γίνεται. μὴ ὀρθῶς δὲ ἀειχρὸν, οὔτω καὶ τὸ ἔρατ.  
καὶ ὁ ἔρωσ. οὐ πᾶς ἐστὶ καλὸς, οὐδὲ ἀξίος ἐγνωμιάζεσθαι.  
ἀλλ' ὁ καλῶς προτρέπων ἔραν.

*Omnis enim actio sic sese habet. nam ipsa quantum  
in semetipsa agitur, neq; honesta, neq; turpis est: quæ  
admodum sunt, quæ nunc nos ipsi facimus, aut bi-*

bere, aut loqui, aut disputare non enim est horum  
honestum per se ipsum quicquam: sed in actione, ut  
quidem est actum, eiusmodi euenit. non honeste ge-  
stum, & recte honestum fit, contra uero turpe, eo-  
dem pacto & amare ipsum, & amor, nam omnis  
quidem honestus est, neq; commendatione omni di-  
gnus uerum is, qui amare honeste nos adhortatur.

ἐνθ' ἑμὴμα

Commentum

ἰδοῦ πάρεργον.

Supernacaneæ, extra itineris propositum, quasi ex  
diuerticulo.

ἀπαίδευτος,

Ineruditus

συγχρονισμοῦς

Contemporations

ἀνὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχίσεται.

Vir fugiens, & demum pugnabit.

Quæ in quaternione Κ

τῆς πολιτείας

Reipublicæ

κοινὰς τὰς γυναῖκας

Communes mulieres,

νῆπιοι οὐδ' ἴσασι ὅσω πλέον ἤμισυ πάντες,

οὐδ' ὅσον ἐν μάλαχῃτι, καὶ ἀσφοδέλω μὲν ὄνειρα

Ignorant stolidi quàm toto sit medium plus

ac quanta utilitas in malua, & asphodelo sit.

μοχθηροῦς καὶ φορτικοῦς

Improbos, atq; graues

ἀγανώσῃν

Lectorem

σοφιστείας

Inani sapientia

ἰπιμαίνεσθαι Furere, & insanire

μελαγχολία Atrabilis

ἀλλὰ εἶναι χεδόντι τὸ πάθος τοῦτο ἢ ῥωϊκόν,

Et affectionem ferè hanc heroicam esse  
μη̄ τε καιροῦ μη̄ τε μέτρος.

Neq; temporis, neq; modi

ὁμοιοτέλευτα, καὶ ὁμοιοπῶτα,

Similiter finientia, & similiter cadentia

ὁμοιοτέλευτα, καὶ ἰσοκετάληκτα, καὶ πάρισα, καὶ ὁμοιοπῶτα,

Similiter finientia, & æqualiter desinentia, & compararia similiter cadentia

ἀπρόκταλοι Inepti

ἀνδραμοι εἶνεπαι μουσα.

Dic mihi musa uirum

ἔσσετε νῦν μοι μουσαι

Pandite nunc musæ mihi

ἀπὸ τοῦ ἔπειθαι καὶ εἰπεῖν.

Ab eo, quod est sequi, & dicere

εἰάν ἄφῃ αὐτοῦ τῆς φλεβός.

Si atrectaris uenam eius

ἀγγεῖον

Vas, & conceptaculum

σφυγμός

Pulsus

σφυγμός ἐστὶ διαστολή, καὶ συστολή ἀδιέκρετος ἀρτηρίας καὶ καρδιάς.

Pulsus est disparatio, & contractio indivisibilis arteriæ, & cordis.

σφυγμός ἐστὶ παλμός, ἢ ζέσις φλεβός, ἢ ἀρτηρίας.

Pulsus est subsultatio, & palpitatio, uel ebullitio uenæ, & arteriæ

Quem

Quae in quaternione I

διαλέξεων,	Disputationum
ζήτωνος,	Zemonis
συγκρατήσεις	Affensiones
τὰς τοιαύτας φαντασίας	
Eiusmodi imaginationis	
οὐ συγκατατίθεται οὐδὲ προσεπιδοξάζει,	
Non assentit, neq; cooperatur	
καὶ προσεπιδοξάζει	Et cooperatur
οὐ συγκατατίθεται,	Non approbat
αἰσθήσεις	Sensus
ἀκολάστους,	Libidinosos, et intemperātes
ἀκρατεῖς.	Incontinentes
ἀκολάστους	Incautos

Διατὶ οἱ κατὰ τὴν τῆς ἀρεῆς ἢ γυμνάσεως ἡδονὴν γιγνο-  
 μένην ἀνὲρ ὑπερβάλλωσιν ἀκρατεῖς λέγονται. οἷτε γὰρ  
 περὶ τὰ ἀρροδίσια ἀκολάστοι, οἷτε περὶ τὰς τῆς προ-  
 φῆς ἀπολαύσεις. τῶν δὲ κατὰ τὴν προφῆν, ἀπ' ἐνίων  
 μὲν ἐν τῇ γλώτῃ τὸ ἕδον, ἀπ' ἐνίων δὲ ἐν τῷ λάρυγγι.  
 δι. δι. καὶ φιλοξένος γεράνθ λάρυγγα συχέτο ἔχειν. οἷ  
 δὲ κατὰ τὴν ὄψιν καὶ τὴν οἰκὴν ἐκέτι, ἢ διὰ τὸ τὰς  
 ἀπὸ τῶτων γινομένας ἡδονὰς κοινὰς εἶναι ἡμῖν καὶ  
 τοῖς ἄλλοις ζώοις. ἀτε οὖν οὕσαι κοινὰ ἀτιμώταται εἰσὶ  
 καὶ μάλιστα μόναι ἐπονείδισοι. ὡς τε τὸν ὑπὸ τῆτον  
 ἡπώμενον φέρομεν καὶ ἀκρατῆ, καὶ ἀκόλαστον λέγο-  
 μεν διὰ τὸ ὑπὸ τῶν χειρίων ἡδονῶν ἡπάζει εἶσιν  
 δὲ τῶν αἰσθήσεων πέντε, τὰ ἄλλα ζῶα ἀπὸ δύο μό-  
 των τῶν προειρημένων ἡδύται. κατὰ δὲ τὰς ἄλλας. ἢ  
 ἔλως ἔχ ἡδύται. ἢ κατὰ συμβεβηκὸς τῆτο πάχει. δ.

ρῶν μὲν γὰρ τὸ ὄρων . ἢ ὀφθαλμοῦμενον χαίρει . ὅτε ἀπολαύει . καὶ ὅταν πληρωθῆ οὐδὲ τὰ τοιαῦτα ἡδέως αὐτῷ . ὡς περ οὐδὲ ἡμῖν ἢ τὰ ταρίχους ὀδμή ὅταν ἄδην ἔχωμεν τὸ φαεῖν , ὅταν δὲ ἰδούσιν ὡς μιν ἡ δεία ἢ δὲ τὰ ῥόδα αἰεὶ ἡδέια .

Cur incontinentes eos appellare solemus, qui uoluptate contrectandi, aut gustandi exuperantur? Nam qui immodice re utuntur uenerea, & qui luxu delectantur ciborum incontinentes uocamus: ciborum tamen non eadem ratio est, sed partim linguam, partim gulam, sua mouent suauitate. Vnde Philoxenus grus collum a dijs immortalibus sibi dari optabat. At uero qui in uidendo audiendo ue modum excedunt, non eodem uocabulo significamus, an quoniam uoluptates sensibus hisce accommodatas, communes cum ceteris animantibus habemus? Ergo ut communes spernimus, & notamus, solasq; omnium, aut maxime probro damus. Itaq; hominē ijs deditum reprehendimus, & incontinentem, intemperantemq; appellamus, qđ uictus a teterrimo uoluptatum genere ducitur. sed cum sentiendi genera quinq; sint, cetera animalia duobus tantum, quæ modo dixi, uoluptatem sibi acquirunt, ceteris uel nihil omnino delectantur: uel per accidens ita afficiuntur, quod enim uidet, aut olfacit, tantisper gaudet, quoad gustus, tactus ue fruisatur. Cumq; genus idipsum concupiscendi expleuit: illorum quoq; suauitas desijt: ut nobis salsamenti odor, cum indigemus, suauis est, ubi satiati, repletiq; sumus, amplius suauis non est. Rosæ autem odor semper suauis est.

τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν.

Coitum

Coitum morbum esse comitiale

ψυκροποιητικὴν

Frigus facientem

τὸ δὲ πῦρ διαχαλᾷ τὸ πεπηγὸς, ὡς περ ἡλίου τὴν χιόνα.

Ignis autem concretum resoluit, & geli concretum, ut nivem, sol.

Διατὶ τὰ ἀπὸ χιόνος, καὶ κρυστάλλων ὕδατα φαυλά ἐσιν, ὅτι παντὸς ὕδατος πιγνυμένον τὸ λεπτότατον διαπνεῖται, καὶ κρυστάλλων ἐξατμίζει. σημεῖον δὲ ὅτι ἐλαττω γίνεται ἢ πρότερον ὅταν ταυῆ παρῆν. ἐπεκλυθότος δ' αὖ τῆ ὑγινοτάτη, ἀνάγκη τὸ χεταληπόμενον χεῖρον εἶναι.

Cum aqua ex nive, glacieve liquata sine vitiose? an quia, cum aqua quaevis geli concrevit: pars tenuissima diffatur: & leuissima euaporatur. Indicium illud est: quod deliquata fit minor, quam ante fuerit, quam concreveret. Cum itaq; quod salubrius est defuerit: deterius sit quod relinquitur necesse est.

Διατὶ οἱ μὲν ἀέχονοι ἐρυθρῶσι. οἱ δὲ φοβέμενοι, ὠχρῶσι. παραπλησίον τῶν παθῶν ὄντων, ὅτι τῶν κρυστάλλων διαχεῖται τὸ ἀεμα ἐν τῆς καρδίας εἰς ἀπαντα τὰ μέρη τῆ σώματος. ὡς τε ἐπιπολάζειν. τοῖς δὲ φοβηθεῖσι συντοίχει εἰς τὴν καρδίαν ὡς τ' ἐκλείπειν ἐκ τῶν ἄλλων μερῶν.

Quā ob causam erubescunt, quos puduit: pallent qui metunt, cum istae affectiones similes inter se sint. An quoniam pudefactis sanguis de corde in omnes corporis partes diffunditur, ita ut superficiem occupet, metu uero percussis contrahitur ad cor, ita ut caeteris partibus defiat.

ἀέχνη ἐστὶ φόβος δικαίως φόβος.

Pudor iustæ vituperationis est timor

ἀκύνως, ἢ κατὰ ἀντίφρασιν,

Improprie, uel per oblocutionem

ἐνικῶς.

Singulariter

ἀπαρμύθητον

Absq; consolatione

πληθυντικῶς,

Pluratiue

Quæ in quaternione

M

ἀνακρίοντα

Anacreōtia, & Anacreōtis

ἐλεγεία,

(sus

Elegos, hoc est lugubria carmina

ἔρωτικά

Amatoria, dulcia, & uenusta

τὸν ἀργυροῦν τορῶσασ

Argentum tornans

ἠφαισέ μοι ποίησον.

Fabrica Vulcane mihi

πανοπλίᾳ μοι οὐ χί

Non hominem armatum,

τί γὰρ μάχαιοι καὶ μοί,

Quid.n. cum bellis mihi?

ποτήριον δὲ κοῖλον

Sed cœcum poculum cude,

ὅσον δυνὴ βάθυρον.

Quantum uales maxime,

καὶ μὴ ποίει κατ' αὐτὸ

Inq; eo neq; asira,

μήτε ἄσπρα, μήτ' ἀμάξασ.

Neq; plaustra facias:

τὶ πλειάδων μέλλῃ μοι,

Nam quid cum pleiadibus,

τὶ δ' ἀσέρος βοωτέω

Quid cum bote mihi?

ποίησον ἀμπέλους μοι.

Vites fabrica queso intus,

καὶ βόπουας κατ' αὐτὸ

Et racemos pariter,

καὶ χρυσεύους πατοῦντας

Aureosq; pulchre calcantis

ὁμοῦ καλῶς λυαίω

Comites lyæi

ἔρωτα καὶ βάθυρον.

Amoremq; excude simul

ἀσωτία

Luxu, prodigalitate

ἀναπροδοσίας

Inuenistatis.

τῶν ψυχῶν



τῆς ψυχῆς ἀγάθων φίλων ἐπιχέουσιν ἔχου.

ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων, ὡς διαβησομένη.

*Suavia dans Agathonī animā ipsa in labra tenebam*

*Aegra etenim properans tanquam abitura fuit.*

εὐκ ἄμουσος

*Inelegans*

ἀπαθείαν

*Tranquillitatem*

πάθη

*Passiones*

ἀκλαῆς.

*Minime plorans*

*Quæ in quaternione*

**N**

οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται.

*Liberi patris artifices*

προβλήματα ἐγκύκλια

*Quæstiones circulares*

Διατὶ οἱ Διονυσιακοὶ τεχνῖται ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πονηροὶ εἰσιν, ὅτι ἤμισα λόγου καὶ φιλοσοφίας κοινωνοῦσι διὰ τὸ περὶ τὰς ἀναγκαῖας τέχνας πολὺ μέρος τοῦ βίου εἶναι, καὶ ὅτε ἐν ἀκρασίαις τὸν πολὺν χρόνον εἰσὶν. ὅτε δὲ ἐν ἀπορίαις ἀμρότερα δὲ φαυλόπιτος παρασκευαστικῆ.

*Cur genus id hominum quod dionysiacos technitas, idest artifices bacchanales appellamus, improbos esse moribus magna ex parte consueverunt? An quia minime sese studio sapientie dedunt? eo scilicet quod in artibus necessarijs magnam partem ætatis suæ consumunt, vitam plurimum traducunt incontinenter partim etiam cum inopia, quod quidem utrumq; vitia et gignit, et auget.*

ἑξωτερικῆ.

*Extraria, uel extrinsecas*

ἀκροαματικῆ

*Auscultatoria*

ἀκροαματικῆν

*Auscultatoriam*

ἑξωτερικῶς  
δειλινὸν περίπατον  
ἑωθινόν.

ἑξωτερικοὶ  
ἄκροματικοί.  
ἄκροματικῶς  
ἄκροματικούς

Ἀλέξανδρος ἀριστέλει ὃ πράττειν . ἔκ ὀρθῶς ἐποίησας  
ἐκδοὺς τῶν ἄκροματικῶν τῶν λόγων , τίτι γὰρ ἔτι διόμι-  
σομεν ἢ μεῖς τῶν ἄλλων εἰ καὶ οὗς ἐκιδούθη μὲν λό-  
γους , οὗτοι πάντων ἴσοντε κοινοί . ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἀν-  
ταῖς περὶ τὰ ἀρίστα ἐμπερίαις . ἢ ταῖς δυνάμεισι διαρί-  
θειν . ἔρρωσο .

Ἀριστέλης βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ ὃ πράττειν  
ἔγραψάς μοι περὶ τῶν ἄκροματικῶν λόγων . διόμι-  
νον δεῖν αὐτῶς φυλάττειν ἐν ἀπορήτοις . ἴδι δὲ αὐτοῦς  
καὶ δεδομένους . καὶ μὴ ἐκιδόμενους . ξυνετοὶ γὰρ εἰσι  
μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκείσιν . ἔρρωσο .

Alexander Aristoteli salutem . Haud recte fecisti ,  
quod auscultatorios libros edideris . In qua enim re  
a ceteris nos item præstabimus , si disciplina , in qui-  
bus eruditi sumus : omnium omnino sint communes ?  
Equidem malim in rerum usu optimarum , quàm in  
facultatibus antecire . vale .

Aristoteles Regi Alexandro Salutem .  
Scripsisti ad me de libris auscultatorijs inter arcana  
illos condi putans oportere : sed tu eos esse editos ,  
et minime editos scito , cognobiles enim ijs tantum  
erunt , qui nos audiunt . vale .

ἐπιμελοῦμαι ὑμῶν , καὶ κήδομαι ὑμῶν .







AL

DVS

*[Faint, illegible text visible through the paper, likely bleed-through from the reverse side.]*





Aldine  
515  
6319n

C



h

